6 M
7-C

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
11 M
19

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-7.C.26.

Digitized by Google

BIBLIOTECA N.LE C.
ROMA
VITTORIO EMANUELE



Io. Braccioli inventor, et delin. *Andr. Bolzoni incisor. 1736.*

HISTORIA
ALMI FERRARIÆ GYMNASII
PARS PRIMA.

HISTORIA
ALMI FERRARIÆ GYMNASII
In duas Partes diviſa,

Eminentiſſ., & Reverendiſſ. Principi

D. THOMÆ RUFO
S. R. E. CARDINALI

Præneſtino Epiſcopo, ac Archiepiſcopo Ferrarienſi

A FERRANTE BORSETTI FERRANTI BOLANI J.U.D.

Illuſtriſſimæ Civitatis Ferrariæ à Secretis

D I C A T A.

P A R S   P R I M A.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



FERRARIÆ MDCCXXXV.

Typis Bernardini Pomatelli.)(*Superiorum Permiſſu.*

EMINENTISSIME, ET REVERENDISSIME
PRINCEPS

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

HOC mihi fauſtum accidiſſe gaudeo, PRINCEPS EMINENTISSIME, quòd, cùm Scriptorum pleriſque in eo plurimùm labo-

randum ſit, ut Patronos deligant, quibus elucubrationum ſuarum munus devoveant, ego Te mihi, Operique meo, qualecumque ſit, Mecænatem natum, paratumque repererim; ſivè enim Argumenti conditio, ſivè ſumma in me Tui ſpectetur humanitas, nulli magìs quàm Tibi, Magno Collegiorum Univerſitatis noſtræ Cancellario, Maximoque mei Præſidio Almi Ferrarienſis Gymnaſii Hiſtoria debuerat nuncupari: Cùm verò ſit in more poſitum, de eorum laudibus, quorum dignamur Patrocinio, aliquid dicere, me Tibi laudatorem imparem obtigiſſe doleo, ea etenìm eſt Meritorum Tuorum copia, Virtutum celſitudo, ut ſi de ſingulis, prò cujuſque dignitate, dicendum foret, Eloquentiæ ipſi ineptitudinis periculum immineret. Non Tui Gloriæ deputem, quòd à nobiliſſimo, vetuſ-

tiſsi-

tiſſimoque RUFO Sanguine, Neapolitanæ Urbis, Italiæ, ac Europæ totiùs ornamento originem duxeris, quòd Hæroas, tàm pacis, quàm armorum ſtudiis præclariſſimos, quòd Purpuras, Inſulas, Equeſtrium Ordinum Cruces, quòd Divos etiàm, quibus Neapoli Templa erecta ſunt, in Tuo Genere proferre valeas; nequè enìm à Majoribus Tuis nomen emendicare opus habes; omnia eorum, in Te, decora intueri eſt, quinimmò omnia, ceù Stellas Sol, maximo Tui lumine obruiſti. Prætereo quæ Romæ egeris, quotque ibì munera ſuſtinueris, nondùm in Sacrum Patrum Purpuratorum cœtum relatus, Te, extrà Urbem, amplioribus Eccleſiaſticæ Ditionis Provinciis imperantem contemplari lubet, cùm Æmiliæ ſemèl, Bononiæ bìs, Ferrariæ tèr Apoſtolicæ Sedis Cardinalis à Latere Lega-

 tus

tus præfuiſti, quòdque factu mirum; cum Legationes Bononienſem, ac Ferrarienſem, Eccleſiamque Tuam uno, eodemque tempore moderari potuiſti: Non munerum copia, varietas, gravitas, difficultas Animum ab agendo deterrebant; omnia Tibi plana, facilia omnia, & quamvìs ergà plurima verſareris, totus in ſingulis eſſe cernebaris: Eorum, quæ apùd Ferrarienſes Tuos, Princeps egiſti, viget, vigebitque in ævum recordatio; quapropter, unanimi ipſi omnes conſenſu, in Tui præconia effuſi æquiſſimas Juſtitiæ lances, Annonæ copiam, Egeſtatem magnis largitionibus recreatam, Rempublicam ipſam ingenti alieno ære, graviſſimiſque litibus relevatam in dies commemorant, adeò ut nihil prætèr quàm Te cogitare videantur. Oh, Mentem profectò altiſſimam, Orbis

uni-

univerſi ad imperium factam! At hæc magna quamvis, & mira ſint, majora tamèn, & quæ fidem ſuperent, Ferrarienſis Eccleſiæ Antiſtes conſtitutus perfeciſti: Tunc, ſepoſita Principis Majeſtate, Parentis indolem penitùs induiſti, zeloque Divini cultus exeſtuans illud primò aggreſſus es, ut Urbem, Diœceſim, Gregemque Tibi creditum à vitiis, ſi quæ fortè irrepſerant, repurgares; quantùm verò id Tibi, juxtà Animi ſententiam ceſſerit, puriſſimi Cleri mores, cùm doctrina conjuncti, Sanctimonialium diſciplina, Eccleſiarum decor, atquè elegantia, Populi deniquè pietas ſatìs ſupèrque teſtantur. Viventis Eccleſiæ Tuæ membris, exemplo, legibuſque ità reformatis, ad Materialis quoquè reparationem, ſeù refectionem potiùs, Mentem illicò convertiſti; grande opus equi-

dèm, ac Regium! ſed tuum eſt, PRINCEPS EMINENTISSIME, grandia cogitare, aggredi, perficere: Tù itaquè ampliſſimam Cathedralis Templi molem; magnis ſumptibus excitaſti, Aris marmoreis, pictis tabulis, pretioſaque ſupellectili ornaviſti; nèc id ſatis Magnificentiæ Tuæ, dùm enìm maximo huic Ædifitio ſollicitudinis curas intendebas, Ferrariæ itèm, nobiliſſimum Reſidentiæ Tuæ Palatium, Vicohabentiæ, in Ferrarienſi Agro, aliud Belpoggio nuncupatum, laborum Tuorum levamen, ac delitias Tuas, à fundamentis erexiſti, Villaſque, Latifundia, Paſcua Colonis optimis, ac utilibus, generoſiſque armentorum gregibus intruxiſti; hæc autèm omnia non ut Tibi, qui in id etiàm pingue Domus Tuæ Patrimonium erogaſti, lucro cederent, verùm ut uberiorem Pauperibus, quorum

Pater

Pater jure diceris, ſundum comparares: His accedit etiàm, quòd præclariſſimum Clericorum Seminarium ad ampliores Ædes, Tuis proximas tranſtuleris, Alumnorum, Convictorumque numerum longè auxeris, Præceptoribus, in Scientiarum, Artiumque quacumque eruditiſſimis munieris, ampliori dote firmaveris, adeò ut ejuſdem Conditor jure merito dici poſsis. Cùm itaquè Ferrarienſem Eccleſiam Sponſam Tuam, toto Cordis affectù adames, ornes, augeas, cùmque ab iis, qui illam ſibi aſſerere nitebantur, ſtrenuiſsimè vindicaveris, Divino factum conſilio, ut quam Epiſcopalem duxeras, Archiepiſcopali ornatam Pallio retineres. Hæc verò cuncta, PRINCEPS EMINENTISSIME, dùm cogitatione reputo, rude, ac impolitum Hiſtoriæ meæ munuſculum Tibi, magnis aſſueto ſiſtere,

me

me pudèret, niſi Te humilia quoquè reſpicere, ac dicantis animum potiùs, quàm opus ipſum librare comperiſſem; Illud igitur, ea, qua ſoles clementia ſuſcipe, ſi vacat, perlege, Auctoremque minimum protege, qui feliciſſimum ſe, beatoſque ducet labores ſuos, ſi Tibi in aliquo placere promeruerint. Vale, ac diù Orbi, Eccleſiæ, Ferrariæ, mihique incolumis vive.

Ferrariæ 3. *Novembris* 1735.

Eminentiæ Tuæ

Humillimus Addictiſſimus Famulus
Ferrantes Borſetti Ferranti Bolani.

IN
HISTORIAM
Almæ Ferrarienſis Studiorum Univerſitatis
PROLUSIO.

INtèr plura Urbis Ferrariæ ornamenta, præclarius illud nobis jure merito viſum eſt, quòd celeberrimâ Studiorum Univerſitate ſit decorata; quamvìs etenìm ejuſdem valdè conferat dignitati Viarum amplitudo, Ædium Majeſtas, Nobilitas Civium, hæc omnia nihilominùs minoris facienda eſſe arbitramur, ſi cùm eo, qui à Scientiarum, bonarumque Artium ſplendore provenit, comparentur. De Ferrarienſi Academiâ nonnullà ab Hiſtoricis ſcripta ſunt, aliqua etiàm, ætate noſtrâ, in Romanâ Curiâ deducta, dùm prò ejuſdem Celebritate vindicandâ, nobis fuit cùm Bononienſibus acerrimè colluctandum; verùm cùm hæc contractiori ſtilo tacta, Foroque, ut par erat, accomodata in lucem prodierint, in animum induximus, Almi ejuſdem Gymnaſii Hiſtoriam ab origine ſcribere, quòd à nemine nùnc uſquè factum cognovimus: Ut verò meditato operi manus admovimus, arduam nimìs provinciam, viribusque imparem ſuſcepiſſe intelleximus; quandoquidèm ab Hiſtoricis noſtratibus nihil ferè, ab exteris parùm, hac

de

de re ſcriptis mandatum : Eorum igitùr incuriam cauſati, difficilimum, ac deſperatum penè laborem aggredi verebamur, cùm menti oportuna illuxit ſpes, fore, ut in antiquis Decretorum Magiſtratus Ferrariæ, ac Rationum Urbis ejuſdem Codicibus nonnihil offenderemus, quod votis reſponderet : Tabularium itaquè ingreſſi, excuſſoque pulvere, quo ſordebant, eos, quadringentos circitèr, nullâ de caracterum vetuſtate, qui oculorum aciem defatigabant, ratione habitâ, attentè perlegimus; nèc noſtra incaſsùm accidit perſcrutatio, indè enìm multa inſtituto noſtro profutura expiſcati ſumus, præſertìm centena doctiſſimorum Lectorum nomina, quæ, Deo dante, ab immeritâ oblivionis caligine vindicabimus : Idcircò rei perficiendæ iterùm in ſpem erecti, ac aliquid audendum rati, quam Tibi, Lector umaniſſimè, exhibemus Hiſtoriam, magno ſanè labore, ac temporis impendio elucubravimus. Hanc ſi perlegeris, id Te monitum volumus, nos ſcilicèt, eâ in conſcribendâ, non verborum elegantiæ ſtuduiſſe, ſed veritati, quàm ab exploratis, ac puris fontibus hauſiſſe profitemur. Quòd verò ad Hiſtoriæ Œconomiam pertinet; in Duas eam Partes dividere, totamque in Libros Novem diſtribuere libuit : Priores quattuor, qui Almæ Univerſitatis noſtræ originem, dignitatem, privilegia, ſtatuta, redditus, ac alia hujuſmodi generalia (paucis tantùm aliquandò delibatis, quæ ad ſingulares Doctorum quorundam perſonas pertinent) complectuntur, Primam Hiſtoriæ Partem conſtituunt; his autèm omnibus in perficiendis Chronologiæ ordinem ſecuti ſumus : Quoniàm verò quædam annorum intercapedines occurrerunt, in quibus vel nihil memoratu dignum, circà Academiam noſtram, haberi poterat, vel eandem ſilere oportuit, ut opus continuum

quod-

quoddammodò redderemus, ac Lectoris animos aliquâ rerum varietate recrearemus, Hiſtoriarum Patriæ noſtræ, ejuſdemque Principum haùd pauca intexuimus, ità tamèn, ut omnia ad argumentum noſtrum collimare videantur. Nè verò à nobis aliquid gratis dictum, vel confictum quis putet, Auctores ſententiarum noſtrarum teſtes, in margine indicabimus, quinimmò (quòd etiàm ab Hiſtoricis præclariſſimis uſitatum cernimus) documenta quædam integra edemus, ea præſertìm, quæ typis numquàm mandata ſunt, quæque ſingulari tantùm in Codice exarata reperiuntur, nè illo fortaſsè vetuſtatis injuriâ conſumpto, penitùs ammittantur. Id nobis aliquos vitio daturos ominamur; quòd ſcilicèt, documentis hujuſmodi minorem alioquìn Operis molem de pœnu alieno amplificaverimus; ſed hæc ſanè moramur nihìl, Patriæ enìm utilitatem potiùs, quàm nobis gloriolam ſatagimus comparare. Quinque verò poſterioribus Libris Hiſtoriæ Pars altera conſtabit; in primo, ſecundo, ac tertio Lectores quotquot in Univerſitate noſtrâ docuiſſe, reperire fuit; Rectores, Reformatoreſque, additis in fine tertii præclariſſimis nonnullorum nominibus, qui vel in Ferrarienſi Lyceo formati ſunt, vel Ferrariæ diù, utpotè in florentiſſimâ Litterarum Republicâ ſunt commorati, Chronologico eodem, quantùm fieri poterit, retento ordine recenſebimus; celebriorum in elogiis aliquantulùm immorantes, ac præclara ingenii monumenta, quæ ab eorum quolibet relicta ſunt, ſubnectentes; nèc minima hæc pars laboris noſtri, cùm plures Lectorum externorum Patriæ, Epiſtolis ad erudititiſſimos earundem Cives datis, fuerint conſulendæ, pluresque legendi ſingularium Urbium Hiſtorici. Neminem (conſtantèr aſſerimus) Lectorum noſtrorum Albo inſcripſimus, prætèr eos,

quos

quos Ferrariæ docuiſſe invenimus, vel apùd exploratæ fidei Auctores, à nobis indicandos, vel in authenticis Rationum Communis Ferrariæ Libris, in quibus, quotannis Lectorum Univerſitatis noſtræ Rotuli, ſtipendiaque, ære publico, eorum unicuique perſoluta deſcripta ſunt: Nobis verendum potiùs, ne ex antiquioribus præſertìm, multos prætererierimus, cùm à Gymnaſii inſtitutione, uſquè ad annum 1473. Rotulos nullos reperire ſit, Lectorumque in id tempus notitiam ab Hiſtoricis emendicare coacti fuerimus: Accedit eò, quòd illorum, qui extrà Rotulos in Gymnaſio noſtro, vel honoris causâ, vel ſpe Ordinarias Cathedras, optionis titulo conſequendi, profeſſi ſunt, nulla prorsùs memoria extet; quot autèm ex iis, quingentorum ferè annorum ſpatio in celeberrimâ Univerſitate noſtrâ floruerint, divinare quis valeat? Si quos igitùr à nobis prætermiſſos, vèl infrà merita laudatos, Lector, agnoveris, nè culpæ vertas, rogamus, obteſtamurque, sèd factum id potiùs ignorantèr ſcias. Libro quarto, nonnullorum Ferrarienſium Scriptorum, ex innumeris, qui intèr Lycei noſtri Doctores locum non habuerunt, memoriam inſtaurabimus: In poſtremo verò Hiſtoriæ libro Archetypos, Sculptores, Pictores, Muſicoſque Ferrarienſes dabimus, hujuſmodi enìm Artes indignæ nequaquàm viſæ ſunt, extremam Operis noſtri partem obtinere. Univerſum tandèm Opus Indicibus quibuſdam, locupletabimus, ea lucis, decoriſque plurimùm argumento conferre edocti; idcircò Priori Hiſtoriæ Parti Eſtenſium Principum, Romanorumque Pontificum, Sapientum Judicum, Rerumque, Academiâ noſtrâ vigente, memorabilium, Secundæ verò Scholarium quorumdam exterorum, nèc non Ferrarienſium Scriptorum, qui extrà Lectorum numerum flo-

floruere, Architectorum deindè, Sculptorum, Cælatorum, Pictorum, Muſicorum, eorum deniquè, qui Doctoralia inſignia, in Venerabilibus Theologorum, Juriſtarum, Artiſtarumque Ferrariæ Collegiis obtinuerunt, Tabulas ſubnectemus: Cæterùm ſi quid ex labore noſtro laudis promeriti fuerimus, id primò Deo Optimo Maximo, undè Bonum omne, Patriæ deindè, quæ præclariſſimum ſcribendi argumentum præbuit, acceptum referemus.

Le

Lectori Benevolo.

CUM nobis, in præſenti Hiſtoriâ ſepiſſimè citandi veniant MSS. Codices, in Tabulario Ferrariæ aſſervati, Memorialium ſcilicèt, & Decretorum Communis Civitatis ejuſdem, ac Ducalium Commiſſionum, ſeù Supplicationum; quinam hi ſint, quamque promereantur fidem, Lector humaniſſime, accipias. Memorialia, authentici ſunt Rationum, ſeù Computuum Libri, in quibus Partitæ expenſarum omnium ab Urbe factarum continentur; Liber autèm quilibet annum complectitur, ac forìs duplici ſignatur notâ, anni videlicèt, & unius ex Alphabeticis Litteris, hoc modo: Memoriale 1400. *A.: Memoriale* 1401. *B.*, *& sìc de cæteris; at quoniàm Librorum prædictorum ingens eſt numerus, itàut expletis ſingulis Alphabeti figuris, in ſucceſſivis Codicibus, eas geminare, triplicare, & uſquè octiès repetere opus fuerit, idcircò, ut in eis citandis breviores ſimus, ommiſſis Litteris, annum tantummodò, & Libri paginas deſſignabimus. Decretorum Publicorum Codices, qui apùd nos Regiſtra appellantur, Libri ſunt, in quibus Magni Conſilii, Judicum Sapientum, ac Magiſtratus Ferrariæ ſanctiones, ad Reipublicæ adminiſtrationem pertinentes continentur: Illis quoquè pleniſſima adhibenda fides, cùm antiquiores, eæ nempè quæ uſquè ad annum* 1598. *perveniunt, à Notariis Magiſtratus ejuſdem ſcriptæ ſint, eorundemque ſubſcriptionibus, ac ſignis roboratæ; recentiores verò, idèſt quæ à prædicto anno* 1598. *uſquè ad noſtra hæc tempora progrediuntur, per Amanuenſes optimos, Secretario Urbis dictante, fuerint regiſtratæ: Utraque hujuſmodi publicorum Decretorum Volumina unicum tantùm, in exteriori parte indicium præſeferunt, Litte-*

ram

ram ſcilicèt Alphabeticam; ſed cùm idem Litterarum ordo, tàm in antiquis, quàm in recentioribus retentus conſpiciatur, quotiès nobis ea citare uſu venerit, Litteræ Alphabeticæ annum, quo Decretum prodiit adiiciemus, ut faciliùs diſcrimen Voluminum innoteſcat. Libri tandèm Commiſſionum Ducalium, ſeù Supplicationum (utroque enìm cenſentur titulo) Statuta, ordinationes, ædicta, ac id genus alia ab Eſtenſibus Principibus, dùm Ferrariæ imperarent, edita complectuntur, & hi paritèr Tabellionum manu exarati ſunt, eorumque ſigillis muniti: Horum autèm quilibet annorum plurium, in exteriori parte ſignatorum, ordinamenta continet; quapropter quotiès à nobis citandi erunt, annum præcisè, cùm paginarum indicatione edemus, ut, ſi fortè opus fuerit, certior, expeditiorque ad eos recurſus haberi poſſit: Quo verò ad Documenta, quæ à nobis integra exhibentur, mens fuerat, ea in fine Operis regiſtrare, ne tibi, Lector, per Hiſtoriam diſcurrenti moras necterent; ſed re meliùs perpenſâ, minùs tibi incomodum futurum cenſuimus, ſi ad ſua quæque loca, diverſo tamèn caractere exarata, ut facilè, ſi lubeat, præterire poſſis, referremus.

Die

Die 28. Januarii 1735.

Rev. P. Romanus Foraſtieri de Ferrariâ Ord. Præd. in Conventu S Dominici de Ferrariâ Lector Primarius S. Theologiæ, ac S. Officii Primus Conſultor revideat ac referat pro S. Officio.

Fr. Alexander Origoni S Officii Ferrariæ Vic. Gen., ac in Ferrarienſi Univerſitate Lector Publicus.

Die 30. Octobris 1735.

Totam hanc Hiſtoriam ex mandato A. R. P. F. Alexandri Origoni Vic. Gen. S. Officii Ferrariæ attentè perlegi, nec aliquid contrà fidem, aut bonos mores inveni; immò plenam, abſolutamque Auctoris eruditionem cùm eleganti, ac facili in ſcribendo ſtylo, ut optimum decet Hiſtoricum, admiratus, eam tanquàm luce publicâ dignam, & præſertìm pro Patriæ Univerſitatis ornamento, & Concivium ſplendore prælo committendam cenſeo.

F. Romanus Foreſtieri à Ferrariâ S. Theol. L. P. & S. Off. Conſul.

Die, & anno ut ſuprà.

Stante prædictâ Atteſtatione

IMPRIMATUR.

Fr. A. Cortini Inquiſitor Gen. Ferrariæ.

Faveat revidere, & referre Reverendiſſimus D. Joſeph Arienti Eccleſiæ Cathedralis Canonicus *Hac die 10. Maii 1735.*

C. Righius Vic. Gen.

Mandante ut ſuprà Illmo, & Revmo D. Clemente Righio Vic. Gen.; Ego infraſcriptus totam hanc Ferrarienſis Lycæi Hiſtoriam attentè legi; & cum in eâ nihìl à fide devium, noxiumque bonis moribus, quìn potiùs plurima ad Patriæ noſtræ gloriam, Concivium decus, Auctoriſque plenam laudem invenerim; idcircò dignam cenſeo, ut typis excuſſa, in publicam exeat admirationem.


Joſeph Can. Arienti Exam. Synodalis.

Attentâ ſupradictâ relatione

IMPRIMATUR.

Die 3. Junii 1735. *C. Righius Vic. Gen.*

AL-



ALMI FERRARIENSIS GYMNASIJ HISTORIA.

LIBER PRIMUS.

Recentes intèr Italiæ Urbes Ferrariam annumerant Hiſtoricorum multi, nèc injurià quidem, ſi loci, ubì nùnc ſita rationem tantumodò habuerimus, ſecùs verò, ſi ejuſdem originem alibì perquiramus: Abſit tamên, ut Civitatis noſtræ exordia, quod à quibuſdam, præclari alioquìn nominis Scriptoribus factum eſt, ad Sæculum à Diluvio ſextum referamus: Ferratum, Cham, ſeù, ut Græci volunt, Saturni filium Ferratam Urbem in Marchiâ Tarviſinâ ad Atheſis ripas excitaſſe tradunt, undè ortum autumant primum Ferratenſium, ſivè Ferrarienſium genus, eamque dicunt, quæ vocabulo paululùm contracto nùnc *Fratta* appellatur; ejuſdem translationem ad Sandalum flumen, Trojanorum, Hænetorumque in Italiam ad-

ventum, Ferratam à quoddam Antenoris filio, ad Vicohabentiam reſtauratam, aliaque hujuſmodi tradidere, quæ fabulas ſapiunt; in quo tamèn Noſtrates non tantùm culpandi ſunt, verùm etiàm univerſi, ferè dixerimus, Urbium patriarum Hiſtorici, earum etenìm dignitati, ac laudibus malè conſultum putant, nisì cùm Henochiâ ipsâ cognatas eſſe aſſeruerint. Nè quis igitùr in id vitij nos quoquè prolapſos arguat, remotam minùs, certam magìs Civitatis noſtræ originem ſtatuemus. Trojanis, qui Italiam diù obtinuerant à Gallis tandèm devictis, ea regionis portio, quæ victorum in ditionem ceſſerat Ciſalpinæ Galliæ nomen obtinuit; plures autèm cùm eſſent Gallorum populi, Inſubres ſcilicèt, Senones, Boij, Trigabuli, Egones, Anani, alijquè, diverſis quoquè ſedibus conſtitère: Senones eò loci, ubì nùnc degimus, Tridento urbem, Nivento vocant alij, conſtruxerunt; Egones verò, Ananique Vicohabentiam, ad Sandali ripas incoluere, quam propterea Egonum Vicum, ſeù Vicum Ananinum appellarunt; anno verò ab ipſorum in Italiam adventu CCCLXV., vèl circà, Galli quoquè à M. Claudio Marcello Romanorum Duce ſubacti, ità ut univerſa hæc regio in Senatus, Populique Romani jura tranſierit, quapropter noſtratibus victores permixti, Vicohabentiæ, totiuſque Provinciæ incolæ facti ſunt, ut ex antiquis patet Romanorum ſepulchris, ac præclariſſimis id genus monumentis, quæ in Ferrarienſi Agro reperta ſunt, ac in dies reperiuntur; horum autèm plura, in ſuâ Rerum (*a*) Ferrarienſium Hiſtoriâ indicat Sardi. Locum præterea, in quo omnibus de Provinciâ jus diceretur, Romani elegerunt, eumque regioni univerſæ præfecere, viro integerrimo, ſapientiſſimoque ibidèm conſtituto, qui judicandi munere fungeretur; locus autèm Forum Alieni appellatus apùd Cornelium Tacitum, libr. 19. celebris, ibìque ſitus, ubì nùnc nobiliſſimum Divi Georgij Cenobium aſſurgit: Cùm verò Prætoris adeundi gratiâ Provinciales undequaque confluerent, eorum multi loci opportunitate allecti Penates illùc tranſtulere, Alieni etenim Forum Padus, quà in duos dividitur ramos alluebat, adeò ut mercibus, & quidquid humano victui inſeruit facillimè importandis preſtò eſſet: Locus itàquè novâ Familiarum acceſſione paulatìm illuſtrior factus, donèc in Urbem coaleſceret. Hæc omnia antè Chriſtum natum; Orbe verò redempto Vicohabentini, cæterique regionis noſtræ incolæ Idololorum, Saturni præſertìm, quem impenſius venerabantur,

(a) *Gaſparo Sardi, Hiſtoria di Ferrara, libr. 1.*

tur cultui renunciantes, Chriſti fidem ſunt amplexati, quapropter à Silveſtro Papâ Sanctiſſimo Epiſcopalis Sedes Vicohabentiæ conſtituta, eidemque primò Oldradus Antiſtes datus anno CCCXXX., ut ſcribit Marcus Antonius (*a*) Guarini, in ſuo Epiſcoporum Ferrarienſium Cathalogo: Alij poſt Oldradum Epiſcopi Vicohabentinæ Eccleſiæ præfuere uſquè ad Sæculi dimidium VII., tùnc enìm Vitalianus Pontifex Maximus Vicohabentinam Sedem ad Alieni Forum, quod Ferrariola dicebatur etiam tranſtulit, Marino Savelli Romano, viro virtutum omnium ornatiſſimo ejuſdem Epiſcopo inaugurato: Illùc jamdudùm Vicohabentini, à Ravennatenſibus frequentèr armis laceſſiti ſe cùm uxoribus, filijs, fortuniſque in tutum receperant; illùc quoquè ex Maſſis, ſeù Inſulis XII. Regionis noſtræ multi, aliundè alij advenèrant, quod in cauſâ fuit, ut populo, ædifitijs, opibuſque mirum in modum adauctis, Vitalianus idem Ferrariolæ nomen in illud Ferrariæ converteret, ac eam Legibus, Magiſtratibuſque conſtabiliret. Aſt noſtrorum fælicitas Ravennatenſibus, ac Bononienſibus ſtatìm invidiam movit, adeò ut vèl aperto Marte, vel ſubdolis artibus intentatùm nihìl relinquerent, ut florentem Rempublicam ſternerent; idcircò cùm Majores noſtri ſe hoſtium incurſionibus obvios agnoſcerent, ſaluberrimum conſilium, amicis etiàm conſultis inière, de Urbe ad hanc adverſam Padi ripam transferendâ; ad locum ſcilicèt, ubì olìm Niventum extiterat, futurum ſperantes, ut flumine interjecto, nullus hoſtibus aditus, vel difficilior saltèm patèret; nèc votis eventus defuit; cùm enim Tranſpadanæ Ferrariæ dirutis ædibus, Epiſcopali tantùm ibidèm relictâ Sede, Majores noſtri anno Salutis DCLXXV. Ferrariam, quam nùnc incolimus citrà Padum conſtruxiſſent, Urbs metu vacua reſpiravit primò, progredientibus deindè Sæculis, ædifitiorum magnificentiâ, divitiarum copiâ, Civium nobilitate, ac virtute ad tantæ dignitatis faſtigium elata, ut intèr principes Italiæ Urbes locum jure merito obtinuerit. Græcorum, Gallorum ſucceſſivè, Germanorumque Imperatorum juſſis paruit Ferraria, ità tamèn ut Reipublicæ inſtàr à Civium ſuorum dignioribus moderata præcariâ libertate frueretur: Hac tamèn eamdem expoliavit Mathildes Comitiſſa, dùm prò Gregorio VII. Pontifice Beatiſſimo adversùs Henricum IV. Romanorum Imperatorem dimicaret: Obijt tandèm Virago nobiliſſima, Apoſtolorum Principe Ferrariæ, intèr cætera, herede inſtituto; Ferrarienſes verò, ſub Pontifice etiàm, pri-

(a) *Compendio Hiſtorico delle Chieſe di Ferrara, libr. I.*

ſtino Reipublicæ jure uſi ſunt, donèc Velphorum, Ghibellinorumque, quorum primi Pontificibus, Imperatoribus favebant alij, Urbem noſtram dira peſtis invaderet: Velphorum, intèr nos, principes Adelardi, Ghibellinorum Torelli, Familiæ potentiſſimæ, quibus hìnc indè diviſi Cives cæteri adhærebant, undè rixæ, odia, proditiones, exilia, vulnera, & cædes, quibus Urbs univerſa civili ſanguine polluebatur; omnia deniquè morbi acerbitate, ac diuturnitate ad exitium ferri videbantur, niſì rebus periclitantibus Eſtenſes Principes, eâ de causâ Ferrariam acciti remedium attuliſſent: Hos intèr Azzo IX. Anconæ Marchio Azzonis VII. filius, qui Aldobrandino II. fratri, à Celani Comitibus veneno ſublato, in imperio ſucceſſerat, cùm factioſos homines Urbe cedere compuliſſet, Civiumque reliquorum animos regijs, quibus pollebat virtutibus ſibi conciliaſſet, anno MCCXXXX. Eſtenſium primus à Gregorio IX. perpetuum Ferrariæ Vicariatum prò Apoſtolicâ Sede obtinere promeruit; hoc autèm ſub Principe Erectionis celeberrimæ noſtræ Studiorum Univerſitatis Ephocam conſtituemus. Nè quis tamèn antè Erectionem hujuſmodi, Ferrarienſes, quorum ſublimia ſempèr ingenia, ac ad quodvis eruditionis genus nata Scientijs, boniſque Artibus caruiſſe putet; ætas quælibet (nèc ſæcula remotiora excipimus) doctiſſimos viros protulit, ut ex nonnullis liquet monumentis, præſertìm antè Chriſtum natum, quæ Hiſtoriæ illuſtrandæ causâ hìc exhibemus. Primum eſt P. Pupij Mentoli Medici Sexuiri marmorea Statua, cùm Epigraphe:

P. PVPIVS P. L. MENTOL.
MEDICVS IIIIII. VIR.

Hanc Vicohabentiæ, vel in Fori Alieni agro multis retrò Sæculis erutam opinamur; certum hoc quidèm eſt, eam anno MCXXXV. circitèr, quò nobiliſſima Ferrariæ Cathedralis per Gulielmum Adelardi ædificata, in unâ columnarum cæmenticiarum Eccleſiæ ejuſdem, ornatus gratiâ fuiſſe poſitam, ibidèmque extitiſſe uſquè ad Sæculi noſtri exordium, quo loco mota, dùm in nuperiorem formam Eccleſia redigeretur, tandèmque in porticù Ædium Epiſcopatus, quas regio ſumptu excitavit Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. Cardinalis Thomas Ruffo, Antiſtes, ac clementiſſimus Ferrariæ Parens, propè Scalæ initium collocata: De hac Pupij ſtatuâ ſermo eſt apud Pirrum Ligorio, & Honu-

phrium

phrium (*a*) Panuino, ex eâque comprobari poſſe videtur quod ſcripſit Philaletes Policopienſis, citatus à ſtrenuiſſimo Italicæ Litteraturæ vindice D. Hyacinto (*b*) Gimma, antiquos nempè Ferrarienſes Medicinæ ſtudia coluiſſe: Secundum habemus documentum in marmoreâ votivâ Tabulâ, & quidèm pulcherrimâ Silvano Numini à quibuſdam ingenuarum Artium profeſſoribus oblatâ: Hæc in Villâ Quartiſanæ, tribus paſſuum millibus à Vicohabentiâ procùl, in Ædibus DD. Comitum Miroli cernebatur, ad ſtabuli portam; ſed ætate noſtrâ à Germanis militibus Ferrarienſem Agrum invadentibus eximium hujuſmodi antiquitatis monumentum confractum, ejuſdemque fragmenta, ut aſſeritur, in Germaniam translata: Genuinum tamèn Inſcriptionis exemplum anteà tranſumpſerat Vir Cl., Publicus in Gymnaſio noſtro Lector, ac venerandæ Antiquitatis inveſtigator D. Joſeph Antenor Scalabrini, quod cùm nobis humaniſſimè comunicaverit, illud hìc publici juris facimus:

SILVANO SANCTO
PATRI ET CVSTODI
PECVDIFERO LACTIFERO
GLANDIFERO POMIFERO
CANABIFERO LINIFERO
Q. ZOSIMVS Q. L. TERTVLL.
GRAMMATICVS
L. SERGIVS L. L. CJPARISS.
MENSOR
C. PETILIVS C. L. STRABO
CELATOR
C. RVFFVS C. L. CHARITO
MVSICVS
F.F. EX VOTO.

Tertium Ferrariæ extat, in ſublimi Eccleſiæ Monialium D. Antonij Abbatis, ſupèr atrium, eſt autèm Epitaphium, in tabulâ marmoreâ erectum Labirio Feſto puero, cujus imago ibidèm ſculpta cernitur; ſub imagine verò laudatus D. Scalabrini hoc Diſticon legit:

(a) *Antiquitat. Roman. fol.* 96. (b) *Idea dell' Hiſtor. dell' Italia Letterata, Tom.* 1. *cap.* 20. *fol.* 168.

PARVA SVB HOC SAXO CLAVDVNTVR OSSA LABIRI
QVEM CASVS PVTEI DETVLIT AD CINERES.

Tandèm illud addimus T. Truppici, à Pirro Ligorio, & à Fabretto memoratum: Hoc ajunt in Villâ Maderij Agri Ferrarienſis primò inventum fuiſſe, indè verò translatum ad Sandali Villam, apùd illos de Karolis; propè viam nùnc ſitum eſſe accepimus: Viri, ac mulieris effigies marmoreæ tabulæ inſculptæ, cùm inſcriptione quatuor conſtante Exametris, aureum Latinitatis ſæculum redolentibus, quæ paritèr hìc legenda exhibemus, ut optimus, in Poeſi antiquorum Ferrarienſium guſtus innoteſcat.

CERNIS. VT. ORBA. MEIS. HOSPES. MONVMENTA. LOCARI.
ET. TRISTIS. SENIOR. NATVS. MISERANDA. REQVIRO.
EXEMPLIS. REFERENDA. MEA. EST. DESERTA. SENECTVS.
VT. STERILES. VIRI. POSSIT. GAVDERE MARITI.

At poſtulat argumenti ratio, ut ad rem propiùs accedamus. Publicas Scientiarum, bonarumque Artium Academias cùm in præclarioribus eſſe Urbibus collocandas ſcripſerit Jacobus Middendorppio, (*a*) hujuſmodi celebritatis jure Ferrarienſem Civitatem Studiorum Univerſitate decorari promeruiſſe, nemo non videt, ſeù florentem, ſub Azzonis Eſtenſis, ſeù florentiſſimum, ſub Principum poſteriorum imperio ejuſdem ſtatum intueamur: Saluberrimo ſub cœlo poſita, in latiſſimâ, uberrimâque Ciſalpinæ Galliæ planitie hæc intèr Padum utrumque aſſurgit, mænium amplitudine, viarum majeſtate, ædifitiorum elegantiâ, Civium nobilitate præclariſſima, Urbiumque pulcherrima: Eam ſanè intèr præcipuas Europæ Civitates recenſuère Gaudentius (*b*) Merula, Leander (*c*) Alberti, Jacobus (*d*) Middendorppio, Philippus (*e*) Ferrari, Michael Antonius (*f*) Baudrand, Angelus (*g*) Aretinus, innumerique magnæ auctoritatis Scriptores; quinimò doctiſſimus anteacti Sæculi Præſul (*h*) Urbem nullam in Italiâ, & for-

(a) *Academiarum Univerſi Orbis lib.* 1. *cap.* 2. (b) *De Gallor. Ciſalpin. Antiquitate, & Origine, libr.* 2. (c) *Italia.*
(d) *Academiar. univerſ. Orbis.* (e) *Lexicon Geograph.* (f) *In addition. ad dict. Lexicon.* (g) *In Proœmio Inſtit. Imperialium.*
(h) *Battaglini, Hiſtor. dei Concilj Tom.* 2. *Concil. di Fiorenza, part.* 2.

& fortaſsè etiàm in cæteris Chriſtiani Orbis regionibus, Antuerpiâ dumtaxàt exceptâ, Ferrariæ ſimilem, venuſtioremque reperiri, ſcribere non dubitavit. Nobiliſſimum de Patriæ noſtræ dignitate, ac Eſtenſis Aulæ ſplendore teſtimonium perhibet, in Elogio Baptiſtæ Guarini junioris Janus Nicius Erithreo, quod hìc proprijs ejuſdem verbis dare lubet, nè quid, tenuitate noſtrâ ipſius pulchritudini detrahamus. *Celebris toto Orbe Terrarum Ferrarienſium Ducum Aulæ gloria, illuſtrium Generis, divitiarumque ſplendore Virorum multitudine prædita, optimorum Ingeniorum, omniumque preſtantiſſimarum Artium facultate, Principum copiâ referta, Scenarum magnificentiâ, ludicrorum equeſtrium certaminum gloriâ, ſumptuoſis frequentium Conviviorum apparatibus nobilis, nullâ unquàm in hominum animis oblivione delebitur. Sed eorum in primis Ducum nominibus, Tubarum duarum, Areoſti ſcilicèt, & Taſſi, Homero, Virgilioque non inferiorum, cantu in cœlum elatis omnis poſteritatis aures perſonabunt. Verùm ex illâ Aulâ, undè, tamquàm ex Officinâ aliquâ Tubæ illæ prodierunt, Paſtoralis etiàm Baptiſtæ Guarini Fiſtula exijt, quæ ſuavitate, lepòre, tenerorum Amorum delitijs, atquè omnibus ad capiendos animos illecebris, quarumvis Tubarum famam exæquet*. Poetarum quoquè clariſſimorum Muſæ Ferrariæ laudes cecinère, quos intèr primò memorabimus doctiſſimum Guarinum (*a*) Veronenſem, qui Urbis noſtræ decora his Exametris complexus eſt:

Guarinus Veronenſis Ferrariæ Civitati Salutem.

Salve Terra Viris pollens, Ferraria ſalve
Atque potens opibus, varias celebrata per artes,
Quam pater Eridanus largis amplectitur undis,
Fortitèr adverſum propulſet ut eminùs hoſtem;
Teque ferax enutrit ager, te prata coronant;
Te quoquè juſtitiâ, & duris celeberrimus armis
Marchio magnanimus ſervat Nicolaus; & auget.
Tu procùl excelſas, tu formoſiſſima turres,
Ornataſque domos aperis, quaſi fronte ſerenâ
Invitans, noſtro adventu lætaris amica:
Poſt tempeſtates, peragrataque rura, benignè

(*a*) *In Codice MS. Carmin. Varior. Auctorum, apud D. Marcb. Herculem Bevilacqua.*

Suſcipe nos, placidis retinens complexibus, atquè
Hoſpitio dignare tuo; tibi priſca ſalutis
Tempora jam redeant, reparent nova germina plebem
Amiſſam, fœtus duplicet Lucina novellos:
Sic Pater omnipotens, sic Virgo Puerpera firmet,
Et decus æternum, & felix tibi floreat ævum.

Itèm præclariſſimus Marius (*a*) Molza Mutinenſis, qui in Elegiâ ad Benedictum Accolti, intèr cætera, hæc habet:

Æmula quæ magnæ ſurgit Ferraria Romæ
Hoſpitio tellus facta beata tuo.
Herculis hìc primùm vultu, dextrâque petitus
Naufragij tabulas colligis ipſe tui.

Idem (*b*) Molza, in Elegiâ ad Herculem II., Ducem Ferrariæ IV.

In medio Eridani ſurgit Ferraria ad undas,
Aureaque invictum tollit ad aſtra caput;
Qualis ſepta ardet baccâ Gangetide gemma,
Atque puellares nectit honore comas,
Talis culta intèr vicinas enitet Urbes,
Clara hominum ingenijs, Semideùmque domus.

Julius Cæſar (*c*) Scaligero Urbis noſtræ laudes elegantèr cecinit ſequenti Epigrammate:

Inclyta quæ patulo fruitur Ferraria cœlo,
Reginas rerum lumine ditat aquas.
Aurea nobilitas, ſtudiorum nobilis otij
Ingenia, audaci pectore, prompta manu;
Magnanimique Duces, genus alto à ſanguine Divùm,
Perfugium profugis mœnia ſancta viris.
Vos me luctificæ redeuntem è ſtragis acervis,
Quos vetus ex imâ ſede Ravenna gemit,
Germano in pugnâ amiſſo, fortique Parente,
Quo Matri victa vita dolore fugit,
Ornatum elogijs, decoratum nomine Regum,
Auctum Felſineâ reſtituiſtis ope.
Salvete Heroes, & quæ ſanctiſſima tellus
Fratriſque, & Matris, & Patris oſſa tegis.

Urbi

(a) *In Tomo 2 Delitiarum Poetar. Italor. recollect. per Gerum.*
(b) *In dicto Tomo Delitiarum, pag.* 60. (c) *In Tomo prædicto, pag.* 833.

Urbi igitùr ornatiſſimæ cùm Publici Gymnaſij decus deeſſet tantùm, hoc quoquè Imperiali primò, Pontificiâ deindè auctoritate donata eſt: Ut autèm ab antiquiori inſtitutione, Cæſareâ nempè exordiamur, apùd Leandrum (*a*) Alberti, alioſque probatæ fidei (*b*) Scriptores in confeſſo eſt, Fridericum II. Romanorum Imperatorem Bononienſe Studium Ferrariam tranſtuliſſe; quod autèm ad præciſum translationis tempus ſpectat, aliquod intèr eos diſcrimen occurrit, itaùt ex ipſis certi nihìl hac de re ſtatui poſſit, omnibus cæteroquìn de Imperiali hujuſmodi Ferrarienſis Academìæ inſtitutione conſentientibus; nobis itaquè elaborandum, ut aliquam, ſi fieri poſſit, ejuſdem Epocham inveniamus, id verò Hiſtoricorùm Bononienſiùm ope aſſecuturos confidimus, quorum teſtificationem, ſtudioſumque reſpectivè ſilentium ad examen adducemus. Leander Alberti Bononienſis, ex ſacro Prædicatorum Ordine, in ſuâ Italiâ ſcribit, Fridericum II. Imperatorem, inſigne in Bononienſes ultionis genus meditatum, quòd bellicis ipſius conatibus adverſarentur, Bononiam itèrum, atquè iterùm publicâ Studiorum Univerſitate expoliâſſe, eam, unâ ex tribus vicibus Ferrariam transferendo; translationis verò tempus minimè deſignat. Concordat Gaſpar (*c*) Bombaci Bononienſis quò ad Academiæ ſuæ translationes tres à Friderico factas, quò autèm translata fuerit, referre omittit; Cherubinus verò (*d*) Ghirardazzi, & ipſe Bononienſis bìs tantùm Patriam ſuam Litterarum Univerſitate exutam à Friderico tradit, annis ſcilicèt 1225., & 1241., ac primò Neapolim, ſecundò Patavium ab eodem fuiſſe translatam: Demùm Pompejus (*e*) Vizzani, is quòquè Bononienſis, idem quod Ghirardazzi ſentit quò ad binas privationes, translationeſque ad loca prædicta annis ſuprà recensìtis, & Alberti, ac Bombaci ſententiæ adſtipulatur etiàm, quò ad tertiam privationem à Ghirardazzi prætermiſſam, quam anno 1248. contigiſſe ſcribit; verùm cùm referre debuiſſet, quemadmodùm de prioribus, Neapolitanâ videlicèt, ac Patavinâ fecerat, quonàm loci Bononienſis Academìa fuerit tertiò à Friderico translata, memoriâ decidit, in Imperatorem de Patria ſuâ peſſimè

(a) *Deſcrizione di Italia*. (b) *Middendorp.*, *in Opere ſuprà citat.* *Joannes Bleu*, *in Theatr. Civitat. admirandarum*. *Gonzalez Tellez*, *in cap. cùm Marcus Ferrarienſis n. 2. de Conſtitutionibus*. *Baudrand. poſt Lexicon Ferrarij*, *in Indice celebriorum Mundi Univerſitatum*.
(c) *Hiſtoria delle coſe memorabili di Bologna*, *libr* 1. (d) *Hiſtoria di Bologna*, *part.* 1. *libr.* 5. (e) *Hiſtoria di Bologna*, *libr.* 3.

peſſimè meritum ſtilum convertens: Quod autèm reticuit ipſe; nos firmiſſimo Alberti teſtimonio aſſequimur; ſi enìm ipſorum Vizzani, Bombaci, & Alberti ſententiâ Bononienſis Civitas tèr fuit Studiorum Univerſitate ſpoliata, ſique Ghirardazzi, & Vizzani aſſerentibus, anno 1225. Neapolim, & 1241. Patavium fuit amandata, neceſſariò concludendum videretur, Alberti prædicto adſtipulante, in privatione tertiâ, quam Vizzani anno 1248. ſecutam fuiſſe dicit, Bononienſem Studiorum Univerſitatem Ferrariam fuiſſe translatam; nos tamèn retentâ Alberti, ac aliorum ſententiâ quo ad unam ex tribus Studij translationibus ad hanc Urbem factam, eam anno 1248. contingere potuiſſe minimè credimus, eo quià Azzo Eſtenſis Ferrariæ prò Sede Apoſtolicâ Vicarius recentèr conſtitutus tùnc aperto Marte adversùs Fridericum translatorem dimicaret, ſed translationem ſecundam,
1241 anni ſcilicèt 1241. hùc factam potiùs arbitramur, quo tempore nullæ intèr Eſtenſem, ac Imperatorem ſimultates, apertæ ſaltèm intercedebant; huic autèm opinioni videtur etiàm favere Vir Clariſſimus Nicolaus Comneno (*a*) Papadopoli, qui adversùs Thomaſini, & Riccoboni ſententiam Patavini celeberrimi Lycei exordia circà annum MCCLX. conſtituenda eſſe pronunciat. His itàquè elucidatis præclariſſimæ Ferrarienſis Academiæ, Imperiali
1241 auctoritate inſtitutæ initium ad annum Salutis MCCXLI. circitèr conſignamus. Utinàm verò antiquum Civitatis noſtræ Tabularium flammis minimè conflagraſſet (quibus auctoribus, quove id acciderit tempore ſuo loco dicturi ſumus), tùnc enìm documenta omnia igne conſumpta ſunt, quæ intèr multa extitiſſe credimus, ex quibus primæva Academiæ noſtræ dignitas innoteſceret! Quamvìs tamèn hujuſmodi nos præſidio deſtitutos penìtus conſpexerimus, nihilominùs Imperialis erectionis non probandæ, (certiſſima enìm eſt) ſed tantùm illuſtrandæ gratiâ, nonnulla hìnc indè decerpta, aliquibus, quæ ad Ferrarienſem Hiſtoriam pertinent intertextis, in medium proferemus; Lectorum verò, quos in Univerſitate noſtrâ, ab ejuſdem exordio uſquè ad Pontificium Diploma Bonifatij IX., de quo infrà, docuiſſe reperìmus, mentionem alterâ in Hiſtoriæ parte habebimus. Ferrariæ igitur Litterarum ſedes primò firmata, ſub imperio Azzonis IX. Eſtenſis; qui bellicâ virtute præſertìm claruit, animumque proſperis in rebus moderatum, in adverſis infractum præſetulit:

(a) *Hiſtoria Gymnaſij Patavini, Tom. 1. lib. 1. ſect. 1 cap. 1.*

tulit: Hic ille, qui in Agro Mediolanenſi Azzolini de Romano, Tarviſinæ Marchiæ tiranni exercitum, ad Caſſiani pontem fudit, nefariamque belvam, ſibi fugâ proſpicientem inſectatus, caput lethalitèr clavâ percuſſit, itaùt captus, cuſtodiæque traditus, paulò pòſt ſolutis violentâ manu zonulis, abiectiſque unguentis, quibus vulnus obductum fuerat, trucem animam minabundus efflaverit. Azzo verò uſquè ad annum 1264. vitam, imperiumque produxit, cui vitâ functo Opizzo V., ex Rainaldo filio, quem Manfredus Neapolis Rex veneno ſuſtulerat Nepos in Principatu ſucceſſit. Vix imperium nactus, ut ſubditorum felicitati conſuleret, Ferrariæ Statuta compilari mandavit, quorum adhùc MS. Codex in membranis exaratus, Mutinæ in celeberrima Eſtenſi Bibliothecâ ſervatur: Quoniàm verò, intèr ea, leguntur Rubricæ duæ, quæ Univerſitatis Studiorum, eò tempore in Urbe noſtrà exiſtentiam oſtendunt; eas per laudatum aliàs D. Joſeph Antenorem Scalabrini Apoſtolicum Protonotarium fidelitèr tranſumptas hìc damus:

1259 1264 1264

De his, qui non tenentur ire in exercitum.

Itèm ſtatuimus, quod omnes Docentes in Scientiâ Legum, & Medicinæ, & in Artibus Grammaticæ, & Dialecticæ ire ad exercitum, & aliqualitèr facere Cavalcatam non cogantur, eo addito, ut ad aliqua alia munera perſonalia ſubeunda non compellantur, & de hoc Poteſtas præcisè teneatur, quod Statutum vindicet ſibi locum in Doctoribus continuè docentibus.

Rubrica CXIV.

De Privilegijs Medicorum.

Statuimus, quod Medici, qui ſunt Cives Ferrarienſes ſint immunes ab omnibus, & ſingulis oneribus Civitatis, & Comunis Ferrariæ, prætèr quàm à Collectis, & mutuis, de quibus volumus ipſos teneri, ſicùt tenentur alij ſui Vicini; hoc tamèn ſalvo, quod ſi ducenti milites, & mille Pedites, vèl ultrà iſtam quantitatem iverint in exercitum Comunis Ferrariæ, vel in ſervitium Comunis Ferrariæ, vèl Domini Marchionis Eſtenſis, quod duo ex ijs Medicis, videlicèt unus Phiſicus, & unus Cyrogiæ teneatur ire cùm eis, ſi placuerit Poteſtati, & Conſilio; & tùnc habeat quilibet à Comuni prò duobus Equis viginti ſolidos Ferrariæ, & prò tribus Equis per diem quindecim ſolidos Ferrariæ, & non plùs; Et teneatur quilibet ipſorum Medicorum habere ſuum Equum proprium, ſupèr quo equitare debeat, &

poſſit

poſſit per Civitatem, viſitando infirmos. Et ſi non habuerit Equum proprium, ut dictum eſt, non gaudeat ſupradictâ immunitate. Et hoc locum habeat in illis Medicis, qui nùnc ſunt in Collegio Medicorum, & per ipſorum Collegium fuerint approbati, dummodò quæ in præſenti Statuto continentur, obſerventur; aliàs autèm non teneatur Poteſtas eidem aliquid obſervare; & non teneantur venire ad Conſilium, vel optionem, niſì ſpecialitèr à Poteſtate vocati fuerint.

Opizzo verò Eſtenſium Principum feliciſſimus fuit; cùm etenìm Ferrarienſes æquiſſimis ſub ejuſdem legibus tranquillam, ac ab omni prorsùs contentione abhorrentem (*a*) vitam ducerent, id Mutinenſes, civilibus laceſſitos odijs impulit, ut ſe ipſos, Ur-
1288 bem, ac Caſtra centum triginta quinque ejuſdem imperio emanciparent: Regienſes etiàm Mutinenſium ſecuti exemplum, eo-
1290 rum Civitatem, Caſtraque centum triginta Eſtenſi Principi ultrò ſubmiſerunt, tantùm recta, ſuaviſque in populis moderandis ratio eas apud Reſpublicas momenti habuit. Imperio itaquè non armis, ſed ſummâ animi æquitate mirum in modum
1293 amplificato, illud tandèm moriens Azzoni X. filio reliquit: Paternæ is virtuti nihìl, Fortunæ plurimùm undè invideret habuit, eam ſibi ferè in omnibus iniquam expertus, nonnullorum præſertìm perfidiâ, quos, maximis collatis benefitijs, arctiùs ſibi devinxiſſe arbitrabatur; Mutina enìm, Regiumque (*b*) Lepidi
1306 Eſtenſe jugum, quod ſpontè ſubierant fœdè admodùm excuſſere: Ferrariam ipſam hoſtes, vanâ potiundi ſpe inflati repentino impetu invaſerunt, quos tamèn Ferrarienſes in Marchionem fidiſſimi, fundis, ſpiculiſque, re infectâ in fugam compulère. Azzone imperante, Ferrarienſes quoſdam, in Sacrorum Canonum ſcientiâ excelluiſſe conſtat, quod perſpicuo ſatìs argumento com-
1292 probamus. Cùm Tarviſini, Gerardo de Camino Cive potentiſſimo Copiarum Duce, bellum adversùs Aquilejenſem Patriarcatum inſtauraſſent, ac Medaræ Caſtrum, aliaque bona Aquilejenſi Eccleſiæ ab Hugone Hoſtienſe Apoſtolico Legato, per ſententiam adjudicata occupaſſent, Raimundus *della Torre* Patriarca ſpolium ægrè ferens Gerardum, Tarviſinamque Urbem anathemate percuſſit; illi verò, ſe injurià laceſſitos conqueſti ad Ce-
1294 leſtinum V. Pontificem ſanctiſſimum provocarunt; ſed cùm is, miro humilitatis exemplo à Pontificatu ad herèmum remeaſſet eodem, quò aſſumptus eſt anno, appellationis cauſa integra ad Boni-

(a) *Sardi, Hiſtoria di Ferrara, libr.3.* (b) *Sardi, Hiſtor. di Ferrar. libr.4.*

Bonifatium VIII. devolvit: Legatis igitùr per Tarviſinos ad Papam miſſis, ab armis hìnc indè abſtineri juſſit, donèc lis civili juditio dirimeretur, & interìm anathema, interdictumque ſuſpendit: Judices verò, ut de Partium jure cognoſcerent, delegavit (*a*) Pontifex Joannem Ferrariæ Epiſcopum (in nomine, ac perſonâ erratum, ſi Marco Antonio (*b*) Guarino credimus, Fridericus enìm Eſtenſis in id tempus Ferrariæ Epiſcopatum obtinebat), Angelum Contrario Ferrarienſem Cathedralis Urbis noſtræ Canonicum, ac Renatum Cœnobij S. Bartholomei in Ferrariæ Suburbijs Abbatem, hi verò Arduinum Ferrarienſis Eccleſiæ Canonicum, cùm referendi onere ſibi aſſumpsère: Per hùnc igitùr tàm provocantium, quàm Patriarcatus juribus æquâ lance libratis, Judicibuſque relatione factâ, ijſdem placuit prò Caminenſi, & Tarviſinis adversùs Patriarcham pronunciare, eoſque ſpiritualibus vinculis, quibus innodati fuerant, abſolvere; hæc autèm Judicum noſtrorum ſententia à Tarviſino Epiſcopo, intèr Miſſarum ſolemnia, Civium omnium animis in lætitiam effuſis publicata. Incidit quoquè ſub Azzonis X. imperio Inſtrumentum, rogitù Ferrareſij de Lambruſchis Ferrarienſis Notarij die 22. Februarij 1297. celebratum intèr Fratrem Guidonem de Vincentiâ Ordinis Prædicatorum adversùs Hæreticam pravitatem in Longobardiâ Quæſitorem, & Fr. Jacobum Ferrari Conventus S. Dominici Ferrariæ Priorem, in quo de Scholis Publicis uſquè in id tempus in Conventu prædicto exiſtentibus mentio habetur; fuerant autèm per Comune Ferrariæ à Fratribus S. Dominici conductæ, & ad uſum Lectorum Artiſtarum deſtinatæ; hoc nos Inſtrumentum perantiquum legimus, ac id ultrà enunciatum vidimus in Laudo (*c*) quoddam, per Clariſſimos Juris Conſultos Jacobum Emiliani, & Ludovicum Silveſtri, in controverſiâ intèr Civitatem, Fratreſque vertente lato, prò ſolutione penſionis Scholarum prædictarum. Azzo verò poſtremâ Januarij die moritur, Fulcho, ex Friſco filio, nepote Principatus (*d*) herede relicto; ſed cùm ille puer eſſet, Dyno Roſſi Ferrariæ Poteſtati conſultius viſum eſt, Friſco patri imperium demandare. Vix inaugurato Franciſcus Azzonis frater, unâ cùm Raynaldo, & Opizzone nepotibus bellum intulit, ut regno exueret; cùm-

Margin dates: 1295 (at "Bonifatium VIII. devolvit"), 1295 (at "minenſi, & Tarviſinis"), 1297 (at "Februarij 1297."), 1309 (at "tione penſionis Scholarum").

(a) *Gio: Franceſco Palladio degli Olivi, Hiſtoria del Friuli, part.* 1. *libr.* 7. (b) *Chieſe di Ferrara, libr.* 1. (c) *In libro Decretorum Comunis Ferrariæ anni* 1535., *pag.* 101. (d) *Sardi, libr.* 4.

cùmque ſe auſis imparem agnoſceret, icto fœdere cùm Arnaldo Pellagrù Bononiæ Apoſtolicæ Sedis Legato, copijs auctus Pontificijs Ferrariâ potitus eſt, Tedaldo Caſtro dumtaxàt excepto, Venetorum præſidijs, à Friſco accitis inſtructo, intrà quod ſe Friſcus idem in tutum recepit: Sed cùm hoc etiàm hoſtium potentiæ brevi ceſſurum vereretur, Venetias ſe clàm Friſcus contulit, illudque Reipublicæ dono dedit; quaproptèr Veneti muneris ſervandi ſolliciti Joannem Soranzo, Delphinum Delfino, Vitalem Michele, & Andream Quirini Senatores ampliſſimos, cùm validâ Armatorum manu ad Caſtrum muniendum delegarunt; ſed cúm nè dùm hoſtibus, verùm etiàm Ferrarienſibus graviſſimi eſſent, quippè qui Civium domos everterent, omniaque cædibus, ac incendijs implerent, nè Urbs pulcherrima tanto in diſcrimine conſtituta in deterius prolaberetur, utrinquè conventum, ut ſub Pontifitio Civitas, Caſtrùm verò, ſuperiuſque Suburbium Veneto ſub dominio remaneret: At Franciſco, ac Nepotibus Eſtenſibus diviſio hujuſmodi indignationem movit, fore enìm arbitrati fuerant, ut à Pontifitijs Urbis imperium obtinerent. Sed Venetorum dominium minimè diuturnum fuit; cùm enìm frequentèr, eruptione è Caſtro factâ, Civitatem adorirentur, illos Arnaldus Legatus repreſſit primò, deindè Caſtro, Suburbioque pœnitùs expoliavit. His peractis, Ferrariam Eccleſiæ nomine Legatus moderari cęperat, Populo Eſtenſium regimen exoptante; idcircò à Ferrarienſibus ad Pontificem, qui Lugduni tùnc reſidebat nuncij ſunt (*a*) miſſi, ut de Urbis gubernio ſtatueret; ſpes enìm invaluerat, illud fore Eſtenſibus renunciandum, quod Legatus anteà ſe effecturum ſpoponderat. Pontifex verò ea nihil moratus Ferrariam Eccleſiæ aſſeruit, ejuſque regimen novis Conſtitutionibus ordinavit: Cęterùm cùm Vicarij prò Eccleſiâ conſtituti omnia ſibi licere rati Ferrarienſium animos irritaſſent, Legatus de Ferrariâ in Eccleſiæ obſequium retinendâ
1313 deſperans, eam Roberto Neapolis Regi tradidit: Itaquè Catalaunij milites à Rege miſſi ſub Adenulpho de Aquino, ut Urbi præſidio eſſent; verùm cùm ipſi Ferrarienſium ſanguinem ſitientes, Cives plurimos, prò crudelitatis libitu enecaſſent, tandèm Marchionum Eſtenſium, Civiumque armis, anno 1317. die
1317 Auguſti 5., in quâ D. Dominici Feſtum recurrit Catalaunij omnes obtruncati ſunt, ac Civitas Eſtenſibus iterùm mancipata.

Magnâ

(a) *Sardi*, *libr.* 5.

Magnâ tùnc animorum concordiâ ad Principatus participationem aſſumpti Marchiones Eſtenſes quinque, nempè Raynaldus III., Opizzo VII., Nicolaus II. Aldobrandini, Azzo XI., ac Bertoldus Franciſci filij, ſed Urbis regimen Raynaldo, ætate, conſilioque præſtantiori collatum eſt. His felicitèr geſtis, gratibuſque Deo Optimo Maximo, de Catalauniorum tyrannide triumphatâ humillimè actis, viſum eſt etiàm, D. Dominico, cujus patrocinio hæc omnia à Deo impetrata referebantur, perpetuum grati, devotique animi monumentum ſacrare: Urbis igitùr Protector, publicâ ſanctione declaratus, ſacris ejuſdem imaginibus Portæ omnes Civitatis munitæ, edictumque, ut anno quolibet, Feſto ejuſdem recurrente Collegia, & Artes ejus Templum ſolemnitèr inviſerent, oblationeſque dicarent. Antiquum de hac, & D. Georgij oblatione Civitatis decretum datum anno 1322., anno ſci- 1322
licèt à cæde Catalauniorum quinto habemus in pulcherrimo MS. Statuti Maleficiorum vetuſto Codice, in membranis exarato, qui in Comunis Tabulario aſſeruatur: Cùm autèm de Judicum Collegio, ac de Medicis, & Phyſicis in eo mentio incidat, illud tamquàm argumento noſtro conveniens integrum exhibemus:

Anno Domini milleſimo tercenteſimo vigeſimo ſecundo, Indictione quintâ, die ſextâ Menſis Auguſti. Dominus Galacius de Medicis, D. Antonius de Signorellis, D. Eurinus de Curionibus, D. Bonmattheus de Pajarinis, Magiſter Boniſatius de Salvetis, D. Gracianus Specialis, D. Creſcimbenus Parolarius, D. Jacobus Cimina Caxarolus S. Ad Honorem, & reverentiam Domini Noſtri Jesù Chriſti, & glorioſæ Mariæ Virginis, & Beatorum Sanctorum Georgij, & Dominici Protectorum, & Defenſorum Civitatis Ferrariæ, Providerunt, decreverunt, & ordinaverunt prædicti Sapientes regentes de præſen i Menſe Auguſti in Civitate Ferrariæ, unà cùm Domino Taſſino eorum Judice, & Dominus Taſſinus Judex unà cùm dictis Sapientibus, Quòd omnes Judices, qui ſunt in Collegio Judicum Civitatis Ferrariæ, Medici, Phyſici, & Cyrogiæ, omnes Notarij tàm exercentes offitium Notariæ, quàm non, Drapperij, & cæteri Mercatores cujuſcumque Marchadantiæ, Aurifices, Spatarij, Sartores, Zipponarij, Tabernarij, Calegarij, Piliparij, Fabri, Magiſtri de Manariâ, Muratores, Macellatores, Caxaroli, Piſcatores, Sprochani, Præcones, Brentatores, Barbitonſores, Fornarij teneantur, & debeat quælibet Facultas, & Ars per ſe, die Vigiliæ S. Georgij, in Veſperis, & in die S. Dominici, in mane ire ad Feſtum, & Eccleſias prædictorum Sancto-

rum,

rum, & quælibet dictarum Facultatum, & Artium habere debeat unum Ciriotum ſaltèm ab uno Bononeno groſſo, & dictos Ciriotos offerre, & deponere ad Altaria dictarum Eccleſiarum: Et hoc pœnâ, & banno quadraginta ſolidorum Ferrariæ prò quolibet, & qualibet vice, quâ ceſſaverint prædicta facere.

Lecta, & publicata fuit dicta proviſio per me Raffaldum Notarium, & lata, & pronunciata fuit per Diſcretos Viros Dominum Taſſinum Judicem XII. Sapientum, Curinum de Curionibus, ex Decretis in Conſilio Generali Civitatis Ferrariæ, in Palatio Comunis Ferrariæ congregato pèr ſonum Campanæ more ſolito, ad diſcum maleficiorum, ubì jus redditur, In milleſimo, trecenteſimo vigeſimo ſecundo, Indictione quintâ, die duodecimâ Menſis Auguſti, præſentibus Sapienti, & diſcreto Viro D. Guaſparino Judice Maleficiorum, qui fuit de Cremonâ, D. Nicolao de Capellino Judice, Petro de Fabro Notario, Princivalle de Camerino Notario, Amorotto de Gondoaldis Notario, Jacobo de Agazottis Notario, Nicolao de Capellinis Notario, & alijs.

Raynaldus verò, Principatu egregiè functus, illum, morte
1336 intercedente Opizzoni VI. fratri gerendum dimiſit: Hic eodem, quo inauguratus eſt anno Mutinam, quàm anteà obſederat, à Manfredo, ac Guidone de Pijs recuperavit, alijſquè præclarè ge-
1352 ſtis morte ſublatus eſt, ſuperſtitibus filijs undecìm, quos ex Lippâ Arioſto ſuſceperat. Natu major Aldobrandinus IV. imperium conſecutus eſt, annîſque novem adminiſtravit; pòſt hùnc regna-
1361 vit Nicolaus III. frater, cruris vitio, cognomento Claudus: Poſtremis verò Nicolai temporibus, anno ſcilicèt 1385. Ferrarienſis
1385 Populus in Thomam de Terdonâ Sapientum Judicem odio exęſtuans, quod novorum Vectigalium exigendorum auctor apùd (*a*) Principem crederetur, ad Marchionalem Curiam, quò ille ſe ſe in tutum recepiſſe arbitrabatur convolavit, inviſum caput ſibi à Nicolao ad necem traddi, ingenti vociferatione poſtulans: Populi inſanientis impetum, verbis lenire conatus eſt Marchio, ſed cùm proficeret nihìl, veritus nè quid in ſe etiàm feroces animi molirentur, Thomam, invitus quamvìs, àc nè in miſerum ſævirent dèprecans eorum poteſtati permiſit: Tùnc Thomas à conſpirantibus ſtatìm obtruncatus, ejuſque cadaver ad Sapientum Ædem primò, ad Forum magnum deindè tractum, ibidèmque hepate

(a) *Giacomo da Marano, Annali MSS. di Ferrara, all'anno* 1385.

hepate avulſo, canibuſque in album projecto, intèr barbaros exultantium ejulatus, unâ cùm Communis Ferrariæ Codicibus, alijſque Reipublicæ monumentis omnibus in pyræ modum ſuppoſitis concrematum eſt: Immane profectò facinus, ac perpetuò deplorandum, non tantùm quod in Patriæ Parentem Filij animadverterint, verùm etiàm quià antiquiora Civitatis noſtræ documenta, ex quibus nos fortaſsè multa ad Gymnaſium Ferrarienſe pertinentia eruere potuiſſemus, igne perierint. Nicolao Albertus V. frater in dominio ſucceſſit; quoniàm verò hoc impetrante alterum 1388
noſtræ Studiorum Univerſitatis Privilegium, Pontifitium ſcilicet datum eſt, de eodem nùnc inſtituendus ſermo. Et nobis primò notandus occurrit error Raphaelis (*a*) Volaterrani ſcribentis, Bartholomeum de Saliceto ab Alberto Ferrariæ Principe, anno 1416. fuiſſe accerſitum, ut novam ibidèm Scholam auſpicaretur; quomodò enim id fieri potuiſſet ab ijs, quorum (*b*) primus anno 1393., alter verò anno 1412., ut patet ex ejuſdem Epitaphio, quod ſuo loco edemus, è vivis exceſſerant: Gravior tamèn Middendorppi lapſus, qui ne dùm Volaterranum Studij noſtri (*c*) originem ad annum 1316., Alberto Marchione, ac Saliceto auctoribus referre, perperàm aſſerit, verùm etiàm Studium idem à Bonifacio VIII. Pontifice fuiſſe confirmatum: Nobis in hoc Volaterrani partes ſuſcipiendæ, quod in ejuſdem Codicibus non annus 1316., ut ſcribit Middendorppi, ſed 1416. adnotatus legatur; cæterùm quo ad Middendorppi ſententiam, quâ videtur cùm Volaterrano ſentire, erectionem Ferrarienſis Academiæ à Bonifacio VIII. confirmatam fuiſſe anno 1316., duplicitèr eum erraſſe patet, primò circà tempus Dati Apoſtolicarum Litterarum, ut paulò infrà videbimus, ſecundò circà indicationem Papæ concedentis, nàm cùm Bonifacius VIII., teſte Platinâ, die 11. Octobris 1305. è vivis exceſſerit, minimè potuit Studium noſtrum anno 1316. confirmare. Sed his omiſſis, ut certum Privilegij tempus innoteſcat, ad Albertum Marchionem revertimur: Præclariſſimum is Chriſtianæ pietatis argumentum editurus, cùm Romæ Bonifacius Papa IX. extraordinarium Jubileum indixiſſet, cùm quadringentis ex Equeſtri (*d*) Ordine delectis Viris, peregrinantium, ut Romipetæ ſolent, more indutis, anno regni ſui tertio ad Urbem contendit: Alberti adventum ut reſcivit Pon-

(a) *Commentar. libr.* 1. *in fine.* (b) *Sardi, libr.* 6. *in fine.*
(c) *Academiar. univerſi orbis, libr.* 3. (d) *Hiſtor. di Ferrara, libr.* 6.

tifex quinque Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ac magnum Hieroſolimytani Ordinis Magiſtrum obviàm miſit, qui mille paſſibus ab Urbe procul, Marchioni, cætuique illius nobiliſſimo occurrentes, intèr feſtivos Romanorum plauſus Bonifacij ad pedes uſquè comitati ſunt. Quàm verò magnificè, & peramantèr Papa Sanctiſſimus Albertum exceperit, quibus eum muneribus cumulatum dimiſerit referre mittimus; hoc tantùm ad rem noſtram dixiſſe ſufficiat, illum ſcilicèt ab eodem Bonifacio Pontificium Gymnaſij noſtri Privilegium, tàm ſuo, quàm Communis Ferrariæ nomine tùnc obtinuiſſe; Marchioni etenìm id curæ fuiſſe credimus, ut non ſolùm in Ferrarienſi Civitate Generale Studium Apoſtolicâ, Imperialique auctoritatibus erectum vigeret, ſed etiàm ut illud, eo tempore intermiſſum, ſub Pontificij Diplomatis calore reſtauraret, ac priſtinæ reſtitueret dignitati: Diploma verò, cujus Originale ſervatur in Archivio Communis noſtri, hujuſmodi eſt:

BONIFATIUS Epiſcopus Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam. In ſupremæ Dignitatis Apoſtolicâ ſpeculâ, licèt immeritò, diſponente Deo conſtituti, ad univerſas Regiones Fidelium noſtræ Vigilantiæ creditas, eorumque profectus, & commoda, tamquàm Univerſalis Gregis Dominici Paſtor commiſſam Nobis ſpeculationis aciem, quantùm Nobis ex alto permittitur extendentes, Fidelibus ipſis, ad querendum Litterarum Studia, per quas Divini Nominis, ſuæque Fidei Catholicæ cultus protenditur, Juſtitia colitur tàm publica, quàm privata res geritur utilitèr, omniſque proſperitas humanæ conditionis augetur, libentèr favores gratioſos impendimus, & opportunæ commoditatis auxilia liberalitèr impartimur. Cùm itaquè ſicùt nupèr prò parte dilectorum Filiorum Nobilis Viri Alberti Marchionis Eſtenſis, in noſtrâ Civitate Ferrarienſi, prò Nobis, & Romanâ Eccleſiâ Generalis Vicarij, & Communis Civitatis Ferrariæ ejuſdem fuerit expoſitum, Quod ipſe Marchio, & Commune non ſolùm ad utilitatem, & proſperitatem Reipublicæ hujuſmodi, & Incolarum prædictæ Civitatis, & Diſtrictus ejuſdem, ſed & aliarum partium vicinarum laudabilitèr intendentes, in eâdem Civitate, loco utiquè ad hoc accommodato admodùm, & idoneo deſiderent plurimùm vigere Studium auctoritate Apoſtolicâ Generale in quàlibet Facultate licitâ, ut ibidèm Fides dilatetur, erudiantur ſimplices, æquitas ſervetur, juditii creſcat ratio, & intellectus hujuſmodi augeantur. Nos præmiſſa, & etiàm eximiam devotionem, & fidei puritatem, quam ipſi Marchio, & Commune ad Nos, & Romanam Eccleſiam Matrem cunctorum Fidelium, & Magiſtram gerere

digno-

dignoſcuntur attentè conſiderantes, & quòd illas ad eamdem Eccleſiam eo ampliùs debeant augumentare, quò per Nos, & Sedem Apoſtolicam ſe proſpexerint gratijs, & privilegijs Apoſtolicis honorari, ferventi deſiderio appetimus, quòd Civitas ipſa, quam Divina Bonitas Cleri, & Populi numeroſitate abbundantèr, & tot gratiarum dotibus inſignivit, & aliorum multiplicium donorum fæcunditate dotavit, locorum amœnitate non modicâ decoravit, ac Diſtrictus, & partes prædictæ Scientiarum muneribus amplientur, ut Viros producant, conſilij maturitate conſpicuos, Virtutum redimitos ornatibus, ac diverſarum Facultatum dogmatibus eruditos, ſitque ibì Scientiarum Fons irriguus, de cujus plenitudine hauriant univerſi Litterarum cupientes imbui documentis. His igitùr omnibus, & præſertim idoneitate dictæ Civitatis, quæ ad multiplicanda doctrinæ ſemina, & germina ſalutaria producenda valdè congrua, & accommodata fore dignoſcitur, ac Victuvalium fertilitate, Hoſpitiorum inſignium multitudine, aliiſque commoditatibus quamplurimis, quas Civitas ipſa ibidèm opportunas habere dignoſcitur, & quod quantò magìs, ſi Privilegiorum Sedis prædictæ muniatur preſſidijs, amplioribus proficiet incrementis, diligenti examinatione penſatis, non ſolùm ad ipſarum Civitatis, ac Diſtrictus, & partium, Incolarum, ſed & aliorum, qui propterea de univerſis Mundi partibus Civitatem confluent ad eamdem commodum, & profectum ſtudio Paternæ ſollicitudinis anhelantes, devotis Marchionis, & Communis prædictorum ſupplicationibus inclinati §. Ad laudem Divini Nominis, & Fidei Catholicæ propagationem, exaltationem Eccleſiæ ſupradictæ, auctoritate prædictâ tenore præſentium Statuimus, & ordinamus, Ut in dictâ Civitate de cęterò ſit Studium Generale, illudque perpetuis temporibus inibì vigeat, in Sacrâ Paginâ, Jure Canonico, & Civili, nèc non in Medicinâ, & qualibet aliâ Litterarum licitâ Facultate, & quòd Docentes, Legentes, & Studentes ibidèm omnibus Privilegijs, libertatibus, immunitatibus, & indulgentijs conceſſis Doctoribus, Legentibus, Magiſtris, & Scholaribus, & præſertìm in eadem Sacrâ Paginâ, in Bononienſi, & Pariſienſi Studijs commorantibus gaudeant, & utantur, quodque illi, qui proceſſu temporis Bravìum meruerint, in illâ facultate, in quâ ſtuduerint obtinere, ſibique licentiam docendi, ut alios erudire valeant, ac Doctoratus, ſeù Magiſterij honorem petierint elargiri per Doctorem, ſeù Doctores, aùt Magiſtrum, ſeù Magiſtros illius Facultatis, in quâ examinatio fuerit facienda, Epiſcopo Ferrariæ, qui prò tempore fuerit, vel Eccleſiâ Ferrariæ vacante, dilectis Filijs Archipreſbitero, & Capitulo ejuſdem Eccleſiæ, aùt illi, vel illis, qui per eumdem Archipreſbiterum deputatus, vel de-

putati fuerint præſentetur, idemque Epiſcopus, ſeù Archipresbiter, & Capitulum, aùt Deputatus, ſeù Deputati bujuſmodi, ut præfertur, Doctoribus, & Magiſtris, in eàdem Facultate actù inibi regentibus convocatis, illos, in bìs, quæ circà promovèndos ad Doctoratus, ſeù Magiſterij bonorem requiruntur, per ſe, vel per alium, ſeù alios juxtà modum, & conſuetudinem, qui ſupèr talibus, in Bononienſi, ac Parisienſi prædictis, ac alijs Generalibus Studijs obſervantur, examinare ſtudeat, ſeù ſtudeant diligentèr, eiſque, ſi ad boc idonei, & ſufficientes reperti fuerint, bujuſmodi licentiam tribuat, ſeù tribuant, & Doctoratus, ſeù Magiſterij bonorem conferat, ſeù conferant: Illi verò, qui in eodem Studio Ferrarienſi examinati, & approbati, ac docendi licèntiam, & bonorem bujuſmodi obtinuerint, ut eſt dictum, ex tùnc, abſquè examine, & approbatione alià regendi, & docendi, tàm in prædicto Ferrarienſi, quàm in ſingulis alijs Generalibus Studijs, in quibus voluerint regere, vèl docere, Statutis, & Conſuetudinibus quibuſcumque contrarijs, Apoſtolicâ, vèl quacumque firmitate vallatis nequaquàm obſtantibus plenam, ac liberam babeant facultatem. Nulli ergò omninò bominum liceat banc paginam noſtræ Conſtitutionis, & Ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autèm boc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ, apud S. Petrum 4. Nonas Martij, Pontificatus Noſtri anno ſecundò.

S. de Aquilâ Paulus.


Mar. P. de Mentellâ.

S. Gregorij ab Extrà.

Ex toto Litterarum contextù patet, quantì Ferrariæ Civitas, tùnc etiàm temporis à Romanis Pontificibus fuerit eſtimata; omnia enim Bullæ verba Principes, Clerum, Populum, opulentiam, pulchritudinem, majeſtatem Urbis noſtræ ampliſſimis laudibus proſequuntur. Cęterùm cùm Bullæ Datum nòn à Chriſti anno, ſed à ſecundo Pontificatus Bonifacij 4. Nonas Martij
1391 ſubſignetur, neminem latère poteſt, per hoc, annum 1391. deſignari; Bonifacius enim, teſte Platinâ, quartò Nonas Novembris 1389. Divi Petri Cathedram obtinuit: Concordant Gaſpar (*a*) Sardi, Jacobus (*b*) de Marano, ac Marius (*c*) Equicola ad

(a) *Hiſtor. di Ferrara, lib. 6 in fine.* (b) *Annali MSS. di Ferrara.*
(c) *Genealogia dei Principi Eſtenſi MS.*

ad annum 1391. quinimò horum poſtremus præcisè narrat; Albertum Marchionem ſexto Idus Februarij Romam contendiſſe, pridiè Kalendas Aprilis redijſſe Ferrariam, octavo Idus Octobris anni ejuſdem Gymnaſium aperuiſſe. Quod verò in Apoſtolicâ Conſtitutione, de Publicâ Studiorum Academiâ Ferrariæ antèa auctoritate Imperiali erectâ nulla habeatur mentio, mirandùm nihìl; Pontifex enìm tamquàm Supremus Ferrariæ Dominus nullum de Imperatore, qui Eccleſiam vexaverat, verbum habere voluit, ac magìs ex Pontificiâ dignitate eſſe duxit, gratiam ex integro conferre. Hoc itaquè ditatus munere Albertus Ferrariam redijt à Populo univerſo, triumphantis inſtàr exceptus, eidemque Civitas, in perpetuum Sacri itineris monumentum, marmoream in Cathedralis Eccleſiæ facie Statuam dicavit, quæ Marchionem, piâ Romipetarum veſte indutum, cuculloque caput obtectum repreſentat: Æneum etiàm Alberti numiſma apùd ſe habet Cl. V. Hieronymus Baruffaldi, cujus in anticâ Princeps ille cucullatus cernitur, in poſticâ verò Liber, Univerſitatis Scientiarum Ferrariæ inſtitutæ ſymbolum, cùm nomine Bonifacij IX. Papæ inſtituentis, ac expreſsâ appoſitione anni 1391., quò Privilegium datum eſt; cùm autèm poſſeſſor ſuprà laudatus nobis poteſtatem numiſma idem exemplandi fecerit, illud hìc exhibemus:



Marchio autèm de Lyceo, quo citiùs fieri poſſet, inſtaurando ſollicitus, Viros ſapientiſſimos ad cultiores Italiæ (*a*) Urbes legavit

(a) *Giacomo da Marano, Annali, al detto anno* 1391.

gavit, ut quos magni nominis Theologos, Juris-Utriuſque Peritos, Philoſophos, Medicos, aùt quavìs aliâ in Facultate præſtantiores inveniſſent, ad legendum Ferrariæ, mercede pactâ, invitarent: Id ubì innotuit, hominum doctiſſimi, Alberti munificentiâ, Urbìſque noſtræ dignitate allecti nomen dedère; fuerunt autèm intèr cæteros, Bartholomeus (*a*) de Saliceto, ac Giliolus, ſivè Egidiolus (*b*) Cavitelli, Legum Interpretes celeberrimi; Bartholomei verò ſublimior doctrina, præclariuſque nomen fuit, Bartolo enìm, Baldoque vitâ functis, ſupèr omnes (*c*) Juris Interpretes, qui tùnc in vivis agebant Principatum obtinuit: His acceſſere Petrus de Ancharano, Joannes Pleone, Jacobus Pigna, Benedictus Bargi, & alij, quorum nomina ignoramus; credibile tamèn eſt, peritiſſimos in quàcumque Facultate fuiſſe conductos; nàm, cùm de Academiâ optimè firmandâ, vulgandâque ageretur, eos deligi neceſſe erat, qui magnam ſibimet ipſis, noſtræque Studiorum Univerſitati famam comparare poſſent. Intereà antiquæ Scholæ, in quibus anteà publicè legi conſueverat, reſarciebantur, erant autèm Juriſtarum uſui inſervientes ab illis Artiſtarum haùd modico viæ ſpatio ſejunctæ. Legalis ſcientiæ Scholas quatuor (*d*) ab origine fuiſſe legimus, eaſque in Cœnobio Minorum Conventualium D. Franciſci, in Viâ, quâ ad Judecam tenditur poſitas, duas nempè, quarum una Schola magna appellabatur, ſupèr vetus Fratrum Cęnaculum, alias ſub Oratorio SS. Martyrum Fabiani, ac Sebaſtiani: Hæ poſtmodùm cùm ingenti Scholarium copiæ pares non eſſent, numero auctæ ſunt, nonnullęque etiàm in Civium domibus è regiòne excitatæ. Nobis autèm ſedulò perquirentibus, quanàm in Cęnobij parte veteres Scholæ hujuſmodi extitiſſent, à doctiſſimo P. Magiſtro Hyacintho Sbaraglia dicti Cęnobij filio oſtenſa fuit inedita quęddam (*e*) Hiſtoriola De Fundatione Eccleſię, ac Conventus S. Franciſci Ferrariæ, in anteacti Sęculi exordio à Fr. Auguſtino Superbi Ferrarienſe dicti Ordinis viro conſcripta, ex quâ apparet, Scholas fuiſſe, ubì nùnc horreum, cellę vinarię, ac lignarię, aliæque Cœnobij officinę conſpiciuntur; quinimmò earum in parietibus monumenta varia à Scholaribus relicta, ſuo tempore ſe vidiſſe perhibet citatus Auctor: Cęterùm eidem minimè acquieſcimus aſſe-

(a) *Sardi*, *Hiſtor. libr. 6. in fin.* (b) *Mario Equicola*, *Genealog. Eſtenſe*.
(c) *Gio Battiſta Pigna*, *Genealog. Eſtenſe*, *libr.* 5. (d) *Memorial. dell' anno* 1448. *fol.* 30. 31. *e* 39, *& Memor. del* 1449 *fol.* 40. *e* 48.
(e) *Appreſſo i Frati di S. Franceſco di Ferrara*, *fol.* 5.

aſſerenti, Scholas prędictas à Communi Ferrariæ Cœnobio D. Franciſci dono tùnc fuiſſe traditas, quandò Paradiſi æde comparatâ, omnium ibidèm Scientiarum ſedes conſtituta eſt, Scholæ etenim Communis propriæ non erant, ſed per idem à Fratribus conductę, ut videre eſt in partitis ſolutionum, quæ in Publicis Memorialibus ſunt deſcriptæ, ac etiàm patet ex Libro quoddam Rationum (*a*) Cœnobij nobis exhibito. Scholas verò Artiſtarum, quas in Conventu Fratrum S. Dominici poſitas, ac multò antè Bonifacij Diploma per Commune Ferrariæ à Fratribus prædictis conductas fuiſſe commemoravimus, quatuor paritèr numeramus; erant autèm propè januam antiqui Templi, ad Occidentem poſitam (*b*), eòque loci, ubì nùnc reſident Reverendiſſimi in hæreticam pravitatem Quæſitores, quarum ad unam, quæ deindè meliorem in uſum immutata, SS. Cruci dicata eſt, acceſſus ſcalâ mediante habębatur; & his paritèr, aucto Scholarium undequaquè confluentium numero aliæ additæ ſunt, proùt ſuo loco, Deo dante videbimus. Omnibus igitùr, quæ opportuna viſa ſunt ordinatis, Alberto Eſtenſe Marchione imperante, dùm Sapientum Judicis vacaret Sedes, Scientiarum, ac Facultatum omnium Academia, Apoſtolicâ auctoritate Ferrariæ aperta eſt Octavo Idus Octobris Anni ab Incarnatione D. N. Jeſu Chriſti MCCCIXC. Ex omnibus autèm nedùm Italiæ locis Diſcipuli advenère, verùm etiàm Græci, Flandri, Germani, Galli, Angli, Hiſpani, Luſitani, nullaque fuit politioris Europæ Natio, quæ ex ſuis aliquos ad Ferrarienſe Litterarum Emporium erudiendos non miſerit. Nùnc verò ut de antiquiori Univerſitatis noſtræ Economiâ diceremus, rerum ordo poſtularet; ſed quì efficere id poterimus, documentis omnibus ea tempora reſpicientibus deſtituti! nihilominùs nè quid à tenuitate noſtrâ omiſſum Lector doleat, à poſterioribus anteriora conjicientes, ea quæ in Ferrarienſi Academiâ uſitata comperimus, ad ejuſdem originem, ceù flumen ad fontes revocabimus. Noſtra Studiorum Univerſitas, ſicùt cæteræ, tria Perſonarum genera complectitur, Lectorum nempè, Scholarium, ac Doctorum: A Lectoribus exordiendo; in duas hi claſſes dividuntur, quarum prima Juriſtarum, Artiſtarum altera vulgò nuncupatur: Juriſtis Cathedræ Decretorum, Juris Canonici, & Civilis, ac Notarìæ; Artiſtis verò, Sacrę Scripturę, Theologię, Chirur-

(a) *Libro degli Uſi del Moniſtero di S. Franceſco, dell'anno* 1481., *fol.* 031.
(b) *Memoriale dell'anno* 1448., *fol.* 30.

rurgię, Medicinę; Logicę, Sophiſtarię, Metaphyſicę, Phyſicę, Moralis Philoſophię, Matheſeos, Coſmographię, Aſtronomię, Aſtrologię, Rhetoricę, Poeſeos, Hebraicę, Græcæ, Latinæque Linguarum Cathedræ fuerunt aſſignatæ: Rotuli quoquè formati, in quibus Lectorum unicuique Scientiæ, Facultatèsve exponendæ præfiniebantur, diebus, ac horis ad legendum conſtitutis, proùt uſque in præſens fieri conſuevit: Lectorum verò nonnulli ad tempus, ſtipulatione interveniente conducebantur, alij poſt gratis præſtitum legendo ſervitium, ad inferiores aſſumpti Cathedras, digniores gradatìm, quod hodiè paritèr in uſu eſt, optionis titulo obtinebant. Reliquum foret, ut de Privilegijs Lectorum muneri conceſſis, ac de ſtipendijs, quæ per Commune Ferrariæ, cujus, ab origine res Gymnaſij (a) curæ fuit, perſolvebantur aliquid adderemus, ſed hæc ad obſcuriora minùs tempora remittimus. Ad Scholares quod pertinet, in duas Univerſitates, Juriſtarum, videlicèt, ac Artiſtarum duabus Lectorum claſſibus reſpondentes dividebantur; quælibet autèm Scholarium Univerſitas ex Nationibus diverſis conſtituebatur, apud quas quotannis de Nationum corpore Rectorem eligendi poteſtas erat, iſque in negotijs ad Licey, ſubditorumque ſuorum regimen pertinentibus magnam habebat auctoritatem: Sigillis quoquè proprijs iſtæ Scholarium Univerſitates utebantur, proùt conſtat ex antiquo Juriſtarum nobis à V. Cl. Hieronymo Baruffaldi communicato, cujus hæc forma:



Triplex tandèm Doctorum Collegium, Theologorum videlicèt, Juriſtarum, & Medicorum, per quæ Facultatum prædictarum ſtudio-

(a) *Giacomo da Marano Annali, all'anno 1391.*

ſtudioſis, debitis tamèn præmiſſis experimentis, Doctoralis Dignitas conferri ſolet. Collegia hæc ſingula, Scholariumque Univerſitates Statutis proprijs reguntur, quæ uſque à Gymnaſij noſtri incunabulis efformata fuiſſe conijcimus, quod vetuſtiores Statutorum prædictorum Codices, qui uſquè ad nos pervenerunt, præcedentium aliorum reformationes eſſe dignoſcantur; ſed de his alibì fuſiùs. Antequàm verò ad alia progrediamur, Collegiorum quatuor, Judicum nempè, Advocatorum, Procuratorum, & Notariorum brevitèr mentionem faciendi, hìc locum dari arbitrati ſumus: Omnia antiquiſſima ſunt, ità ut eorumdem inſtitutionis tempus nos lateat, omnia ad legalis Scientiæ exercitivam pertinentia, quapropter in Hiſtoriâ Lycei noſtri, quod Jurisutriuſque fons, & theſaurus dici poteſt, locum habere promerentur. Judicum Collegium, quod modò, & jamdiù non extat, ex omnibus Jus Ferrariæ dicentibus conſtituebatur, & de Collegio hujuſmodi mentio eſt in Decreto per Judicem, & Sapientes Magiſtratus edito anno 1342. die 30. Octobris, ſub Principatu Opizzonis Marchionis Eſtenſis, ac in alio 1346. 1. Junij, quorum in primo D. Lippus de Melioratis de Florentiâ J. U. D., & Sapientum Judex, in altero verò D. Arpolinus de Naulis J. U. D. Parmenſis, de Collegio Judicum Civitatis Ferrariæ declarati ſunt, ut patet ex citatis Decretis, quæ habentur in vetuſto membranaceo (a) Statuti Maleficiorum MS. Codice. Advocatorum quoquè, Ferrariæ olìm Collegium fuit, ejuſdemque mentio eſt in antiquiore Statutorum Urbis noſtræ Codice Ferrariæ impreſſo per Severum anno 1476., Libr. 2., ſub Rubr. De Patrociniis Advocatorum: Collegium Procuratorum Ferrariæ adhùc viget, ejuſdemque Statuta habemus in fine prædicti Statutorum Codicis; hæc verò in poſterioribus Statutorum eorumdem editionibus, in multis ſunt reformata, itàut Rubricæ LXXXVI. editionis 1476: de Procuratorum Collegio tractantes, nùnc ad XXXVII. tantùm redactæ reperiantur. Tandèm Notariorum Collegium Ferrariæ exiſtit, cujus paritèr Statuta habemus in laudatâ editione 1476., poſt ea Collegij Procuratorum; hanc autèm editionem citamus, quòd antiquior ſit, non quod in id tempus Collegium hoc, aliaque prædicta, quæ longè vetuſtiora ſunt, originem habuiſſe putemus. Collegij Notariorum Maſſario competit Juſpatronatus Capellæ SS. Goſmæ, & Damiani in Eccleſiâ Cathedrali Ferrariæ, vigore

gore

(a) *In Archivio Communitatis Ferrariæ, ad pag.* 40., *&* 44.

gore Erectionis factæ per Bartholomeum *Dalle Roſe* Notarium 2. Julij 1443., rogitu Rainerij Jacobelli Ferrariæ Notarij, quò cautum fuit, ut deficientibus illis de dictâ Familiâ *Dalle Roſe*, Jus Patronatus in Maſſarium Collegij prò tempore tranſiret. Sed & anno 1547. 27. Aprilis, rogitu Benedicti de Silveſtris Ferrariæ Notarij, Bernardinus Barbuglio Eccleſiæ Parochialis S. Petri Rector, Grammaticus, ac Orator doctiſſimus Capellam in dictâ Eccleſiâ, ſub Crucifixi titulo erigi mandavit, cùm onere quotidiani Sacrificij, eamque congruè dotavit de bonis quibuſdam exiſtentibus in Villâ *Occhiobello* Ferrarienſis Diœceſis, jus verò præſentandi ad Capellam prædictam ſpectare voluit primò ad Trivigium Barbuglio, deindè ad filios, & deſcendentes maſculos legitimos, & naturales dicti Trivigij, tandemque, ijs deficientibus, ad Collegium Notariorum Ferrariæ: De Capellaniâ hujuſmodi ſermo eſt etiàm apùd Marcum Antonium (*a*) Guarini. Itèm Maſſarius prò tempore Collegij Notariorum, unà cùm Guardiano Conventus S. Franciſci de Ferrariâ Commiſſarius eſt hæreditatis qu. Thomæ de Nigriſolis, vigore Teſtamenti ab eo conditi die 4. Maij 1456., & Codicillorum die 5. Maij, rogitu Libanorij de Curlo. Tandèm Collegij prædicti prò tempore Maſſarius, unà cùm Conſervatoribus, Syndicis, & Gubernatoribus Hoſpitalis Domus Dei Ferrariæ Commiſſarius, & exequtor eſt ultimæ voluntatis qu. Naſcimbeni Zipponari, ac quaſdam ex hæreditate dicti Naſcimbeni eleemoſynas puellis nubentibus diſtribuit; id autèm totum vigore Teſtamenti, rogitù Antonij Colornio, Ferrariæ Notarij, ſub die 15. Aprilis 1574. Dùm Ferrarienſe Gymnaſium, optimis roboratum legibus ampliora in dies incrementa ſuſciperet, Albertus Marchio Urbi magnificis ædifitijs ornandæ operam impendebat, quorum nonnulla ſumptu regio uſquè à fundamentis excitata, & hæc intèr, Palatium Paradiſi nuncupatum, quod (*b*) Cabrino Roberti ejus Socero incolendum tradidit: Marchionem futurorum quodammodò præſcium, Ædem hanc conſtruxiſſe dixerimus, quæ duo poſt Sæcula Gymnaſij ſedes futura erat; nonnihil equidèm peculiare habet, quòd is, qui Ferrariam publicæ Academiæ reparatione decoravit, eidem quoquè locum, ubì digniùs conſiſteret inopinatò paraverit: Pòſt hæc fato ceſſit, Princeps herclè virtutum omnium ornatiſſimus, à Ferrarienſibus jure
1393 meritò illacrymatus, ejuſque (*c*) cadaver in D. Franciſci Templo tumu-

(a) *Chieſe di Ferrara*, *libr.* 4. *fol.* 280. (b) *Sardi*, *Hiſtor. lib.* 6. *in fine.*
(c) *Guarini*, *Chieſe di Ferrara*, *libr.* 4.

tumulatum: Alberti funus ſequenti proſecutus eſt Epitaphio Ludovicus Bigo Pittorio Poeta Ferrarienſis, quod intèr edita ejuſdem Poemata habemus, in Libello Epigrammatum, Uguccioni Contrario dicato:

Alberti hìc cineres Eſtenſis claudimur, in quem
Iniecit timidas mors gemebunda manus;
Nàm fore ſe cunctis odio mortalibus, uno
Noſcebat chari Principis interitu.
Completo Parcæ, naturæ lege coactæ
Stamine, fatalem depoſuère colum.
Quod ſupereſt Umbræ præſtandum; quiſquis habebit
Hàc iter, æternus ſit tibi dicat honor.

Decedens autèm Albertus Nicolao IV. filio, undecimum ætatis annum agenti imperium reliquit, Gubernatoribus aſſignatis Philippo Roberti, Thomâ Obizzi, Bartholomeo Mela, ac Joanne à Sale; his tamèn ſex alios Senatus, Populuſque Ferrarienſis adiunxit, nempè Albertinum Giocoli, Nicolaum Coſtabili, Compagnum Bonleo, Manardum Contrario, Jacobum Valengo, & Joannem de Griffo. At pupillaris Nicolai ætas Azzonem Eſtenſem Aldobrandini filium in ſpem adduxit, fore, ut illum, quem debilem, imparatumque eſſe arbitrabatur regno ſpoliaret: Conatus tamen irriti, pluribus enìm (a) prælijs à Marchionis, & 1395
Auxiliariorum exercitu profligatus, in eorum poteſtatem venit, ac Faventiam miſſus, ibidèm ſub Aſtorgij Manfredi cuſtodiâ relictus eſt, donèc Venetis, Nicolao procurante traditus, & ab ipſis ad Cretam Inſulam relegatus, in eà tandèm morte ſublatus eſt. Re proſperè geſtâ nova ſtatìm orta ſunt bella; nèc mirum, Principatus Tyrocinia intèr arma egiſſe Nicolaum, qui totum ferè imperij diuturni tempus pugnando tranſegerit: Is Fran- 1397
ciſco Sforza adversùs Joannem Galeatium Viſconti Mediolani Ducem potentiſſimum ſuppetias tulit; magnus deindè S. Romanæ 1403
Eccleſiæ Vexillifer à Pontifice declaratus Bononienſibus bellum intulit, Venetorum impetum, in ſua irruentium repreſſit, pa- 1405
cem cùm ijſdem decoram inijt, Parmâ potitus eſt, quam poſteà, cùm diù adversùs hoſtem ſervare non poſſe cerneret, Phi- 1409
lippo Mariæ Viſconti Mediolani Duci dono dedit: Verùm tanti 1420
muneris pœnituiſſe Nicolaum indè colligimus, quod ipſe, ſupremus

(a) *Sardi*, *libr.* 7.

mus Venetarum copiarum Ductor conſtitutus Donatarium ar-
1426 mis laceſſiverit. Dùm autèm Parmam teneret Marchio, Parmenſibus utile viſum eſt, à Civilibus diffidijs ad Litterarum Studia animos convertere, quaproptèr ad eumdem Legati quatuor Ferrariam miſſi orantes, ut Parmæ publicam Studiorum Univerſitatem erigi pateretur; Marchione autèm annuente, Pontificioque Erectionis Diplomate impetrato, Parmenſe Studium anno 1412. de Menſe Octobris apertum (*a*) eſt, primique in eo docuerunt Signorellus Homodei Mediolanenſis, Nicolaus Siculus, Abbas Panormitanus appellatus, & Chriſtophorus de Caſtilione Lectores celeberrimi. Noſtræ verò Academiæ manutenendæ, quantùm ferrea hujuſmodi tempora patiebantur, Reipublicæ Patres curas intendebant; idcircò cùm Franciſcus de Campaneâ Gram-
1429 maticus inſignis ſuum Urbi noſtræ ſervitium ultrò obtuliſſet, placuit Viri tanti conductionem amplecti, eamque publici (*b*) decreti auctoritate roborare: Hujuſmodi autèm eſt:

In Chriſti Nomine. Amen. Anno ejuſdem Nativitatis milleſimo quadringenteſimo vigeſimonono, Indictione ſeptimâ, Die XIII. Januarij.

Egregius Legum Doctor Dominus Bartholinus de Barbalungis Judex Offitij XII, Sapientum Civitatis Ferrariæ, exiſtens in Camerâ, in quâ fiunt Deliberationes, unâ cùm infraſcriptis Sapientibus, videlicèt

Mag. Nicolaus à Ponte. — *Hieronymus de Villanova.*
Ser Franciſcus de Riminaldis. — *Bendedeus de Bendedeo.*
Joannes de Mazzonis. — *Joannes de Curionibus.*
Marcus Lezoli. — *Jacobus de Papiâ.*
Urbanus de Roſſetis.

Idem Spectabilis, & egregius Legum Doctor Dominus Judex, ubi ſuprà exiſtens propoſuit: Omnibus notum eſt, quàm ſit fructuoſum, in omni, nè dùm tantâ Civitate, ſed parvulo oppido hominem habere peritum, qui maximè Cives, & Civium filios peritos faciat, ac ſcientiâ, & moribus decoros. Cùm itaquè ad hanc noſtram uberrimam Civitatem appulerit Magiſter Franciſcus de Campaneâ, famoſus Grammaticæ profeſſor, & videns penuriam noſtram, ut ſenſi, deliberavit hìc manere, ſi aliquali, in hoc principio, ſuſtentaculo à Civibus, & Com-

(a) *Bonaventura Angeli, Hiſtor. di Parma, libr.* 3.
(b) *Regiſtr. Decretor. Urbis Ferrar. anni* 1429.

Communi Ferrariæ ſublevetur ; petit namquè ſibi ſolvi libras triginta prò penſione Domus habilis prò Scholis , & ejus Familiæ habitatione , ac ſibi dari Ducatos decem , prò conducendo Familiam ſuam , & ſe fulciendo de rebus neceſſarijs ; Qui Sapientes , auditâ expoſitione prædictâ , & diligentèr conſiderato incommodo totiùs Civitatis , quòd careat Profeſſore Grammaticæ , Deliberaverunt unanimitèr prò communi bono , quod fiant prædicto Magiſtro , quæ per ipſum petita ſunt , dummodò remaneat .

Sequenti anno , cùm Joannes de Finotis famoſus Doctor , (Patriam , ac profeſſionem ignoramus) per Litteras Jacobo Giglioli datas , à Bononienſi , in quâ docebat , ad Ferrarienſem Univerſitatem , magnâ cum Scholarium manu ſe recepturum obtuliſſet , quatenùs ipſi Civitas de Scholis tantùm provideret , Patriæ Moderatoribus placuit conditionem oblatam , tamquàm Gymnaſio maximè profuturam Decreto hujuſmodi (*a*) intercedente acceptare . 1430

In Chriſti Nomine , Amen . Anno ejuſdem Nativitatis milleſimo quadringenteſimo trigeſimo , Indictione octavâ die XI. Februarij .

D. Graſsias de Hiſpanià .
D. Nicolaus Mazzonus .
D. Johànnes de Novarià .
D. Guilelmus de Priſſianis .
Petrocinus à Ruptâ .
Franciſcus de Riminaldis .
D. Franciſcus de Ghedis .
Bartholomeus de Codegorio .
Ferragutus de Cataneis .
Salamon de Sacrato .
Fabricius de Avenantibus .
Bendedeus de Bendedeo .
Geronymus de Villanovâ .
Franciſcus de Sandalo .
Antonius de Becharijs .
Franciſcus de Guetijs .

Convocatis dictis omnibus Civibus in unum in Offitio XII. Sapientum Civitatis Ferrariæ , coràm Spectabili , & egregio Legum Doctore D. Bartholino de Barbalungis , Judice dicti Offitij XII. Sapientum , Idem D. Judex prædictis Civibus hæc verba dictavit : Eximij Doctores , & Cives circumſpecti ; Famoſus Doctor D. Joannes de Finotis ſecretè hìc ſcripſit Nobili , & inſigni Viro Jacobo Zilioli , quòd ipſe Lecturam habet Bononiæ , & ſub ipſo multi Scholares ſunt , & quòd ibì , Bononiæ non multùm libentèr moratur , optat ipſe , cùm multis Scholaribus ad hanc Civitatem noſtram Ferrariæ accedere , ubì per Commune Fer-

(a) *In Regiſtr. Decretor., ſignato C. pag. 4.*

Ferrariæ ſolùm, & dumtaxàt ſibi fiat proviſio de Scholis. Et ad certiorandum ipſos, Litteras prædicti D. Joannis, quas ſuis tenebat in manibus, ore proprio legit, concludens, quòd exindè maxima Communi noſtro conferetur utilitas adventu ipſius, cùm dictâ Scholarium conductâ, tùm ex victu, tùm ex penſionibus domorum, & aliorum eiſdem neceſſariorum, petens ab eis, sì eis videtur, quod Commune Ferrariæ habeat facere dictam impenſam Scholarum, ut dicta grandis ſequatur commoditas. Qui omnes ſupraſcripti Cives libratis, quæ libranda fuere, ad hanc devenère ſententiam, Quòd prædictus D. Joannes, cùm comitivâ acceptetur benignè, & hoc quàm citiùs, et celeriùs fieri poſſit, dùm tamèn Commune non gravetur nisì ad expenſas Scholarum publicarum.

1431 Sequentì anno, Ferrarienſis Eccleſia ſuo Antiſtite viduata, nàm Petrus II. Bojardi, qui annis pluribus eam tenuerat, ætatis gravitatem cauſatus munus (*a*) dimiſit; id verò an ſponte egerit, incertum eſt: Succeſſor eidem in Pontificatu (*b*) declaratus Bernardinus Senenſis, eximiæ doctrinæ, ac Sanctitatis Vir ex Minorum Ordine, qui poſteà anno 1450. à Nicolao V. in Sanctorum numerum (*c*) fuit relatus; numquàm tamèn ſervus Dei humillimus, omniumque contemptor, quæ terrena ſaperent, adduci potuit, ut Infulæ caput ſubmitteret, quamvìs Eugenius IV. Pontifex Ferrarienſium precibus permotus, eum à propoſito dimovère tentaverit: Sed in cœlis præordinatum, ut Civitas noſtra ſanctiſſimum Pontificem nanciſceretur, Bernardino enìm recuſante, Joannes Tavelli de Tauxiniano, vir moribus, ac ſcientiâ eximius in Ferrarienſem (*d*) Epiſcopum eſt inunctus. Intereà Nicolaus Marchio à belli curis vacuus numquàm fuit; tamèn ſub belligero hujuſmodi Principe tot, tantiſque negotijs implicito vigère Litterarum Studium potuit. Fauſtiſſimus ſanè Lyceo noſtro annus 1436., quo illud Italiæ, & Orbis univerſi lu-
1436 men, purioris Latinæ linguæ Præceptor, Græcæ intèr Italos Reſtitutor, Oratorque præclariſſimus Guarinus Guarini Veronenſis ad erudiendam humanis Litteris Ferrarienſem juventutem quinquenniò conductus eſt: Duo equidèm Vir celeberrimus Urbi noſtræ contulit beneficia; primum, quod ſanioris Eloquentiæ ſemina

(a) *Libanori, Ferrara d'oro, part. 2.* (b) *Eneas Sylvius, in Europâ, cap. 64., de Urbe Aquila, & Cronicbe dei Frati Minori, part. 3. libr. 2. cap. 12.* (c) *Cronicbe ſudette, part: 3 libr. 2. cap. 19. e 20.*
(d) *Ab. Antonio Libanori, Ferrara d'Oro, part. 2.*

ſemina intèr nos jecerit, undè homines in quacumque dicendi Facultate abſolutiſſimi prodière, alterum verò, quòd Nobilis Familiæ Guarini Ferrarienſis ſtipes fuerit, in quâ Oratores tot, Poetæque præclariſſimi floruère quot Viri. Exacto quinquennio, Guarinus iterùm à Civitate conductus, auctaque ſtipendia, ut 1441 publicâ devictus liberalitate ſuam Lycæo, ac Ferrariæ Civibus operam perpetuaret: Reconductionis (*a*) Decretum tale eſt:

Die, 22. Maij 1441.

Spectabilis, et Egregius Vir Joannes de Gualengis Judex XII. Sapientum Ferrariæ, unà cùm infraſcriptis Sapientibus, videlicèt:

Philippo Pirondolo.	*Bartholomeo Cagnono.*
Ser Urbano de Roſſetis.	*Chriſtophoro Vecchio.*
Philippo de Marano.	*Jacobo de Sanctis.*
Jacobo Mazzono.	*Joanne de Plateſijs.*

Quià Oratoris præclariſſimi Guarini Veronenſis annua merces publica his Kalendis Maij Superioribus finiverat, et jàm quinquennij publicè legendo offitio functus erat, nè hoc bonum publicum, nè communis hæc utilitas ullo modo, ullâ intercapedine deficeret, perpetuare volentes Sapientes prædicti Stipendium illud ſanctum, et ingenuorum Adoleſcentium militationem illam ſub Guarino laudatiſſimam Decreverunt, omnique dubietate ſemotâ ad unum deliberaverunt, ut quinquennium hoc futurum præterito ſuccedat, mercesque annua publica Guarino ſolvatur, quæ ſit librarum quadringentarum Marcheſanarum, legatque ipſe publicè, et liberalitèr, prò conſuetudine ſuâ quoſcumque admittat. Quam deliberationem ut dictus Guarinus intellexit, ad clarum Virum Joannem Gualengum ivit die vigeſimo ſeptimo Maij, et in Offitio XII. Sapientum, promiſit ipſi Judici ſtipulanti Communis nomine, lecturum ſe publicè prò conſuetudine ſuâ gratìs, et Lectiones exquiſitas; Et ipſe Dominus Judex, prò Communi promiſit dicto Guarino ſtipulanti, et acceptanti dare eidem mercedem ſuam præfixam, ut ſuprà, per Sapientes. Quibus ſtipulationibus cùm adeſſem, mandaverunt, ut de prædictis publicam notam facerem.

Ego Lelius Notarius.

At Guarinum in Patriam revocare conati ſunt Veronenſes, idquè faciliùs ut aſſequi poſſent, Elegiaca Epiſtola Veronæ Urbis

(a) *Regiſtrum Decret. Civit. Ferrariæ anni 1441. pag. 32.*

bis nomine ad eumdem data eſt, in quâ, pluribus à Patriæ dilectione deductis argumentis, ad reditum hortatur; ille verò Patriæ, ut filium decebat, Elegiaco itèm reſpondens carmine, de reditu ſuo in venturum tempus Veronenſibus ſpem facit, Ferrariæque in quibuſdam, quæ immeritò objiciebantur partes grato animo ſuſcipit. Cùm Epiſtolam utramque, quam in MS. Codice Carminum Auctorum variorum, penès D. March. Herculem Bevilaqua Ferrarienſem legimus, Eques idem, eâ quâ pollet humanitate, poteſtatem edendi fecerit, Hiſtoriæ ornandæ gratiâ hìc exhibemus.

Verona Civitas ſuo Guarino Veronenſi Salutem.

Altera jàm meſſis, jàmque altera volvitur æſtas,
Biſſenas vidit Phœbus eundo feras,
Ex quo grata lares acceſſit epiſtola noſtros,
Compilata tuâ, care Guarine manù,
Grata quidèm nobis, ſed gratior uſquè fuiſſet,
Si domino veniat te comitata ſuo;
Quod sì contingat, mihi non Jovis alta ſupremi
Sceptra, aùt Junonis contigerent thalami,
Sic poſtquàm adventum vidi te, Dive, negare,
Nulla fui penitùs, et ſinè mente ſteti:
Oh quotiens volui, miſeram hanc effundere vitam,
Ah quotièns ſcripſi carmina tela tenens;
Ferrum læva tenet, tremulam tenet altera pennam,
Lugubres verſus, dùm moritura cano.
Feciſſemque equidèm, nì me ſpes illa teneret,
Quâ me foviſti, care Guarine, diù;
Et faciam rursùs, nì me tua cura reſervet,
Incumbam ferro, nì miſerere mei;
Quapropter noſtras propera contingere turres,
Et Brennonigenum quære citus populum;
Quid perſtas venìre, ſacræ jàm tempora pacis,
Sunt hilares omnes, ſola miſella gemo,
Miles et exacto remeat Mavorte Penates,
Gorgoneum poſuit ſplendida Pallas onus;
Undiquè jàm reduces duces; ſunt tempora, quæ tu
Optaſti dudùm, nate decore, veni:
Sunt et opes nobis, ſunt quę tibi magna reſervo,
Quæ tacitâ mecùm molior uſquè manu;

Nè

Nè timeas ſontes, volvi ſed dicere ſentes,
Falce jacent vepres, eſt via pulcra, virens;
Idcircò pietas ſi quà eſt, mi nate, Parentis,
Si quà preces noſtrę, vel benefacta valent,
Hùc jubeo venias, præceptis, perfide, Matris
Obſtabis? per te me periiſſe velis?
Ah, vetat hoc pietas, vetat hoc tua ſplendida virtus,
Quâ celeber toto ſolus in orbe viges;
Nàmque fatebor enìm, non certet Hetruria mecùm
Progenie, aùt claris Attica terra viris;
Verùm aliqui dudùm miſeram liquère Parentem,
Nomine gaviſa eſt Roma, Catulle, tuo;
Hæc plures nobis prædata eſt improba claros
Ferraria; an rapiet teque, Guarine, mihi?
Quæ ſolita eſt Ranas dumtaxàt habere loquaces,
Gutio quam coluit barbarus, et docuit;
Hec patiar? potiùs ſubeant Erimantides æquor;
Et vetitos videt ſidus utrumque Deos;
Hæret in heſternæ jucundà parte Camænæ,
Nate, tuæ, ut te adamet Marchio munificus,
Patris ab exemplo ſimùl et Leonellus amator
Nempè tui, ut perbibent, commoda multa ferunt,
Quod fateor; ſed non venerabilis ubera matris,
Vagituſque tener munera tot ſuperant?
Tè in primis genui, nutrivi, et ſedula ſempèr,
Quæ potui, noſti, commoda multa tuli;
Miſi te ad Grajos, indè ut tù doctior ires,
Meque etiàm ornares; hæc tua, nate, fides?
Nonne fuit ſatiùs, Matrem ſine prole fuiſſe?
Non pœnas paterer uſquè miſellà graves;
Prætereà, mi nate, meum decus, et mea vita,
Delitiæ, ſpes, lux, divitiæque meæ
Non animos noſti Regum; cupière modò unum,
Nùnc aliud, non ſtat mens ſua firma diù,
Idcircò præfata vide, et materna capeſſe
Conſilia; haud ſempèr floridus extat ager;
Quid ni te moveat noſtra hæc ſententia, nèc te
Cara parens, nèc te patria terra movet;
Ah ſaltèm nobis inquam dà quatuor annos,
Mutua des, habuit quos ea terra diù;

Quod niſi conficias, numquàm mea fata benignum,
Prò te, Nate, quidèm ſunt habitura modum;
Ergò nì miſeram cupis hanc periiſſe parentem,
In ſolitos propera, Nate, venire ſinus.

Clarus Vir Guarinus Veronenſis
Veronæ Patriæ ſuæ Salutem.

Salve cara Parens, omni venerabilis ævo,
Cara parens, magni Numinis inſtàr habens,
Quas tibi, quas dicam mater ſuaviſſima grates,
Quæ tibi prò tali munere dona feram?
Namquè per inſuetas tua venit epiſtola valles,
Haud noſtrum dubitans ſpontè ſubìre larem,
Cùm ſacros fontes, colleſque relinquat apricos,
Ridentes agros, florida prata, lacus:
Ad natale ſolum precibus me accerſis amicis,
Et placido revocans me petis alma ſinù,
Quoſque diù reditus avido ſub pectore verſo,
Invitas ultrò, sìc jubet altus amor;
Defuit hoc largis quos tradis honoribus unum,
Hic mihi ceù ſummæ laudis acervus adeſt;
Nil mihi quod Civi decorando cedat omittis,
Amplificas titulis ſedula reſque meas;
Quò circà nihìl eſt tàm dirum, immane, feroxque,
Quod prò te, atquè tuis laudibus effugiam;
Edictum ſequor, & maternis audio juſſis,
Inquè ſinus ſolitos lætior advenio;
Unùm oro, ſpatium, & redeundi tempora ſinas
Commoda, sìc rebus conſule & ipſa meis;
Nonne vides terram, & pelagus concurrere in arma,
Ceruleos bello Mars ciet ecce Deos,
Ceſſit honos agri, vomer conflatur in enſem,
Squalidaque abductis arva colonus avet,
Muſaque pacis amans tranquillas expetit urbes,
Et quæ facta canit bella, futura fugit;
Ut ſtrepuère tubæ, juvenes Helicona recuſant,
Non locus, aùt cura eſt artibus, ac ſtudijs;
Dùm furit intereà terris, atquè æquore Mavors,
Hìc, velùt in portu, lentus agam requiem;

Nèc

Nèc tibi me retraho, at meliora in tempora ſervo,
Meque tuis trado laudibus, ac decori;
Aſt ubì depoſitis, Mater, florebis ab armis,
Mitis & exutâ caſſide Pallas erit,
Ipſe tibi tenues mecùm revocabo camœnas,
Undiquè, ſi quid erit, noſter Apollo canet:
Deſine jàm putridas lymphas, Ranamque loquacem
Objicere, aut civis quas emit aſſis aquas;
Eſt hìc magnanimus Princeps, clariſſimus Heros,
Marchio munificus, juſtitiæque nitor,
Qui me præcipuo amplecti dignatur amore,
Et vitæ auxilium, & commoda multa ferens;
Eſt patri ſimilis ſtirps tanto digna parente,
Patris ab exemplo me Leonellus amans,
Eſtenſis decus hic Gentis, cultorque Bonorum,
Cui Muſæ dulces, atque Minerva favent;
Moribus in quorum placidis, vultùque ſereno,
Et liquidi fontes, & Philomela ſedent;
Fertilis hinc gremio decurrit copia pleno,
Cùm Junone venit Liber, & alma Ceres;
Te tamèn Urbs veneranda bonis præponere tantis
Audeo, tù vitæ ſpes, requieſque meæ;
Hos annos, animoſque tibi, corpuſque dicavi,
Atque Guarinus ero tempus in omne tuus.

Guarini epiſtola in citato Codice illam Veronæ præcedit, & ſanè legentibus dubium creari poteſt, utra prior ſit; nos verò Veronenſem Guarinianæ præponere ſatiùs duximus. Guarinus itaquè cùm ſe honoribus, cenſuque ab Urbe noſtrâ arctiùs obſtrictum vidiſſet, Ferrarienſis omnimodè factus inſtituendæ bonis Litteris juventuti operam ſtrenuè impendit, eoque in munere uſquè ad vitæ exitum perduravit; Diſcipuli autèm ex omnibus Europæ regionibus Ferrariam convolarunt, quod nobis teſtatum reliquit Eneas Silvius, Commentar. libr. 3. pag. m. 228. Ibì, poſtquàm Guarini, quem libr. 2. pag. 103. Magiſtrum ferè omnium, qui ſuâ ætate in Humanitatis ſtudijs floruerunt, appellat, morti ceſſiſſe ſcripſit, hoc eumdem Elogio proſequitur: *Flevere docti tranſitum ejus, diſcipuli præſertìm, qui ad eum totâ Europâ confluxere, latinas enìm, & græcas litteras docuit, libros è græcis latinos fecit complures: cujus labore Strabonem legimus: Filios reliquit eru-*

ditos : Epitaphia ei multa edita ſunt : Nemo ex doctis ætate noſtrâ meliùs nomen reliquit : Corpus Ferraria ſervat. Extremis verò Marchionis Nicolai temporibus Concilium Œcumenicum Ferrariæ, Eugenij IV. Pontificis juſſu celebratum eſt, de quo pauca dicere
1417 inſtituimus, eo quià Lectorum Studij noſtri nonnullorum operâ ejuſdem Patres uſi ſunt. Intèr edita in Conſtantienſi (*a*) Concilio Decreta, Seſſione trigeſima nonâ ſancitum eſt, quinto quolibet, vèl ſeptimo, aùt decimo ſaltèm anno Concilium à Romano Pontifice congregari; idcircò Martinus V. Papiæ illud indixit,
1423 at cùm nulli (*b*) ferè, prætèr Romanæ Sedis Legatos conveniſſent, Senas tranſtulit: Ibì unica habita dumtaxàt ſeſſio; cùm enìm vidiſſet Pontifex ab Alphunſo Aragonio Neapolis Rege, Petro de Lunâ Pſeudopapæ favente Legatos Senas miſſos, ut intèr Patres turbas excitarent, metuens ne novum in Eccleſiâ Schiſma, Scandalumque oriretur Concilium diremit, eoque ad ſeptennium prorogato, Baſileæ apud Helvetios cogi mandavit.
1431 Anno igitur 1431. ſub Eugenij, qui Martino ſucceſſerat Pontificatu, per Julianum Cæſarini S. Angeli Cardinalem Sedis Apoſtolicæ Legatum Concilium ibì legitimè inchoatum eſt; utinàm etiàm legitimè proceſſiſſet, in conventum etenìm malignantium, & Conciliabulum Sathanæ immutatum ad eam pervenit inſaniam, ut auſu nefario Eugenium ipſum ſummi Pontificatus Dignitate ſpoliare non erubuerit; quibus intellectis, minimè perterritus Pontifex Concilium aliò transferre cogitavit: Acciderat pridèm, ut Joannes II. Paleologus Græcorum Imperator ab eo adversùs Turcarum impetum opem imploraſſet, quod ut faciliùs aſſequi poſſet, fidem adſtrinxerat ſuam, ſe cùm Patribus Orientalibus Latinorum Concilio interſuturum, prò concordiâ intèr Eccleſiam utramque ſi fieri poſſet, ineundâ: Græcos ad ſe trahere Baſileenſe Conventiculum totis viribus, verſutiâque nitebatur, at Eugenius iniquitate illius patefactâ, eoſdem proſpero negotio induxit, ut ſibi metipſi adhærerent: Propterea cùm nil reliqui eſſet, niſi ut locus Latinis, Græciſque tutus, opportunuſque deligeretur, propoſitis per Pontificem Imperatori nonnullis Italiæ Urbibus, huic placuit, cæteris Ferrariam præferre, utpotè munitiſſimam, Eſtenſiumque Principum ſub imperio poſitam quibus (*c*) Auguſta Paleologorum Familia, cognationis vinculo jungebatur: Acceſſit

(a) *Battaglini, Iſtor. dei Concilj, Tom. 2., nel Concil di Coſtanza, n* 18.
(b) *Detto Concil n 3 e 4.* (c) *Gio. Battiſta Pigna, Iſtor. Eſtenſ.*, *lib. 6. verſ. il fine.*

ceſſit etiàm ratio, quòd Ferrarienſis cœli temperies Conſtantinopolitanis omnimodè conveniret, quodque (& hoc maximè Orientales movit) tùnc temporis Græcæ linguæ ſtudium, ab Italis cæteris ferè neglectum in Urbe noſtrâ floreret, clariſſimique Linguæ ejuſdem Magiſtri publicè intèr nos profiterentur. Ferrariâ igitùr Concilij ſede conſtitutâ, ac fide prò omnium, præcipuè Græcorum ſecuritate à Marchione preſtitâ, Eugenius de proſpero rerum agendarum eventù ſollicitus hùc ſe contulit, pauciſque ab ejus adventu tranſactis (*a*) diebus Concilium in nobiliſſimâ 1438
Cathedrali noſtrâ, ſtrenuo Chriſti militi, Ferrariæque Patrono D. Georgio dicatâ inchoatum eſt. Duabus Seſſionibus vix (*b*) peractis Græci quoqùe advenère, ſcilicèt Joannes II. Paleologus Græcorum Imperator, Demetriuſque frater Peloponeſij Deſpota, Joſeph Conſtantinopolitanus, Alexander Antiochenus Patriarchæ, Archiepiſcopi Trapezuntius, Epheſinus, Sardicenſis, Rhodienſis, Corinthius, ac Nicenus doctiſſimus ille Beſſarion, cujus famą orbem univerſum peragravit; Trapezuntij quoquè Imperatoris, Georgiæ Regis, Gætarum Ducis, Colchidiſque Dominorum Legati, Iſidorus Ruthenorum, & Abraham Moſchorum Archiepiſcopi, Antonius Ægyptius Jacobitarum Abbas, alijque plures, ut videre eſt apùd Aloyſium (*c*) Meimburgh, in ſuâ Schiſmatis Orientalis Hiſtoriâ. Hos omnes benevolo, hilarique animo, prò cujuſcumque dignitate excepit Pontifex; Marchio verò ne quid ipſis deeſſet uſquè ad delitias, ſatagebat: Imperatori nobilem Paradiſi (*d*) ædem, nùnc Sedem Lyçei noſtri, quam apparatu tanti hoſpitis digno ornari curaverat, aſſignavit, reliquis, in amplioribus Civium domibus collocatis, quos ibì lautè adeò, ac ſplendidè habuit, ut Græcorum faſtus miram Nicolai magnificentiam, Urbiſque noſtræ pulchritudinem pleno ore prædicaret: Ingens verò, ac divinum planè Angelis, Hominibuſque ſpectaculum, cùm infulati utriuſque Eccleſiæ Patres, ſub Romano Pontifice, quod nuſquàm antè acciderat Concilio iterùm atquè iterùm interfuere: Quamdam triumphantis Hieruſalem, in terris imaginem Ferrarienſe Templum tùnc exhibebat; quemadmodùm enìm Altiſſimi Trono Angeli miniſtrantes, in ſuas ſinguli Gerarchìas diſtributi aſſiſtunt, ità in eo, ſub primâ Eugenij Chriſti Vicarij Cathedrâ Cardinales, Orientalis, atquè Occidentalis

C 3 Ec-

(a) *Battaglini, Concilij, Tom. 2. Concil. di Fiorenza, n. 6. part. 1.*
(b) *Sardi, Hiſtor. di Ferrara, libr. 7.* (c) *Tom. 2. libr. 3.*
(d) *Sardi, d. libr. 7.*

Eccleſiæ Patriarchæ, Patreſque numero duocentum ſexaginta, Auguſtus Græcorum Imperator, Duces, Prìncipes, Regum, Principumque Legati, Sacrarum Familiarum Generales Miniſtri, Abbates, Theologi, Protonotarij Apoſtolici, Sacrorum Canonum Doctores, alijque innumeri, quiſque prò dignitate in unum coacti: ſed Auguſtam hujuſmodi Seſſionem deſcribunt (*a*) Meimburgh, ac (*b*) Pigna ſuprà laudati, ad quos, brevitatis gratiâ, Lectorem remittimus. Præcipua verò Eugenij, Latinorumque Patrum cura fuit, Græcos ſuadère, ut relictâ Schiſmatis pertinaciâ tandèm cùm Romanâ Eccleſiâ ſentirent: In varios hi erant errores prolapſi, qui tamèn ad quinque capita à Concilio redacti (*c*) ſunt: Primus erat, quòd Romano Pontifici ſupèr Eccleſiam univerſam Primatum negarent: Secundus, quòd Purgatorium minimè admitterent, Eccleſiæque ſuffragia Animabus in Inferno detentis tantumodò prodeſſe dicerent: Tertius, quòd Latinis minimè licuiſſet Fidei Symbolo additamentum, circà Spiritus Sancti proceſſionem à Filio, facere per illa verba: *Filioque:* Quartus error in eo conſiſtebat, quod tenerent, conſecrationem Corporis D. N. Jeſu Chriſti in pane azimo, proùt Latinorum mos eſt, fieri non poſſe: Quintus tandèm erat circà panis tranſubſtantiationem in Euchariſtìam. Propoſitis itàque in Concilio diſcrepantiæ articulis, Interprete ejuſdem celeberrimo Studij noſtri Lectore (*d*) Guarino Veronenſe, à Concilio electo, ac utrâque partium ſententiam ſuam tueri mordicùs ſatagente, opportuniùs viſum eſt, Theologis Latinis duodecim, ſexdecim, sì Meimburgh credimus, Græciſque totidèm eorumdem diſputationem delegare, eamque ſtatutis quibuſdam diebus extrà Concìlium fieri, ut ad illud poſteà diſcuſſæ, enucleatæque res, quantùm fieri poſſet, deferrentur. Celeberrimo huic certamini nobile D. Franciſci Minorum Conventualium (*e*) Templum paleſtræ loco fuit, ibidemque pluriès magnâ opinionum contentione dimicatum eſt, Græcis Dogmatum veritati acerrimè reſiſtentibus, cùm eos puderet, Latinorum doctrinæ cedere, quibus ſcientiarum ſe Magiſtram fuiſſe olìm ſuperba Natio jactitabat. Eorum tamèn omnium audaciam Vir unus, in Almo Lyceo noſtro Profeſſor probè repreſſit, Ugo Benzi

(a) *Luigi Mcimburgh, Sciſma di Oriente, Tom.* 2 *libr.* 5. (b) *Gio. Battiſta Pigna, Hiſtoria Eſtenſe, libr.* 6. (c) *Battaglini, Concil. di Firenze, part.* 1. *n.* 10. & 11. (d) *Marco Antonio Guarini, Chieſe di Ferrara, libr.* 3 (e) *Battaglini, e Pigna, nei luoghi ſopra citat., e Guarini, Chieſe, libr.* 4.

Benzi Senenſis, Medicus, Philoſophus, Theologuſque præclariſſimus; is enìm, ut Latinæ Litteraturæ gloriam tutaretur, celebrioribus ad cœnam invitatis Græcorum Philoſophis, Theologiſque edixit, ut quas vellent, juxtà Platonis, ſivè Ariſtotelis ſententiam quæſtiones proponerent, ſe, uti imperaſſent, defendendo, vèl impugnando reſponſurum; nèc vana eſutijſſe hominem exitus comprobavit, pluribus enìm, ac dificillimis per Græcos eoſdem quæſtionibus in medium allatìs, tantâ (*a*) ſapientiæ maturitate, ingenij vi, verborumque elegantiâ, quæ probanda aſſumpſerat defendit, obiectaque diſolvit, ut adverſarios eximiæ virtutis in admirationem raptos, rarionibuſque devictos obmuteſcere coegerit. Sed à privatâ ad publicam diſputationem redire preſtat, in quâ cùm Theologi minimè conveniſſent, Divino aſflante Spiritu, qui Conciliorum Œcumenicorum moderator eſt, Patribus placuit eorumdem numerum coarctarè, biniſque hìnc indè totam controverſiarum ſummam committere, eo quià faciliùs intèr paucos conveniri poſſe cenſuerint. Prò Græcis igitùr Beſarion Nicenus, & Marcus (*b*) Epheſinus Archiepiſcopi electi ſunt, prò Latinis, Cardinalis Julianus Cæſarini, & Fr. Joannes de Ferrariâ, Ordinis (*c*) Prædicatorum Longobardiæ Provincialis: Hùnc Gymnaſij noſtri Lectorem fuiſſe credibile eſt, certò autèm affirmare non auſerimus, cùm horum temporum Rotuli deſiderentur; quantâ verò, quàmque ſublimi doctrinâ præditum eſſe oportuit, quem Latina Eccleſia adversùs firmiores Græcæ columnas ſtatuere non dubitavit! Inſtauratis itaquè diſputationibus, res eò pervenit, ut doctiſſimus Beſſarion agnitæ veritatis lumini cedere haùd detrectarit, Marco Epheſino è contrà acquieſcere recuſante: Jamque omnia ad concordiam tendere videbantur, cùm Epidemica lues Urbem noſtram invaſit, quaproptèr Decimâ octavâ Seſſione abſolutâ Eugenius Florentiam (*d*) Concilium transferre coactus eſt. Ibì punctis, quæ diſcutienda ſupererant ad trutinam revocatis, veritati acquieſcere, cùm Beſſarione Græcis omnibus placuit, Epheſino Archiepiſcopo tantùm

 exce-

(a) *Raphael. Volaterran., Antropologia, libr. 21. Æneas Sylvius, Deſcript. Europæ, cap. 52. Battaglin., Concil. ſudetto n. 11. Gimma, Italia letterata, Tom. 2. cap. 35. n. 25.* (b) *Battaglini, nel luogo ſopracit. n. 14. e 15.* (c) *In Actis Concil. Florentini, part. 2. Collat. 2. p. 84. citat. à Georgio Viviano Marcheſi, in Vitis Viror. Illuſtr. Forolivienſium, libr. 1. cap. 6.* (d) *Battaglini, n. 16., e part. 2. di d. Concil. di Firenze n. 2. 3. e 10.*

excepto, qui duro, obſtinatoque animo maluit in Schiſmate perſeverare; sìcque res Ferrariæ inchoata, diſcuſſa, ſpiniſque omnibus ferè repurgata Florentiæ, undè nomen Concilium traxit, ad finem perducta eſt, maximâ Chriſtiani Orbis lætitiâ, qui Eccleſiam utramque in Fidei, Dogmatumque concordiâ, atquè unitate tot poſt ſæcula vidit tandèm unanimitèr convenìre. Is Concilìj per Eugenium IV. Ferrariæ, Florentiæque celebrati fructus fuit; at ejuſdem causà haùd modicum etiàm utilitatis Italicæ Litteraturæ proveniſſe dici poteſt; cùm enìm Græcorum doctiſſimi, cùm Magnatibus, Patribuſque in Italiam veniſſent, ibìdem conſtitère, ac Italos Græcam linguam docuerunt: Celebriores (*a*) fuere Georgius Trapezuntius, Emanuel Chriſolora, Joannes Laſcari, Demetrius Cancondìla, Moſcopulus Argiropulo, Georgius Gemiſto, ac præclariſſimus Theodorus Gaza Teſſalonicenſis, qui Ferrariæ obtigit, ac in ejuſdem Lyceo Gymnaſiarca, & Lector fuit. At Marchio Nicolaus cùm quinquageſimum octavum ætatis an-
1441 num ageret morte ſublatus eſt, Princeps virtute bellicâ eximius, Juſtitiæ cultor, ſubditiſque carus adeò, ut Senatus, Populuſque Ferrarienſis (*b*) Decreto Ænea Equeſtris Statua eidem fuerit deſtinata, quæ deindè anno ab ejus deceſſu decimo, in Foro propè
1451 Palatium Communis, ſupèr marmoreas columnas duas erecta: In ſuperiori autèm anterioris columnæ parte hoc Elogium legitur;

Nic. Marchioni Eſtenſi Al. F. ter pacis Italiæ auctori R. P. Ferrarien. Leon. Mar. Germano, & Succeſſore perfici imperante dicavit, Auguſto Villa Patre Patriæ procurante M.CCCI.

Hoc modo refert etiàm Marcus Antonius Guarini (*c*) noſter, ſed loco anni MCCCCI. annus MCCCCLI. ponendus eſt, huncque tabulæ fuiſſe inſcriptum, ſed duabus in poſtremis litteris numeralibus, temporis vetuſtate exeſum certiſſimum redditur; ex indicatâ Leonelli tùnc imperantis juſſione, qui anno 1441. Principatum obtinuit, ac etiàm quià Equeſtris ſtatua Nicolao eſt dicata ab Auguſtino Villa, qui ad Tribunatus Patriæ dignitatem aſcendit anno 1445. Epitaphia multa à Poetarum ævi illius celeberrimis in Nicolai morte elucubrata leguntur in MS. Carminum Auctorum variorum Codice, quem in Bibliothecâ ſuâ ſervat D. Mar-

(a) *Meimburgh, Sciſma d'Orient., Tom 2. libr. 5.* (b) *In Regiſtr. anni 1443 pag. 60.* (c) *Chieſe di Ferrar., libr. 3.*

D. Marchio Hercules Bevilacqua; cumquè proùt ſumma eſt ejuſdem humanitas, nobis copiam excribendi, edendique fecerit, ea, ut jacent in Codice prædicto hìc damus:

Guarinus Veronenſis.

Italiæ Reges, Populi, Gens omnis, & ætas
Extinctum lugète Ducem, veſtrumque nitorem,
Quem ſecùm aſportat Nicolaus Marchio, ſicùt
Amiſſo tenebras expectant ſidera ſole.
Hunc terris hominem mortalia membra notabant,
Teſtantur ſed geſta Deum cœleſtia, terras
Gloria, corpus humum, ſuperas mens incolit arces:
Hoc exemplar habe populis qui ſceptra gubernas.

Guarini ejuſdem.

Sic animam ætheriâ ſervet Nicolaus in arce
Marchio magnanimus, meritis prò grandibus, ut jàm
Maxima per cunctas celebratur gloria terras,
Ut ſacra Chriſtiferæ cuſtodit Virginis ædes
Corpus humo clauſum; magnis cùm ſumptibus ipſe
Ædificans Templum veniâ donavit, & arâ
Munere Pontificis, ſanctæ pietate Parentis:
Dehìnc laudes aliæ majora volumina poſcunt.

D. Ludovicus Sardus.

Qui ferè bis quinis hanc luſtris rexerat Urbem
Tùnc felix, nùnc digna colens felicitèr aſtra,
Hoc juſſit moriens includi membra ſepulcro;
Eſtenſis Nicolaus hic eſt generis præclara Latini
Gloria, quo nullus Rex vixit notior orbe:
Prodijt hic juvenis ſi quandò invictus ad arma
Bella gerens, dux acer erat, ſed victor in armis,
Mitis, & oppreſſos populos de nectare paſcens;
Jàmque ſenex, totâ bellis, armiſque furente
Italiâ, fuit & pacis ſervator, & auctor.

Hieronymus Guarinus.

Hic ille Eſtenſis Nicolaus origine, cuius
Fortia ſeù bello, ſeù pace ingentia facta
Perſonat Italicas dudùm vaga gloria terras,

Impe-

Imperioque opibuſque potens, quo juſtior alter
Nèc pietate fuit, quo non ſapientior alter
Comprimere arma, Italis pacemque imponere rebus;
Fermè annos vitæ jàm ſexaginta ſuperſtes
Hìc jacet, humanæ monumentum nobile ſortis.

Titus Strozza Muſarum ſplendor.

Hoc jacet Eſtenſis Nicolaus marmore, lætos
Marchio tranquillâ populos qui pace regebat,
Conſilijs, opibuſque potens, Princepsque benignus,
Juſtitiæ nitor inſignis, pietate replevit
Magnanimus totum factis ingentibus orbem:
Italiæ decus extinctum gemit anxia tellus,
Sidera lætantur animam excepiſſe beatam.

Idem Titus Parnaſſi decus.

Si quis juſtitiæ cultor, pietatis, & almæ
Pacis amans, comis, magnanimusve fuit,
Si quis & imperium placidâ ditiòne regebat,
Felix, & ſapiens hic Nicolaus erat
Eſtenſis, nomen terris, cinereſque reliquit
Marchio, divinus ſpiritus aſtra tenet.

Idem Titus Pieridum delitiæ.

Splendida lux, Italis olim & ſpes inclyta rebus,
Et pius, & ſapiens, pacis amator eram,
Felici populo juſtus, fortique gubernans
Sceptra manu, toto clarus in orbe fui,
Munificus, clemens Nicolaus nominis alti
Hoc jacet Eſtenſis Marchio ſarcofago;
Detinet oſſa mei Ferraria pignus amoris,
Lætaque mens campos incolit Elyſios.

Idem Titus Elegorum culmen, & princeps.

Parce graves lacrymas, & acerbos fundere queſtus
Italia, ac triſtis facta dolore meo,
Frigida marmoreo recubant ſi membra ſepulcro,
Et Latiæ gentis concidit altus honos;
Reddidit at mea me virtus fata antè beàtum,
Vivit in æthereâ ſpiritus arce meus;

Eſtenſis

Eſtenſis placui Nicolaus Marchio terris,
Sed magno placui nunc magìs ipſe Deo.

Malateſta Bocatius Fanenſis.

Hìc ſitus Eſtenſis ſummæ pìetatis alumnus,
Aſtreæ cultor, pacis amator ineſt,
Marchio sìc felix placidâ ditiòne regebat,
Marchio munificus sìc Nicolaus erat;
Eſt hìc illuſtris, ſapiens, clariſſimus Heros,
Ingeniique decus, oppida cuncta gemunt;
Una ſalus regni patrii cùm fratribus ipſis,
Magnanimus Princeps, tu Leonelle gemis;
Corpus, quòd robur quondàm tollebat in aſtra
Hìc jacet, aſt animam ſidera celſa tenent.
Mille quadringentis Domini quatèr octo ſub annis,
Atquè novem, Eſtenſe ſidus in Arce nitet.

Michael Savonarola.

Jàm terris feſſos Nicolaus Marchio liquit
Algentes radios, cœlo dedit inclyta virtus
Candentem radium dederat quem Rector Olympi,
Alter Alexander, quo nullus mitior umquàm,
Concordes fecit populos qui ſepe potentes,
Et duros animos mulcebat pectore molli;
Extinctumque decus Latium sìc ergò per orbem
Flete ſenes, juvenes, pueri, omnis denique ſexus,
Læta triumphabat cujus Ferraria ſceptro.

Guilielmus Forfex.

Cœleſtem repetens Nicolaus Marchio ſedem
Orbatam meritò tàm clari lumine Regis
Concutit Italiam, cujus non Itala tellus
Nec paci ſimilem, ſimilem nèc viderit armis,
Principibus Latiis placido qui pectore tantùm,
Munificiſque animis tantùm perfulſit in omnes,
Cætera quantùm intèr perfulget Lucifer aſtra;
Plorandum, decus ille ævi memorabile noſtri:
En jacet hìc corpus, cœli mens vivit in Arce.

Idem

Idem Guilielmus.

Adverſâ fortis, conſtans, ſpectata, ſecundà
Mens in fortunâ callem patefecit Olympo,
Conſiliis nitens altis, patienſque malorum,
Spes miſeris Latiis populis, ſpes unica mœſtis,
Clementiſque animi ſummum decus, ac pietatis
Fons, Latiis miſeris ſpes grandis, & inclyta rebus,
Armorum magnis, paciſque ornata triumphis,
In cunctos lenis fuit, amplis æmula rebus
Eſtenſis quondàm Nicolai, gloria cujus
Terras magna colit, Superum mens inclyta Regnum:
Optima quot terris virtutum exempla reliquit,
Privatis calcar . . . . . monimenta per omnes.

Idem Guilielmus Forſex.

Conditus hìc recubat Nicolaus Marchio ſaxo,
Gloria per Latias cujus volat inclyta terras,
Quo numquàm fuerat populis acceptior alter
Italicis, quo non pietate inſignior alter,
In quo virtutes cunctæ fulsère priorum
Præſentes, cujus generoſos grandia geſta
Nutribant animos, nulli virtute ſecundos.

Idem Guilielmus Forſex.

Cognita jam Superis magnarum gloria rerum
Parta togâ, atquè armis crudelia vincere fata
Non valuère, ſuis junxerunt invida regnis
Numina, qui Latios mulcebat in arma furentes
Aſpera magnanimo componens pectore bella,
Contentuſque ſuis, veterum de more manebat
Finibus, atquè almam tranquillo tempore pacem
Servabat populis, ſanctâ pietate verendus;
Hìc Nicolaus erat Eſtenſis Marchio gentis
Gloria, qui æthereà meritis jàm ſede quieſcit.

Idem Guilielmus Forſex.

Magnanimus cupiens Nicolaus Marchio geſtis
Quærere per varias decus indelebile terras,
Fortia vulgavit claris virtutibus acta;

Norat

Norat magnanimi ſubiectos more Leonis
Servare, & juſtis pœnis domitare rebelles:
Juſtitiâ inſigni meruit cæleſtia regna,
Exemplum Latiis regnandi nobile cunctis.

Lippus Platenſis Nobilis Ferrarienſis.

Marmoreo recubans hoc Princeps oſſa ſepulcro,
Qui Patriæ, ac Populis jura benigna dabat,
Qui pius in primis, juſtique, ac pacis amator
Imperio excluſit bella cruenta ſuo,
Hunc Populi, Regeſque gravem, ſanctumque, bonumque
In rebus dubiis conſuluère ſuis,
Ferrariam imperio Nicolaus nomine rexit,
Gloria, & Eſtenſis Marchio gentis honos.

Idem Lippus.

Felicem Princeps patriam, populoſque regebam,
Atque urbes, felix dùm mihi vita fuit;
Juſtitiæ inſignis cultor, pietatis alumnus,
Comis & in primis, perque benignus eram,
Arbiter accitus bella intèr horrida, pacis
Regibus, & populis unicus auctor eram,
Marchio dicebar Nicolaus nomine, Princeps
Ferrariæ, Eſtenſis gloria magna Domus;
Hoc jaceo extinctus ſenior ſub marmore, nàm me
A Patriâ rapuit mors inopina procùl.

Dominus Guarinus Veronenſis, Mediolani.

Ceù procùl à patriâ totum peragrantibus orbem
Eſtenſis volitans Nicolai gloria quondàm,
Sìc procùl à patriâ ſua nùnc præcordia ſaxo
Condita in hoc recubant, corpus patria inclyta ſervat,
Ceù patrem hunc patriæ, dux & mœſtiſſima luget
Hunc urbs tota, pio quam duxit amore ſecundam:
Conſilium is duris fuit & ſpes unica rebus.

L. Tarinida.

Magnus ab Alberto Nicolaus Marchio Princeps,
Sed major, populis & bona tuta ſalus,
Quos intèr tanta armis atquè, opibuſque potentum his

Vires

Vires porrexit cautus; & inſidias,
Diſcordes alios intèr nova fœdera nectens,
Et belli medius, pacis & auctor erat;
Jàmque Forum Mundo Ferraria facta Tribunal
Gadibus abquè Indo hìnc quilibèt orbe petit;
Pontifices, Reges, Populi hìc ſua jura, relictis
Cauſidicis, dirimunt cognita concilijs.
Ipſe apùd Inſubrum Dominum, Ligurumque ſodalis
Dùm ſubit, occubuit, rerum, & honoris onus.

Ladriſius Crivellus Juriſconſultus Ferrarienſis.

Divus in hoc tegitur Nicolaus Marchio ſaxo,
Et Patriæ Dominus, & Pater ipſe ſuæ,
Eſtenſem hunc rapuit, genuitque Inſubria tellus;
Totaque gens Ligurum cùm Duce mœſta ſuo;
Adria percuſſis ſonuit ſupèr æthera palmis,
Ipſa ſuo vidua & Principe terra pio;
Non Italis ſolùm, ſed quolibet orbe profectis
Quæſitus pacis unicus auctor erat.

Idem Ladriſius, Mediolani.

Hìc ubì functus obit Nicolaus luce ſupremâ
Eſtenſis juſſit viſcera clauſa tegi,
Mœſtior at Domini ſepelit Ferraria corpus,
Cùm quo omnis Ligurum fermè ſepulta ſalus,
Una eadem ad Superos meritis melioribus illum,
Spemque ſuam populis abſtulit hora brevis;
Jàm ſenio tardante gravi, queque optima mors eſt,
Defunctum gemuit triſtis utrinquè Padus,
Nevè abſit totus, quæ ſe dilexerat Urbi,
Quæ dederat vivens interiora dedit.

D. Guarinus Veronenſis.

Quàm incerta ſint mortalia teſtatur Nicolaus Marchio Eſtenſis, qui in Deum pietate conſpicuus, in omnes munificentiâ clarus, belli, paciſque artibus Princeps optimus, gazâ, atquè imperio potens, utriuſque prolis abbundans, mentem ſanam in corpore ſano uſquè ad annum fermè ſexageſimum ſervàns, in hac tandèm Baſilicâ, quam vivens condidit humatus cubat -- Finis.

Duos

Duos poſt ſe legitimos filios ex Riciarda Salutiarum Marchioniſsâ tertiâ ejus uxore reliquit Nicolaus, Herculem, & Sigiſmundum, viginti duos naturales, alijs ex mulieribus ſuſceptos; quaproptèr de juris diſpoſitione, deque Patris ipſius mandato dominium in Herculem transferri debuiſſet; at quoniam tenera ejuſdem ætas regno parùm apta viſa eſt, per Joannem Gualengo XII. Sapientum Judicem Leonello, fratrum aliorum (*a*) natu majori imperium delatum eſt, quod ut ipſe Nicolao filio, ex Margaretâ Gonzaga primi voti conjuge potenti aliquâ affinitate firmaret, Mariam Alphunſi Aragonij Neapolis Regis natam ſibi matrimonio copulavit, fratreſque Herculem, ac Sigiſmundum honoris titulo Neapolim ad Socerum miſit, ut Ferranti ejuſdem filio comites adeſſent, veriùs tamèn, ut Regis ob oculos poſiti nihil in Generi perniciem molirentur. Leonello rerum potito, cùm cernerent qui Reipublicæ præerant, Academìam noſtram reformatione indigère, præſertìm poſtremis Nicolai annis, primus etenìm ſcientiarum acquirendarum ardor paulatìm in Adoleſcentium animis deferbuerat, feriò ab ipſis cogitatum eſt, ac Marchione annuente ſancitum, novam Studio formam dari oportere, idcircò Reformatores ſex electi, proùt ex ſequenti Magiſtratus, Civiumque (*b*) Adjunctorum Decreto patebit;

1441

1444

1442. *Die* 17. *Januarij*.

Spectabilis, & egregius Vir Joannes de Gualengis Judex Offitii XII. Sapientum Ferrariæ, unà cùm infraſcriptis Sapientibus, & Civibus, videlicèt

Benaſtructo de Ippocratis.	*Franciſco de Epiſcopo.*
Antonio de Rugolettis.	*Ruberto de Epiſcopo.*
Franciſco Aldiverio.	*Chriſtophoro Vecchio, Strazzarolo.*
Bartholameo Cagnono.	*Taddeo Albareſano.*

Cives verò ſunt hi.

Petrus de Marocellis.	*D. Ludovicus de Sardis.*
Aldovrandinus de Arioſtis.	*D. Ugulinus de Arimino.*
Jacobus de Arioſtis.	*D. Graſsìas de Hiſpaniâ.*
Urbanus de Roſſetis.	*D. Gulielmus de Priſcianis.*
Jacobus Mazzonus.	*D. Bartholomeus de Saliceto.*

Nico-

(a) *Sardi, libr.* 7. (b) *Regiſtr. F. dell'anno* 1442. *fol* 37.

Nicolaus de Arrivabenis.	*D. Joannes de Valentiâ.*
Chriſtophorus Cattabenus.	*D. Jacobus de Vigodominis.*
Rainerius de Jacobellis.	*Zaccarias Zambottus.*
Julianus de Carris.	*Geminianus de Ponte.*
Nicolaus Codecà.	*Joannes de Mutinâ.*
Gregorius Contugonus.	*Petrus de Remis.*

Jacobus de Novello.

Porrecta eſt ſupplicatio Illuſtri, & Excelſo Principi Domino Leonello Marchioni Eſtenſi &c. Domino noſtro ſingulari per complures ſpectatiſſimos, & ſapientiſſimos Cives Ferrarienſes, in quâ proponunt ipſi Principi ſingulare bonum prò hac ſuâ Civitate, ut reformare in eâ velit Studium Generale, mandetque hujus Studij umbræ veram, & certam dari formam. Cui ſupplicationi benigniſſimas aures adhibuit prudentiſſimus Princeps, mandavitque claro noſtro Joanni Gualengo Judici ſuo Offitii XII. Sapientum, qui ſupèr hac de re coactis ipſis Sapientibus, & aliis graviſſimis Civibus maturum capiat conſilium, intelligatque quid faciendum ſit, dein juditium ſuum, & Vocatorum Civium ſibi referat: Quamobrem prò mandato Principis vocati ſunt dicti Sapientes, & Cives. Expoſita eſt prudentèr per integerrimum Virum Joannem Gualengum Judicem antedictum petitio ſupplicantium, reſponſio Principis; Deìn petitum eſt Conſilium ipſorum Sapientum, & Civium. An generale Studium hàc in Civitate fieri debeat, & an Civitati conducat. Qui Sapientes, & Cives ornatâ expoſitione D. Judicis intellectâ, ad unum hanc in ſententiam omnes convenere: Ut generale Studium hac in Civitate fiat, quæ res eæ futura eſt utilitati, laudi, honorique permaximo; nàm ut ab utilitate incipiatur, à variis Regionibus etiàm longinquis hìc confluent Advenæ, Scholareſque multi hìc ſtabunt, noſtro pane, vinoque vivent, veſtes, cæteraque neceſſaria hominis cultui à nobis ement, pecunias ſuas in Civitate ſeminabunt, hìnc non diſcedent niſi magno noſtro omnium lucro. Accedit eo, quòd Cives noſtri, qui ad capeſſendam Litteraturam aliò vadunt, & eò pecunias deferunt, domi ſuæ Gymnaſium habebunt, ſinè impenſâ diſcere poterunt, nèc pecuniæ noſtræ evolabunt. Prætereà multa in hac Civitate noſtrâ præclara ſunt ingenia, quæ vèl incuriâ Patrum, vel eorum negligentiâ, vel inopiâ jacent, ac perdita languent: Ea excìtabuntur præſentiâ Studij, commoditate diſciplinæ, litteris operam dare ſinè magnâ impenſâ poterunt: Quæ laus, qui honor noſtræ futurus eſt Civitati, cùm per univerſum Orbem volatura ſit fama, bonarum diſciplinarum, ac artium Studium domi noſtræ nos habere;

maxi-

maximus profectò, & à quavìs Civitate expetitus, ſi commoditas daretur: Verùm cum fortuna, vèl potiùs Omnipotens ipſe Deus occaſionem hanc nobis præſtet, ut hoc tempore, quo cæteræ Studiorum Civitates, vèl bellis quaſſatæ, vèl aliis incommoditatibus enervatæ ſunt, noſtra hæc Civitas floreat, & in pace, ductu ſapientiſſimi, & divini noſtri Principis vivat, quid eſt, quod nobis perſuadeat, ut hac re, utilitate, laude, honoreque prædictam noſtram hanc Civitatem fraudemus? Quibus rationibus, & aliis compluribus in medium adductis, per prædictos, ut ſuprà congregatos decretum, ac ſtabilitum eſt: Ut Generale Studium hac in Civitate fiat: Quòd felix, fauſtum, ac fortunatum ſit; Elegeruntque infraſcriptos Juris Conſultos, ac Cives præſtantiſſimos, qui unà cum Principe noſtro eligant Reformatores hujus Studij, ſecundùm aliorum Studiorum conſuetudinem.

D. Garſiam de Hiſpaniâ.	*Jacobum de Novello.*
D. Ugulinum de Arimino.	*S. Urbanum de Roſſetis.*
D. Nicolaum Mazzonum.	*S. Rainerium de Jacobellis.*
D. Nicolaum de Varro.	*Taddeum Albareſanum.*
D. Nicolaum de Albaretâ.	*Franciſcum de Adiverio.*
D. Bartholomeum de Saliceto.	*Salomonem de Sacrato.*
Mag. Guglielmum Biſtbicciam.	*Bonaſtructum de Ippocratibus.*
Albertum de Bonacoſſis.	*Antonium de Rugoletis.*
Hectorem de Sacrato.	*Joannem de Plateſiis.*

Infraſcripti ſunt, qui electi ſunt Reformatores Studij Generalis Ferrariæ, per Illuſtriſſimum Dominum noſtrum Leonellum Eſtenſem, videlicèt:

D. Epiſcopus Reginus.
D. Graſſias de Hiſpaniâ.
D. Nicolaus de Varro.
D. Ludovicus de Sardis.
S. Urbanus de Roſſetis.
Jacobus de Novello.

Horum Reformatorum curâ, Studium reordinatum eſt, cujus in auſpicatione Guarinus Veronenſis Orationem habuit, quâ præſtabat facundiâ Juvenes ad ſcientias acquirendas hortando. Dùm verò hæc prò Lycei noſtri dignitate reſtaurandâ, firmiſque conſtitutionibus roborandâ agerentur, publica etiàm laborabat ſollicitudo, ut ab inſipientibus, ac barbaris Latinæ linguæ Pædagogis, qui grammaticos ludos aperuerant, optimaque Ferrarienſium

D Pue-

Puerorum ingenia peſſimis imbuerant inſtitutionibus, Urbem (*a*) purgarent, ſicùt enìm nulli Agricolarum emolumento cedit fertilis agrorum conditio, ſi zizania, tribulique in eis ſerantur, ità nihìl Reipublicæ Cives ad ſcientias acquirendas idoneos peperiſſe juvat, nisì ab ineunte ætate optimis Grammaticæ documentis imbuantur: Pulchrum audias editum ſuperindè Civitatis Decretum.
1443

Die XI. Julij 1443.

Spectabilis, & Egregius Vir Joannes de Gualengis Judex Offitij XII. Sapientum Ferrariæ, unà cùm jnfraſcriptis Sapientibus, videlicèt

Salomone de Sacrato.	*Antonio à Ponte.*
Joanne de Curionis.	*Jacobo de Sanctis.*
Taddeo Albareſano.	*Nicolao de Rivaben.*

Joanne de Canale.

Extat hoc tempore, hàc in Civitate malarum Litterarum, & ignorantiæ Seminarium: Cives noſtri cupiunt filios, & adoleſcentes ſuos bonis inſtrui Litteris, & ſubmerguntur in neſcio quam foveam, à quâ explicare ſe numquàm poſſunt; hoc eſt: Pædagogi quiddam barbari, qui nedùm ſciunt, ſed viderunt numquàm bonas ullas litteras, Civitatem hanc noſtram invaſerunt, Ludos aperuerunt, & Grammaticam profitentur. Ignari Cives ignorantiæ eorum, erudiendos liberos ſuos eis tradunt; cupiunt, ut diſcant, & docti evadant, diſcunt ea, quæ ut dediſcant poſtmodùm neceſſe eſt. Nè calamitas, & peſtis hæc ulteriùs progrediatur, decernunt, quòd nullus Scholaſticos in diſciplinam aſſumat, nèc Ludum habeat, nisì primò vel de ſe periculum fecerit, cognitorem ſe eſſe bonarum Litterarum, vel approbatum fuerit per Offitium XII. Sapientum aptum eſſe ad Scholam aperiendam. Si quis contrà auſerit, de Civitate ejiciatur, ut peſtifera Bellua.

Hujuſmodi tamèn morbo remedij anteà nonnihil adhibitum, ubì primùm innotuit peſſimum virus in Adoleſcentium perniciem dilatari, nobiliſſimamque eorum indolem fœdè corrumpere; nàm à Duodecimvirali Magiſtratu Franciſcus de (*b*) Campaneâ, Franciſcus de Româ, ac Benedictus Burſa de Modono, qui ob eximiam ejus virtutem Leonello Principi charus admodùm fuit, Gram-

(a) *Regiſtro dell'anno* 1443. *fol.* 58. (b) *Memoriale dell'anno* 1442. *fol.* 79., & *Regiſtr. ann.* 1439. *fol.* 17. e 20., & *ann.* 1440. *fol.* 28.

Grammatici præclariſſimi conducti fuère, ut Pueros Latinam linguam docerent, onere Benedicto injuncto, Rhetoricam diebus Feſtis publicè legendi, ac Ciceronem, Plautumque interpretandi. Poſt Decretum alios, diverſis tamèn temporibus (*a*) ejuſdem inſtituti viros conductos legimus, ſcilicèt Baſinum de Parmâ doctiſſimum nuncupatum, Philippum de Caſtro, Jacobum de Catinellis Ferrarienſem, Franciſcum de Tolentino, Franciſcum de Caſtro, Antonium Joppo, ac celeberrimum Lucam de Ripâ, qui poſteà in Academìa noſtrâ Rhetoricæ, ac Poeſeos Lector fuit. At Joannes Gualengo Sapientum Judex, unâ cùm Magiſtratus Sapientibus ad pecuniam comparandam prò veterum Scholarum reparatione, novarumque conſtructione mentem adiecit, cujus rei gratiâ cùm ingentem antiquarum Collectarum portionem Communi Ferrariæ debitam inexactam adhùc comperiſſet, earumdem exactionem fieri decrevit, ac in prædictis, alijſque (*b*) Studij uſibus impendi; id verò præſertìm curæ erat, ut fundum reperiret, undè quotannis pecuniarum ſummam in Lectorum ſtipendijs erogandam eliceret: Viſum eſt igitùr, Leonello Marchioni ſupplicare, ut à Pontifice veniam impetraret, in Lycei utilitatem convertendi Beneficia Eccleſiaſtica (*c*) Civitatis, & Comitatus Ferrariæ à curâ Animarum immunia, præſertìm prò ſalario Lectoribus Sacræ Theologiæ reſpondendo; ſed hæc juxtà ſententiam minimè contigère, ſivê enìm Leonellus Romam ſcribere recuſaverit, ſivè Pontifex ejuſdem precibus renuerit aſſentiri, certum eſt Beneficiorum ſimplicium emolumenta Studio numquàm fuiſſe applicata. Uſquè ab Univerſitatis noſtræ origine in more fuiſſe credimus, ut Scholares anno quolibèt à Studiorum ſerietate aliquandò ad jucunda, ac juvenilia diverterent: Ad ludos præcipuè, & tripudia convertebantur, vel Baccanalibus recurrentibus, vèl Univerſitatum Rectoribus Caputium aſſumentibus, quòd dignitatis inſigne erat; tùnc enìm Nationum Scholares, ex aſſe, quem quotannis eam in cauſam expendendum à Lectoribus exigebant, vèl choreas, vèl haſtiludia, Bravìo decertantibus propoſito, vèl ſympoſia, aùt exultationis id genus aliud celebrare conſueverant. Hunc igitùr ſequti morem, die 9. Januarij 1444. occaſione aſſumptionis Caputij à novo Rectore factæ, Scholares Artiſtarum, in domo Nicolai Paſetti, quæ in Viâ San- 1444

(a) *Regiſtr. ann.* 1448. *fol.* 35., & 1449. *fol.* 44., & 1454. *fol.* 18. *Memorial. ann.* 1454. *fol.* 18., 1461. *fol.* 30., & 1468. *fol.* 105.
(b) *Regiſtr. ann.* 1443. *pag.* 59. (c) *Regiſtr. ann.* 1444. *pag.* 68.

ctæ Mariæ Novæ ſita erat, convivium nobile, choreaſque publicas exhibuère; quin etiàm ligneà hominis imagine; *Bamboccio* vulgò nuncupamus, in vià eàdem conſtitutâ, adversùs eam haſtis (*a*) conflictatum eſt, victorique præmium, plaudente uni-
1446 verſo ſpectatorum cœtù aſſignatum. Aſt anno 1446. die Julij vigeſimaquartâ Joannes de Tavellis de Tauxiniano ex B. Joannis Colombini Ordine Jeſuatorum nuncupato Ferrariæ Epiſcopus in Domino obdormivit: Multis hic dùm viveret, ac pòſt obitum miraculis claruit, & coruſcat in dies, ejuſque in tranſitus articulo glorioſam Animam Angelis comitantibus ad Superos ferri conſpexit Diva Catherina Vigri Virgo Concivis noſtra, proùt utriuſque Acta teſtantur: Venerabile autèm Antiſtitis corpus in veterì Oratorio Beati Hieronymi, quod ipſe à fundamentis erexerat, antè Aram majorem tumulatum eſt, ſepulcralique lapidi hoc Gothicis Litteris inſculptum Elogium:

Hic jacet Reverendiſſimus in Chriſto Pater D. Joannes de Tuſignano Epiſcopus Ferrarienſis digniſſimus, qui olim fuerat de Congregatione pauperum Jeſuatorum, & obdormivit in Domino die XXIIII. Julij 1446.

At novâ S. Hieronymi Eccleſiâ conſtructâ B. Joannis noſtri corpus ad eam, ætate noſtrâ ſolemnitèr translatum eſt, & nùnc ſub mensâ majoris Aræ repoſitum, lapis verò Sepulcralis prædictus in Præsbiterio antè Aram ipſam collocatus: Sanctiſſimi Viri obitus, iiſdem quibus contigit die, & anno extat memoria, vernaculo ineleganti ſtylo ſincerè exarata, in Libro (*b*) Memoriali Rationum Civitatis Ferrariæ anni ejuſdem emortualis: Sed eam, proùt jacet Lectorum oculis ſubijciamus.

Domenega adì 24. *de Luio* 1446.

Meſſer Zohane de Tuſſignan Veſchovo de Ferrara queſto dì à ore 14. *paſſo da queſta vita, e Luni adì* 25. *del dito à ore* 15. *fue ſepelido à luogo di poveri Iuſuati dà li chapuzoli bianchi, che abitano in la contrada de Madona Santa Maria del Vado e nota che dito Meſſer Zobane dà Tuſſignano fue de lordeze de diti povcri Iuſuati, & entrò in lo dito Veſchovado de lano* 1432. *& eſtado boniſſimo omo & afato grandiſſimo ben al dito Veſchevado e ſo Lui che ſie Refare el palazo del dito Veſchovado ſuxo la dita piaza de Ferrara vedeſſe*

(a) *Annali di Ferrara MSS., dopo Mario Equicol Genealog. Eſtenſe, fol.* 51. (b) *Nel Memoriale dell'anno* 1446. *fol.* 1.

deſſe chiaramente che meio de entrada la auuo el dito Veſchovado lire mille de marchexani de quello che l' auia de entrada quando lui intro per Veſcovo, e trovaſſe à la morte ſoa in dito Veſcovado circa moza doxento de formento maſtelli terxento de vino, e debituri circha lire cinque millia e più e crædituri circha lire doa millia e meno e trovaſſe neto tuto e racholto in Campagna, tuto lo popollo de Ferrara Comunamente grandemente ſe dolgiuto de la morte ſoa e ſtado limoxinero, e bono a li poveri è non rio ai vizioſi.

Intereà Gualengo XII. Sapientum Judici Auguſtinus Villa in Tribunatu ſucceſſerat, quapropter in eum Academiæ Ferrarienſis manutenendæ cura tranſijt: Congregatis itaquè Sapientibus, alijſque adiunctis, reque maturè perpensâ, in hanc ſententiam publico Decreto (*a*) ventum eſt, ut prò minori Civium incommodo, promptiorique onerum Lycei ſatisfactione Datium ſolidorum duorum, ac denarij uniùs Ferrarienſis monetæ prò unoquoque pondere cujuslibet generis venalium carnium impoſterùm exigeretur, Lanijs omnibus Civitatis, Diſtrictus, ac Comitatus injuncto onere Datium prædictum de cætero Communitati Ferrariæ perſolvendi, quouſque Studiorum Univerſitas viguiſſet; Verùm cùm exactio hujuſmodi paulò pòſt indigentiæ impar fuiſſet comperta, opus fuit aliò ſe vertere, præſertìm poſt tranſactionem intèr Herculem I. Ducem, Urbemque Ferrariæ ſecutam, de quâ infrà ſermo erit: Igitùr anno quolibet Collecta, ab Æſtimo Civili regulata imponebatur, prò Almi Studij, alijſque Communis Ferrariæ ordinarijs impenſis, & hæc Collecta Ordinaria appellabatur, ad differentiam aliarum, quæ prò extraordinarijs oneribus imponi conſueverant: Utriuſque autèm generis Collectas indicendi, exigendique apùd Sapientum Judicem, ac Sapientes jus fuit; quod verò ad Ordinariam Collectam attinet, non ejuſdem ſempèr, ſed majoris, vel minoris ſummæ erat, juxta Urbis neceſſitatem, quodlibet enìm Æſtimi Bonorum Denarius modò ſolidis 18., modò 20., modò etiam 22. plùs, vel minùs gravabatur, proùt cernere eſt (*b*) in Decretis annorum 1479. 1480., & ſequentium uſquè ad tempus Devolutionis Ferrariæ ad Sedem Apoſtolicam, quo per Papam grave hujuſmodi Collectarum onus ſublatum eſt, Lyceoque noſtro aliundè proſpectum, ut fuſiùs

(a) *Regiſtr. ann.* 1447. *fol.* 27. 118. 128., *& ſeqq.*

(b) *Regiſtr. anni* 1379. *pag.* 6 26. 38.

ſiùs ſuo loco dicturi ſumus. At Leonellus Marchio, ingenti Ferrarienſium mœrore decedens, ſui omnibus deſiderium fecit, Litteratis præſertìm, quos Litteratus ipſe, Muſarumque ſectator cariſſimos habuit, muneribuſque ampliſſimis cumulavit: Hos intèr Guarinum Veronenſem, Titum Veſpaſianum Strozza, Albertum Coſtabili, Feltrinum Bojardi Ferrarienſes, Theodorum Gaza Theſſalonicenſem, Antonium Beccatelli cognomento Panormitanum, Georgium Trapezuntium, ac Laurentium Valla Romanum commemorat (*a*) Sardi, ſed his, teſte (*b*) Volaterrano addendus Joannes Auriſpa Siculus, quem Leonellus in intimis habuit: Eloquentiâ plurimùm valuit Marchio, ac nobiliſſimam Ferrariæ Orationem recitavit ad Sigiſmundum (*c*) Imperatorem, cùm ab eo Equitis inſignijs decoratus eſt, aliamque ad Eugenium IV. Pontificem, à quo galero pulcherrimo, auro, lapilliſque pretioſis ornato donatus: Sed & carmina elegantiſſima, ut ſua ferebat ætas, Italico ſermone conſcripſit, quorum quæ ſequuntur (*d*) ſpecimina Lectori ſiſtimus.

1450

Lo Amor me hà facto ceco, e non hâ tanto
De Charità, che me conduca en via,
Me laſſa per deſpecto en mea balìa,
E dice, or và tu, che preſciumi tanto;
Et eo, perchè me ſento en forze alquanto,
E ſtimo de trovar chi man me dia,
Vado, mà puoi non ſcio dovo me ſia,
Tal chè me fermo dricto in sù d'un canto.
All'ora Amore, che me ſtà guatando
Me moſtra per deſprezzo, & me obſtenta,
Et me và canzonando en alto metro;
Ne'l dice tanto pian, ch' eo non lo ſenta:
Et eo reſpondo così borbottando,
Moſtrame almen la via, che torna endietro.

Batte el Cavallo sù la balza alpina,
Et ſcaturir fà d' Helicona fonte,
Dove chi le man bagna, e chi la fronte,
Secondo che più honore, ò Amor lo enchina.

Anch'

(a) *Hiſtor. di Ferrar. libr.* 8. (b) *In Commentar. de Rebus Ferrarienſ.*
(c) *Sardi, libr* 8. (d) *Rime ſcelte dei Poeti Ferrareſi antichi, e moderni, ſtampat. in Ferrara l'anno* 1713. *fol.* 21.

Anch' eo m' accoſto ſpexo alla divina
Aqua prodigioxa de quel Monte:
Amor ne ride, che 'l ſtà lì con prompte
Le ſoe Sagipte, en forma pellegrina:
E mentre el labro à ber ſe avanza, & ſtende,
Ello con el Venen della pontura
Macola l' onda, e venenoxa rende,
Sì che quell' aqua, che de ſoa natura
Renfreſcar me dovrebbe, più m' accende,
E più che bagno, più crexe l'arsùra.

Meritò igitùr doctiſſimi Principis, ac Litteratorum amantiſſimi virtus à Guarino Veronenſi, prò roſtris in funere laudata, ejuſque cadaver, Scholarium Univerſitatis noſtræ (*a*) humeris, ſub aureâ umbellâ ad Eſtenſium Sepulcra in Templo S. Mariæ Angelorum translatum eſt. Borſio Leonelli (*b*) fratri Auguſtinus Villa Sapientum Judex ſceptrum obtulit, quià imbecilla adhùc Herculis fratris alterius, legitimi Nicolai filij manus tanto impar oneri videbatur: Reluctabat tamèn Borſius, nèc à propoſito dimoveri potuiſſet, nisì id tranquillo Reipublicæ ſtatui, ac fratris utilitati conferre fuiſſet demonſtratum, timebatur enìm, Nicolaum Leonelli filium, Herculis abſentiæ occaſione captatâ, Ludovici Gonzaga Avunculi auxilijs fræturn poſſe ad Principatum promoveri; nèc inanis quidèm ſuſpicio videri poterat perpendentibus Ludovicum vivente adhùc Leonello, de imperio in Nepotem transferendo cogitaſſe, parùmque abſuiſſe, quìn res ad votum eveniret. His rationibus adductus Borſius regnum ſuſcepit, illud integrum Herculi fratri ſervaturus; hoc tamèn nonnisì morte coactus dimiſit: Mirùm verò, ac ſingulare dixerimus, quòd, cùm Borſius ſolium Herculi jure debitum occuparet, 1467
Hercules ipſe, ac Sigiſmundus fratres, Neapoli Ferrariam revocati pacificè frui paterentur, eidemque ſummâ animorum obſervantiâ, Patri velùti obtemperarent; at mirabiliùs etiàm, quòd Borſius ipſe fratres adamaverit, ac in Dominationis partem aſſumpſerit, Herculi Mutinæ, Sigiſmundo verò Regij Lepidi gubernia conferendo. In Borſij Principatus exordio, Academiæ res 1450
incrementum ſuſcepère, ac in meliùs cœperunt ordinari. Sub eo

(a) *Annali, dopo Mario Equicol., all' anno* 1450.
(b) *Sardi, libr.* 8.

primùm, in Memorialis (*a*) Libro Studij Lectores deſcriptos reperìmus in quoddam informi Rotulo, quem hoc loco edimus, unà cùm tenuì pecuniarum ſummâ, in ſtipendiorum computum Doctorum cuilibet perſolutâ:

Lettori Leggiſti.

Meſſer Andrea Benzi	L.	120:—:—
Meſſer Zuane di Superbi	L.	50:—:—
M. Franceſco dà Rezo	L.	225:—:—
M. Tomaſo Mazioni	L.	22:17: 5
M. Agnolo dà Rezo	L.	225:—:—
M. Zulian Cantabeni	L.	87:10:—
M. Galeotto de Beacqui da Milano	L.	150:—:—
M. Lodovixio da Milano	L.	163:—:—
M. Teodoxio Spezia	L.	50:—:—

Lettori Artiſti.

Maſtro Soncino Benzi	L.	125:—:—
M. Orazio Zirondi	L.	50.—:—
M. Battiſta dà Cremona	L.	100:—:—
M. Zirolamo di Zirondi	L.	12:—:10
M. Zuanne de Rezoli	L.	150:—:—
M. Stefano dà Mantova	L.	25:—:—
M. Franceſchino dà Verona	L.	10:—:—
M. Zirolamo dà Caſtello	L.	50:—:—
M. Zovanne Frate dell'Ordine di Minori	L.	30:—:—
M. Franceſco Benzi	L.	25:—:—
M. Guerino dà Verona	L.	75:—:—
M. Mattio dà Verona	L.	25:—:—
M. Albertino dà Cremona	L.	4:—:—

Poſt Rotulum hunc, ſeù potiùs nudam Lectorum nonnullorum deſcriptionem, alij ſucceſſivi uſquè ad annum 1473. deſiderantur.
1452 Anno verò 1452. novum urbi noſtræ, ac Eſtenſium Familiæ decus acceſſit, cujus regia Borſij magnificentia in causâ fuit; cùm enìm Fridericum III. Romam contendentem, ut aureo Imperij Diademate à Nicolao V. Pontifice ornaretur, ſplendidiſſimo hoſpitio excepiſſet, Imperator, re benè confectâ, Germaniam repetens,

(a) *Memoriale del* 1450. *fol.* 43.

tens, iterùm Ferrariæ conſtitit, ubì Borſij prudentiam, animique magnitudinem admiratus, illum coràm Ladislao Auſtriaco Tyrolis Comite, aliiſque Imperij (*a*) Magnatibus, quos itineris ſocios adhibuerat, Mutinæ, & Regij Lepidi Ducem, Rhodigiique Comitem pronunciavit: Regiæ autèm inaugurationis ſolemnitati haùd parùm dignitatis attulit doctiſſima, de Borſij, ac Eſtenſis Familiæ laudibus, ab Eneâ Silvio Picolomini Senarum Archiepiſcopo, qui poſteà Romanus Pontifex fuit, & Pius II. dictus eſt, habita Oratio, ut in vitâ Pij ejuſdem refert Joannes Antoninus Campano Epiſcopus Aretinus. Addita Borſio dignitas, ſeù potiùs ejuſdem virtus Exteros quam plurimos ad Urbem noſtram incolendam adduxit, itaùt ejus ſplendor magìs, atque magis augeretur; nequè id parùm Studio profuit, quod ſub feliciſſimo tanti Ducis moderamine optimis Doctoribus, Auditoribuſque refertum eſt. Lectores, qui ſub Borſio claruère aliâ in operis Parte recenſebimus; quod verò ad Scholares pertinet, de Germanis dumtaxàt in Ferrarienſi Gymnaſio inſtitutis, libr. 3. Academiarum Univerſi Orbis hæc habet Jacobus Middendorppio: *Tanto majori amore hanc Academìam proſequi debemus, quantò plures Viros Germanos erudivit, qui omne doctrinarum genus cùm gloriâ in Patriam chariſſimam referrent. Intèr quos profectò minimè poſtremum locum obtinet Rodulphus Agricola Philoſophus, Rhetor, Poeta, & Theologus celeberrimus. Joannes etiàm Cochleus Sacræ Theologiæ Doctor creatus eſt*. Omnia itàque dùm fauſta Academiæ Ferrarienſi contingerent, placuit etiàm Paulo (*b*) Coſtabili Sapientum Judici, Sapientibuſque Ludovicum Carboni Ferrarienſem miræ doctrinæ Rhetorem, Græcas, Latinaſque litteras optimè callentem ad Oratoriæ, ac Poetice Artium Lecturam aſſumere. Sed paucis interiectis annis præclariſſimus alter Rhetoricæ, ac Poeſeos Lector Guarinus Veronenſis die 4. Decembris 1460. morte ſublatus eſt: Hujus tamèn jacturæ damna reſtauravit Baptiſta Guarini filius, paternæ ſubſtantiæ, ac virtutis hæres, itaùt, alijs poſthabitis, dignus jure merìtò viſus ſit Parentis Cathedram obtinere, quæ eidem plenis ſuffragijs, accedente etiàm Principis conſenſu collata (*c*) eſt. Sequenti verò anno per Baptiſtam prædictum, ac Fratres de Guarinis ſupplicatio XIIVirali Magiſtratui porrecta, ut in Patris de Republicâ egregiè meriti recordatio-

1460 1461

(a) *Sardi*, *libr.* 8. (b) *Regiſtr. anni* 1456., *fol.* 75.
(c) *Regiſtr. anni* 1460., *fol.* 12.

tionem, gratique animi teſtimonium ære publico monumentum conſtrui decerneretur: Juſtiſſimis Oratorum votis annuit Civitas, at res uſquè ad menſem Aprilis anni ſubſequentis dilata, donèc reportatis per Guarinos à Borſio Duce ad Magiſtratum ſuperindè litteris, voti compotes ſunt effecti: Decretum (*a*) hujuſmodi eſt:

MCCCCLXII.

Die Martis, ſexto Menſis Aprilis.

Magnificus D. Paulus Coſtabilis, Eques, Comes, Legum Doctor Judex XII. Sapientum Civitatis Ferrariæ, ejuſque Diſtrictus, & unà cùm infraſcriptis Sapientibus, & Adiunctis, videlicèt.

D. Zilfredo de Veronâ.
S. Jacobo de Arioſtis.

S. Malateſtâ de Arioſtis.	*S. Chriſtophoro Cantaben.*
S. Nicolao de Arrivaben.	*S. Franciſco Stabellino.*
S. Zampaulo Bellajâ.	*S. Peregrino Albertini.*
S. Antonio de Cicognariâ.	*S. Bartholameo de la Penna.*
Sapientibus.	*Adjunctis.*

Viſis, lectiſque litteris Ducalibus, unà cùm precibus filiorum q. D. Guarini Veronenſis, tenoris infradicendi, & non dubitantes, ſi voto eorum annuatur, non exiguam huic Reipublicæ noſtræ Ferrarienſi gloriam conſecuturam fore, ut monumentum egregium ad perpetuam hominis illius memoriam fiat, qui ſanè Litterarum Græcarum, Latinarumque Lux omni Italiæ fuit, ut experientia magiſtra eſt, Deliberaverunt, & decreverunt, quòd ex ære publico Communis Ferrariæ, in auxilium conficiendi monumentum ipſum expendantur; & exburſentur in fabricâ ejuſdem floreni centum Auri, prò collocando, & deponendo cadavere ipſius quondàm Domini Guarini Veronenſis.

Quarum quidèm Litterarum Ducalium tenor talis eſt, videlicèt.

Foris

Judici noſtro XII. Sapientum Communis noſtri Ferrariæ.

Intùs

Borſius Dux &c.

Dilectiſſimi noſtri. Li figlioli furono de Guarino ſupplicano, come vederiti: Et in vero à nui piaceria molto, e ſereſſimo contenti, che ſe gli

(a) *Regiſtr. anni* 1462., *fol.* 38.

ſe gli uſaſſe quella gratitudine, e chel ſe faceſſe quello onore alla terra: Unde ſe vuole, che ne ſtati cùm li Savij, perchè el ſe gli faccia proviſione: Et inſino à cento Ducati de ſpexa ſe gli metta, i non ſerà gran facto.

Hoſtellati XXVI. Novembris 1461.

Cujus quidèm ſupplicationis tenor eſt, videlicèt.

Illuſtriſſime, & Excellentiſſime Dux: Poſt humillimam commendationem Exponunt Illuſtriſſimæ D. V. fideliſſimi Cives, & Servitores filij q. D. Guarini Veronenſis, quod cùm cupidi ſint Patrem ſuum, proùt meritus eſt, honorare, & ejus memoriam apud poſteros ſempiternam facere: Cogitant hoc ad illius decus, & gloriam pertinere, ſi præclariſſima Civitas veſtra Ferrariæ aliquo egregio monumento ſuam in illum benevolentiam teſtetnr, quod & reliquis documento eſſe poſſit, quàm gratam ergà ſe Civitatem habituri ſint, qui prò Ferrariæ commodis, ac utilitate invigilaverint, quod ſinè dubio Guarinus ipſe fecit; hoc autèm quod petunt eſt hujuſmodi, Ut Populus Ferrarienſis Sepulturam dignam Guarino ipſi conſtrui faciat, quemadmodùm Florentini Leonardo Aretino conſtruxerunt, Quocircà eamdem Illuſtriſſimam D.V. ſupplicant prædicti humilitèr, dignetur Magnificum Judicem XII. Sapientum, ipſoſque Sapientes exhortari, & quantùm liceat, ad hoc faciendum impellere; quod Veſtræ quoquè Illuſtriſſimæ Dominationi non parùm famæ apportabit, quod ità benè agatur cùm his, qui de Illuſtriſſimâ Domo Veſtrâ, & Inclytâ Civitate benemeriti ſunt; Et hoc de gratiâ ſpeciali.

Guarino hujus Decreti vigore, in Templo Divi Pauli magnificum (*a*) ex Porphyretico lapide Sepulcrum ære publico conſtructum eſt, marmoreis columnis quatuor innixum, varijſque egregij ſcalpri imaginibus, quæ Defuncti Virtutes exprimebant ornatum, eleganti inſcriptione additâ, Viri tanti laudes, carminibus infraſcriptis complectente: Templo verò à Terremotu diruto, monumentum quoquè contritum, ſoloque exæquatum eſt; nè tamèn unà cùm tumulo tumulati memoria interiret, vetus elogium in marmoreo lapide, qui uſquè ad hodiernam diem propè januam Sacrarij cernitur, hiſce verſibus ſculptum eſt. 1570

Hunc

(a *Marco Antonio Guarini*, *Chieſe di Ferrara*, *libr.* 3.

Hunc tibi conſenſu tumulum Ferraria magno
Prò meritis poſuit, clare Guarine, tuis.
Tù Pater Eloquij, geminæ tù gloria Linguæ,
Præcipuus Juvenum tù moderator eras;
Te duce, noſtra vigens ſtudiis florentibus ætas
Pierio priſcis certat honore viris.
Nèc Verona minùs tali ſe jactat Alumno,
Quæ veteres celebri nomine tollit Auvos.
Primus, & extremus te noverat Orbis, & ultrà
Humanum virtus ſe tulit iſta gradum.
At nos hìc ſenio reſolutos condimus artus,
Candida Sidereas incolit Umbra domos.

Anno eodem opportunum Magiſtratui viſum eſt, ſeorsìm ab
1461 alijs Scholam Humanarum Litterarum ſtudioſis, quorum numerus quotìdiè augebatur, ac Baptiſtæ Guarini, & Ludovico Carboni Lectoribus parare, idcircò Communis Ferrariæ impenſis conſtructa eſt in Plateis ad (*a*) Bancum Caligariorum, ſupèr Horreum magnum, ubì nùnc Oratorium SS. Martyrum Criſpini, & Criſpiniani dictæ Artis Patronorum; ſed cùm deindè aliquibus elapſis annis confluentem Scholarium multitudinem non caperet, altera eodem in loco fabricata, adeò ut (*b*) horreum totum in duas Scholas divideretur, quarum una Palatium ſtrenui Equitis Ugucionis Contrari, viâ mediante, altera viam Sablonum reſpiciebat, ut apparet (*c*) ex partitis annuarum ſolutionum penſionis dictæ Arti factarum: Quàm verò conſpicuus, nobiliſque Diſcipulorum omnium cœtus tùnc temporis fuerit ex eo evinci poteſt, quod cùm Laurentius Roverella nobiliſſimus Ferrariæ Civis, ac Epiſcopus conſtitutus ad hanc Sedem ſuam primùm adventaret, Juriſtarum, Artiſtarumque Rectoribus XII. Virali (*d*) juſſu denuntiatum eſt, ut unà cùm Nationum omnium Scholaribus, Lectoribuſque ad Eccleſiam D. Antonij, propè D. Petri Portam accederent, illìnc Sacrum Antiſtitem, qui publicus in Academìâ noſtrâ Lector fuerat, uſquè ad Cathedrale Templum comitaturi. Paulò pòſt, anno ſcilicèt 1463. 9. Martij, Bononiæ mi-
1463 gravit ad Superos Catharina Vigri, ſanctiſſima Concivis noſtra, de Bononiâ nuncupata, Virgo geſtorum ſanctitate non tantùm, ſed

(a) *Memoriale dell'anno* 1461. *fol.* 63. (b) *Memoriale dell'anno* 1491. *fol.* 57. (c) *Memoriali delli anni* 1507 *fol.* 78., 1513. *fol.* 95., *e d'altri anni ſeguenti.* (d) *Regiſtr. anni* 1462. *fol.* 47.

ſed etiàm doctrinâ admirabilis: Hæc Joanne (*a*) Vigri Ferrarienſe orta, Sanctimonialium Corporis Chriſti, apùd nos Cœnobium condidit, deindè poſtremis vitæ annis, per Bononienſes à Borſio Duce impetrata Bononiam ſe contulit, ibidèmque Cœnobio altero Chriſti Corporis inſtituto deceſſit: Innumeris viventem, ac pòſt obitum claruiſſe prodigiis teſtantur Acta, quorum maximum dixerimus, ejuſdem Corpus pòſt tria ferè ſæcula incorruptum adhùc, flexibile, conſiſtens, vividumque ſervari: Quinam ejus Parentes fuerint, quando nata, quâve de causâ de Bononiâ dicta ſit ejuſdem ſincerè teſtantur (*b*) Acta Bononiæ impreſſa apùd Peregrinum Bonardo: Ibi, antiquo, rudique ſtylo concepta hæc verba legimus: *La qual Donna ſecondo ſi dice nacque in quel giorno, che fece la Regina de Cieli, & fù Catherina nomata, figliola di Giovanni di Vigri da Ferrara huomo literato, e d' egregi coſtumi, per le cui virtù fù tenuto ſempre in Officij. Et la Madre fù noſtra Bologneſe, Donna honeſtiſſima, & de honeſto parentato. La quale hebbe nome Benvenuta, & meritamente inſtituita di tal nome. Perchè è ſtata la benvenuta al Mondo, avendo partùrito tanto frutto in tanto honore della noſtra Cittade, nella quale nacque allevata, & nutrita &c.* Et paulò poſt: *Quando la nacque il Padre era à Padoa, & ivi li fù nonciato l' avuta figliuola. La notte avanti li venne in viſione per la Vergine Marìa eſſerli nata una figliuola, la qual ſarebbe un lume al Mondo*: Tùnc enìm Joannes pater Patavij, prò Eſtenſi Principe legatione fungebatur, quàm dùm obiret, Ferrariâ pregnantem uxorem Bononiam ad ſuos miſerat. Deindè fidelitèr Acta: *Così, per Reverendi padri Bologneſi Oſſervanti del Seraphico Franceſco; cioè Frate Franceſco Tintore, Frate Jacobo Primadizzo, & Frate Gabriello da Bologna: Intendendo da lei eſſere nata, & allevata in Bologna. Li impoſero per obedienza, eſſa ſi doveſſe chiamare da Bologna. Et così ſempre fece. Del che fù adempito la viſione che hebbe, quando à lei fù dimoſtrato due eccellentiſſime Sedie. Una delle quale era maggiore, & molto più adorna. Adimandando eſſa umilmente di cui erano, li fù riſpoſto, che la maggiore di quelle Sedie ſarebbe di Suore Catherina da Bologna.* Hanc verò ſibi paratam Virgo Concivis noſtra minimè intellexit. Per idem tempus intèr Studij noſtri Lectores cernimus Nicolaum de Fieſſo, & Nicolaum Bardella Canoniſtas, Eganum Gerardi Pi-

(a) *Vita della B. Caterina dà Bologna, ſtampata in detta Città, per Pellegrino Bonardo.* (b) *Nella Vita ſudetta.*

Pictoris, & Thebaldum de Baſileâ Medicos, Felinum Sandeo Juris Interpretem, & Petrum Bonum *dell'Avogaro* Aſtronomum: At prætèr hos Gulielmum de Vignolâ, Jacobumque Magetti, ut peſte laborantibus, ac Joannem de Gaibonâ, ut ægenis mederentur conduxit Civitas. Ludovicus verò Carbani, Moderatoribus Studij noſtri (*a*) annuentibus, à Bononienſibus conductus eſt, ut eorum in Univerſitate Rhetoricam, ac Poeticam legeret; quamobrèm Baptiſta Guarini vacantis Cathedræ emolumenta, ſupplicibus Antonio Sandeo Sapientum Judici, & Magiſtratui datis litteris ſibi adjudicari petiit: Viri meritum, ac recens adhùc Guarini patris recordatio rogatos facilè adduxit, ut rogantis voto indulgerent, ideò ſancitum (*b*) eſt, ſtipendia, quæ anteà Lu-
1466 dovico ſolvebantur impoſterùm Baptiſtæ reſponderi. Nunc verò Cronologiæ poſtulat ratio, ut de Statutis Collegij noſtri Theologorum loquamur: Ex antiquo eorum Codice in membranis manu exarato conſtat, fuiſſe eadem reformata tempore Decanatus Magiſtri Cæſarij de Ferrariâ Ordinis Servorum, ac approbata per Laurentium Roverella Epiſcopum die 10. Decembris 1647. Collegium hoc ſub Præſidio Omnipotentis Dei, Beatiſſimæ Dei Genitricis, ac Divi Hieronymi Maximi Eccleſiæ Doctoris militat: Statuta autèm in tres Partes dividuntur, quarum prima capita XII., ſecunda IX., poſtrema III. tantùm complectitur: Singulorum ſummam hìc habeas.

PARS PRIMA.

Caput I.

Poſt Probæmium ſatìs elegans, quo ſacræ Theologiæ dignitas, atquè excellentia demonſtratur, ſequentium Statutorum obſervantia omnibus Almi Collegij Theologorum Patribus, ac aliis eidem ſubjectis omnimodè præcipitur.

Caput II.

Decernit, ut in primo adventu novi Ferrarienſis Epiſcopi Magni Theologorum Cœtus Cancellarii, Collegium, Decanus ſcilicèt, unà cùm Magiſtris, Bacalaureis, & Scholaribus, Bidello præcedente, extrà valvas Cathedralis dicti Epiſcopi advenientis manus, ſinguli oſculentur, Decanus verò brevi exponat eloquio quinam ipſi ſint, Epiſcopo eidem Col-

(a) *Regiſtr. anni* 1465. *fol.* 54. (b) *Dict.* Regiſtr. *fol.* 63., & 76.

Collegium commendet, ac prò Statutorum obſervantiâ patrocinium imploret.

Caput III.

Agit de auctoritate magni Cancellarij prædicti; Hujuſmodi autèm eſt quod ſcilicèt, neceſſitate ſuadente poſſit Decanum ſeorsùm, cæteroſque Magiſtros advocare, Congregationem indicere, Statuta viſitare, adversùs Hæreſes, pravoſque articulos diſputationes demandare, cùm Magiſtrorum voto probare, vel reprobare, ad Statutorum adimplementum membra compellere, nova Statuta condere, condi a innovare, dummodò tamèn Decani, & Magiſtrorum de Collegio conſenſus accedat.

Caput IV.

Anno quolibet Studium Theologicæ facultatis in Feſto S. Hieronymi incboari præcipit, eâque die, convenientibus in unum Magiſtris, Bacalaureis, Biblicis, Lectoribus, & Magiſtris Studentium, in religioſo loco per Decanum eligendo Miſſam de Spiritu Sancto ſolemnitèr celebrari; Poſt Miſſam verò per Decanum, vel alium ab eo deputatum ſermonem in Studii Sacræ Scripturæ commendationem haberi, & ſucceſſivè ad novi Decani electionem procedi, hoc modo: Primò eligatur qui ſenior fuerit ex Clericis Sæcularibus, ſecundò ex Ordine S. Dominici, tertiò ex Ordine S. Franciſci, quartò ex Ordine S. Auguſtini, quintò ex Ordine Carmelitarum, ſextò ex Ordine Servorum, & ſic ſempèr per circulum, ſervatâ formâ in hoc Statuto præſcriptâ: Decernitur inſupèr, quod Decani dignitas Semeſtris ſit, quo expleto tempore, Succeſſor eligi debeat.

Caput V.

Decano omnium in Univerſitate gerendorum diſpoſitionem trìbuit, ejuſque muneris eſſe dicit, tractanda proponere, vota ſcrutari, quæ dicta ſunt colligere, quæ concluſa ordinare, Bacalaureis diſputationes aſſignare, Doctores, ſub quibus diſputentur decernere, ſermones ex quacumque causâ ſiendos Magiſtris, vel Bacalaureis, juxtà rerum exigentiam delegare, ac Lites intèr Magiſtros, aliaque Univerſitatis membra componere: Statuta verò condere, condita immutare, minimùm alterare, vel adversùs ea diſpenſare Decanus prohibetur: Pergit etiàm Statutum diſponere, quod ab iis, quæ ex offitio Decanus egerit, nulla detur appellatio; eidem tamèn pœnâ injunctâ, quatenùs poteſtate ſuâ abuteretur.

Caput

Caput VI.

Hujus ſanctionis ſumma eſt, quod Decanus, ratione dignitatis Magiſtros cæteros præcedere debeat, etiàmſi junior eſſet: Quod ad actus aliarum Univerſitatum invitatus primum locum ſuprà earumdem Doctores teneat, immò nec ipſis Juriſtarum, & Artiſtarum Rectoribus cedat, ſub pœna privationis Decanatus, eà ratione quià indignum videatur, S. Theologiæ Scientiarum omnium Reginæ ancillas, pediſſequasque præferri: Quod Magiſtri teneantur Decanum in actis ſolemnioribus venerari, vocati, ad Congregationes accedere, requiſiti, vota dare, juſſi ſilentium ſervare, eidemque in omnibus obtemperare, ſub pœnis in hoc Statuto declaratis. Bacalaureis verò major ergà Decanum veneratio injungitur, mandaturque ne publicè diſputent, aùt lecturam libri alicujus Sententiarum, vel Bibliæ incipiant, nisì licentiâ priùs à Decano impetratâ.

Caput VII.

Cùm Theologorum Collegium in ſex perſonarum Ordines, ut ſuprà, diſtinctum ſit, ſtatuitur, in eorum unoquoque unam eſſe Cathedram, in eâque unum Magiſtrum Regentem, qui Bacalaureos, aliosque inferiores ſubditos; ac obedientes habeat, nec ex Bacalaureis ullum in dictâ Cathedrâ, nisì de ſui conſenſu legere, vel diſputare permittat. Cuilibet verò Regentium prædictorum præcipitur, ſubditis ſuis Lectionem aliquam legere, & ſaltèm ſemèl in anno in Theologicâ facultate ſolemnitèr diſputare, Bacalaureoſque exercere, negligentes corripiendo, contumaceſque ad diſciplinam revocando.

Caput VIII.

Capite hoc ſancitur, ut Magiſtri aliarum Univerſitatum Collegio Theologorum Ferrariæ aggregari poſſint, ſi tamèn de illis ſint Univerſitatibus, quæ Theologos Ferrarienſes in Collegiis ſuis incorporari patiantur. Traditur deindè forma dictæ aggregationis faciendæ, taxatur expenſa ad id neceſſaria, ac deniquè declaratur, eſſe in Theologorum Collegium admittendos omnes, & ſingulos Ordinum Religioſorum Priores Generales in quacumque fuerint Univerſitate laureâ donati, præſtito per eos tantummodò conſenſu de obſervatione Statutorum.

Caput IX.

Regularem Magiſtrorum Congregationem ſemèl in Menſe fieri diſponit, & ſi quæ in eâ declaratio, vel conſtitutio fiat, in his Statutis

non

non contenta, in Quaterno Additionum ſeorsìm annotari. Ultrà verò Menſualem Congregationem, alias plures, juxtà caſuum contingentiam fieri permittit: Locus autèm Congregationis Eccleſia Cathedralis conſtituitur. Ad periculum evitandum revelationis rerum in Congregatione tractandarum cuilibet Magiſtrorum de non revelando juramentum defertur: Invalida verò pronunciatur quæcumque Congregationis concluſio, quæ non fuerit à duabus ex tribus Magiſtrorum partibus ad minùs firmata, cum Decani, vel legitimi ejuſdem Locumtenentis intereſſentiâ, ſinè quâ Congregationem legitimè haberi non poſſe declaratur.

Caput X.

Decernit, ut quicumque Magiſter in Fide ſuſpectus, vel de Hereſi notatus, Summi Pontificis, & S. Romanæ Eccleſiæ calumniator, Dominorum, Patriæ, vel Civitatis proditor, diſcordiarum ſator, & perturbator pacis, perjurus, Conſiliorum Univerſitatis, ac Collegii revelator, contumax ordinationibus Magni Cancellarii, Decani, aut Collegii, ebrioſus, oblocutor, diffamator, & apertè Scandalum præbens, quiſquis ille fuerit à Collegio, & Univerſitate in perpetuum ejiciatur, nullo modo, nisì de Summi Pontificis diſpenſatione reſtituendus. Eos ulteriùs de Collegio ad Congregationes, ac emolumenta percipienda minimè admittendos eſſe pronunciat, qui ambitiosè ad Capellaniam honoris, aùt ad Epiſcopatum titularem tantummodò promoveri curaverint; ſecùs verò ſi honeſtè ad Epiſcopatus, Abbatias, vel dignitates alias fuerint promoti, tùnc enìm à Congregationibus, & actibus Scholaſticis, tàm publicis, quàm privatis non repelluntur.

Caput XI.

Formam præſcribit taxandi Magiſtros Collegiatos, nèc non alios de Univerſitate, pro expenſis, quas fieri contingeret in defenſione litis, quæ totam Univerſitatem concerneret, vel ubì expenſæ extrà ordinem pro aliâ quacumque causâ fieri deberent.

Caput XII.

Magno Cancellario vitâ functo, Statuti hujus vigore tenetur Magiſtrorum, Biblicorum, & Lectorum quilibet ejuſdem Animam triplici ſacrifitio Omnipotenti Deo commendare, quod paritèr obſervandum in obitu Decani, & Magiſtrorum, ubicumque eos morì contigerit, modò eorum obitus innoteſcat Univerſitati. Si autèm prædictorum aliquis in Civitate decedat, omnes Magiſtri, Bacalaurei, Biblici, Lectores, Magiſtri Studentium, & Studentes ipſi in Sacrâ Theologiâ,

modò fuerint requiſiti ad exequias convenient, donèc defuncto juſta ſint integrè perſoluta; habitâ etiàm, ſi id videbitur expedire, per unum ex Magiſtris, ſorte extrahendum Oratione in ipſius commendationem, ſeù Religioſi Ordinis, ſub quo forſitàn militaſſet. In obitu verò Bacalaurei intrà Civitatem, Bacalaurei, & Inferiores de Studii corpore ad funus convenient, ſingulique, etiàm Magiſtri Miſſas duas pro ejus Animâ celebrabunt.

PARS SECUNDA.

Caput I.

Hoc capite forma præſcribitur, recipiendi eos, qui ad Ferrarienſem Theologorum Univerſitatem accedunt, ut ad Bacalaureatus gradum promoveantur. Itèm ſtatuitur, quod de eorum idoneitate periculum fiat, ſanciturque, quid jurare debeant, quidque pro eorum incorporatione ſit Collegio ſolvendum.

Caput II.

Edicit, ut unuſquiſque Bacalaureus promotus totum volumen Sententiarum libris quatuor diſtinctum, & unum Bibliæ librum legere teneatur, primo anno ſcilicèt primum, & ſecundum ſententiarum libros, ſecundo anno tertium, & quartum, tertiò verò anno librum Bibliæ ad placitum, habendo in cujuslibet libri exordio Sermonem in Sacræ Scripturæ laudem, & ſignantèr libri illius, quem legendum ſuſcipiet: Proponat deindè quæſtionem ex materiâ libri prædicti erutam, eamque de more decidat, cùm concurrentiâ Bacalaurei alterius per Decanum deputati: Præſcribit quoquè, ut Lectiones fiant in diei luce, in aperto, ac publico loco, initiumque habeant poſt principium Studii, ac terminentur in Vigiliâ Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, niſì aliquâ de causâ quempiam æſtivo tempore legere contingeret; tùnc enìm Lectiones poſt Feſtum dictorum Apoſtolorum inchoari, & uſquè ad S. Michaelis Feſtum protrahi diſponitur.

Caput III.

Agit de Feriis, & vacationibus, edicitque, ut in qualibet Religioſorum Congregatione, ubì Univerſitatis membra reperiantur, Bacalaurei, Lectores, ipſique Studentium Magiſtri ſuas continuent Lectiones, ac circulares diſputationes frequentent ab initio Octobris, uſquè ad finem Junii, Dominicis, aliiſque Feſtis diebus dumtaxàt exceptis: Itèm quod ſi in Hebdomadâ Feſtum nullum incidat, feriâ quintâ

non

non legatur : Tandèm quod à Feſto Sanctorum Petri, & Pauli Apoſtolorum uſquè ad finem Septembris, tàm Bacalaurei ſententias legentes, quàm alii quicumque Inferiores vacent à lectionibus ordinarijs.

Caput IV.

Si Bacalaureus finito regulari Lectionum, & Diſputationum curſu ad Magiſtralem cupiat gradum aſcendere, modus præſcribitur, quo debeat Magno Cancellario prò punctorum aſſignatione, in quibus rigoroſo erit examine exercendus præſentari, ac ordo in eorum aſſignatione ſervandus; hac tamèn lege, ut hujuſmodi aſſignatio fiat per duos dies naturales antè horam examinis, niſi examinandus à Decano, ac Magiſtris obtineret dicti termini reſtrictionem.

Caput V., & VI.

In quinto Capite agitur de examine per Bacalaureum faciendo, ut inſignia Magiſtralia conſequatur, & de juramento ab eo præſtando poſt ejuſdem ad Magiſterium promotionem; Hæc autèm juramento ſpondere debet, ſcilicèt: Quòd pro viribus ſuis Fidem Catholicam tuebitur, Summoque Pontifici fidelitatem, & devotionem ſervabit: Quòd Magno Cancellario obedientiam exhibebit: Quòd ergà Magiſtros Theologicæ facultatis ſe reverentèr habebit: Quòd ad Magiſtralem gradum nullum unquàm indignum admittet: Quòd non alibì, quàm in Almâ Ferrarienſi Univerſitate inſignia Magiſtralia accipiet: Quòd in aulâ ſuâ nihil ultrà taxationem in Clementinis expreſſam exponet: Tandèm quòd Statutis Univerſitatis non contraveniet. In ſexto verò capite ſermo eſt de ſummà pen Magiſtrandum penès Bidellum antè examen deponendâ, deque ejus diſtributione in membra Collegii.

Caput VII.

Ordinem ſervandum tradit, ſi quis privatè licentiatus, publicè, ac ſolemnitèr in Sacrâ Theologiâ doctorari voluerit, expenſaſque taxat ad id neceſſarias.

Caput VIII.

Tractat de Bacalaureis aliarum Univerſitatum, qui vèl ex Domini Papæ indultu, vèl de licentiâ Superioris velint Univerſitati Theologorum Ferrariæ aggregari, formamque eorundem admiſſionis decernit: Inſupèr ſtatuit, duos tantùm poſſe, & non ultrà unâ, eàdemque die do-

doctorari, dummodò tamèn eorum quilibet integrum Magiſtris emolumentum reſpondeat.

Caput IX.

Relinquit in Laureati facultate, in die Aulæ vel Convivium facere, vel ejus loco certam pecuniarum ſummam, de quâ in hoc Statuto Magiſtris Collegii, ac Bidello reſpondere: Si verò convivium fiat, leges infraſcriptæ Conviviales proponuntur obſervandæ, videlicèt; Quod Convivium prædictum ſolemne ſit, ſed omni penitùs ſuperfluitate ſublatâ: Quod ridem tantummodò intereſſe debeant Magiſtri, Bacalaurei; Biblici, Lectores, Magiſtri Studentium, cùm ipſis Studentibus, excluſis alijs, etiàm ſi Laureato ſint ſanguine conjuncti; Quod ſi quis ultrà prædictos in convivio ſe ingeſſerit, ab ipſo per Magiſtrum Convivii, tamquàm Paraſitus ejiciatur: Tandèm quod intereſſentes omnes honeſtè, ſobriéque ſe gerant, & cùm ſilentio, ac modeſtiâ, quod appoſitum fuerit manducent, ſub pœnis ſecùs facientibus in præſenti ſanctione conſtitutis.

PARS TERTIA.

Caput I.

Agit de Tabellione Univerſitatis ad actus Scholaſticos requiſito, & primò ſtatuitur, quod à Magno Cancellario de Magiſtrorum conſenſu, aut etiàm à Magiſtris, neceſſitate exigente eligatur: Secundò, quod vir maturus, legalis, & bonæ famæ eſſe debeat, ut quæcumque dictæ Univerſitatis acta fidelitèr ſcribat: Tertiò quod de incorporatione Biblici, Bacalaurei, vel Magiſtri inſtrumentum conficiat, illudque debitis cùm ſolemnitatibus conſcriptum, ac Magni Cancellarii Sigillo munitum Incorporato, ſivè Aggregato requirenti tradat; quod paritèr intelligendum, quandò de acceptatione Lecturæ per Bacalaureum factæ, & de præſentatione, ac aſſignatione punctorum agetur: Quartò, quod tempore Licentiæ Magiſtris cedulas approbatorias, & reprobatorias diſtribuat, ac Præſentato, antequàm licentietur, Capitula ſupèr quibus juramentum præſtare debet, exhibeat, deque ejuſdem juramento rogitum faciat. Tandem decernitur merces Notario prædicto ſolvenda.

Caput II.

Nuncius, ſivè Bidellus Univerſitatis Theologorum, juxtà hujus Capituli diſpoſitionem vir diſcretus, intelligens, litterarumque gnarus eſſe debet; ejuſque offitium eſt actionibus omnibus ordinariis Bacalau-

laureorum, diſputationibuſque intereſſe; Itèm actus fiendos Bacalaureis, & Magiſtris nunciare; locum, & tempus Congregationum intimare; ipſos cùm Baculo ad actus ſolemnes præcedere, Magiſtroſque, ac Bacalaureos ad exequias illorum de Univerſitate pro rei exigentiâ invitare: Deindè recenſitis aliquibus alijs Bidelli obligationibus, emolumenta eidem debita prò quolibet actu in præſenti Capite expreſſo taxantur.

Caput III.

Poſtremo hoc capite ſancitum fuit, ut expenſis Magiſtrorum de Collegio, & Univerſitatis Statuta hæc omnia in duobus Voluminibus redigerentur, quorum unum ſempèr penès Cancellarium, vel Tabellionem Collegii remanere deberet; alterum penès Decanum pro tempore; addito, quod Statuta prædicta in membranis deſcriberentur, neve quis auderet aliquid addere, detrahere, aut ipſos, etiàm in minimo immutare, niſi de conſenſu Magiſtrorum omnium de Collegio ſub pœnâ perjurii. Ulteriùs, quod Voluminum prædictorum unicuique Quinternus ſimilis adiungeretur, in quo Magiſtrorum Univerſitatis nomina deſcriberentur, juxtà prioritatis gradum, exprimendo cujus Ordinis fuerint, quo die, & anno Magiſterij gradum acceperint, vel Ferrarienſi Theologorum Univerſitati fuerint aggregati. Placuit etiàm, ut prætèr Statutorum volumen liber alius, ſeu Quaternus, Additionum vocandus adhiberetur, in quo Statuta, & Decreta, quæ jmpoſterùm à Magiſtris fieri contingeret regiſtrari deberent: Itèm mandatum, Quaternum alium ex papyro confici, penèſque Decanum perpetuò ſervari, ac in ipſo, per eundem omnes legitimos Univerſitatis actus, ſivè per Magiſtros, ſivè per Bacalaureos factos de die in diem fideliter deſcribi, ac veluti per Capitula diſtinctè ordinari: Tandèm Statua quæcumque præſentibus contraria, ſi quæ fortè reperirentur revocantur, caſſantur, annullantur, nulliuſque roboris, & momenti eſſe, ac à libris quibuſcumque abolenda eſſe declarantur.

Alia duo ſubſequuntur Statuta condita anno prædicto 1467. tempore Decanatus Magiſtri Joannis Baptiſtæ Paneti Carmelitæ Ferrarienſis, ac diverſa Collegij Decreta edita ſucceſſivis temporibus, uſquè in præſentem diem, quorum ſummam dare ommittimus, ne Lectoris humaniſſimam patientiam diutiùs fatigemus. A' Statutis verò Theologorum ad illa Collegij Juriſtarum deſcendimus, quæ ex antiquo MS. eorum Codice, in membranis exarato, penès Priorem Collegij pro tempore exiſtente, ut ex eo-

 rum-

rumdem exordio patet, antiquiorum Statutorum reformationes ipſa quoquè eſſe noſcuntur. Hæc autèm, de quibus agimus, Borſij Eſtenſis tempore fuiſſe reformata credimus, quamvìs quò id contigerit annus non exprimatur. Collegium Divam Catherinam Virginem, & Martyrem Patronam agnoſcit, cujus tanta fuit Sapientia, ut de Chriſti Lege adversùs Ethnicos celebriores Ægypti Philoſophos Alexandriæ diſputarit, eoſque devicerit. Codex autèm Statuta, ſeù Capita XXVIII. continet, quæ à nobis in Epitomem redacta hujuſmodi ſunt.

DE STATUTIS COLLEGIJ.

Poſt breve exordium, quo neceſſitas oſtenditur, ut Collegia, & Univerſitates propriis Statutis moderentur, decretum pronunciatur, de Veteribus Statutis Juriſtarum reformandis, & aliquibus etiàm de novo condendis, caſſanturque Vetera Statuta, quibus uſquè ad illud tempus Juriſtarum Collegium fuerat gubernatum.

De Doctoribus Collegij Ferrarienſis.

Sancitur, quod Doctores Juris utriuſque Sacri Collegii Ferrarienſis quatuordecim ſint, numerariique vocentur, qui poteſtatem habeant examinandi, probandique, ſeù reprobandi Scholares examinari, aùt doctorari volentes, & alia Collegii ejuſdem negotia pertractandi, juxtà caſuum contingentiam.

De Doctoribus Supernumerariis.

Cùm prò tractandis Collegii negotiis aliquos ex Numerariis abeſſe frequentèr contingat, propterea ultrà numerum quatuordecim Numerariorum, ſtatutum eſt, alios eſſe octo Juris Civilis, & Canonici Doctores, qui Supernumerarii nuncupentur, eoſque ſuccedere in Numerariorum abſentium locum, & prærogativam, juxtà uniuſcujuſque gradum: Hi autèm ſunt de Collegio, & ipſius actibus intereſſe poſſunt, iis tamèn exceptis, qui per Numerarios dumtaxàt expediri ſolent, nec non arguere, voceſque dare in Scholarium examine; nihìl tamèn emolumenti percipiunt, niſì in Numerariorum defectu. Si quis verò ex Doctoribus Collegii prædicti moriatur, & ſit de Numerariis, ejus loco deſcribitur, & aſſumitur primus in ordine Supernumerariorum, ſi verò defunctus fuerit ex Supernumerariis, ejus loco aſſumetur primus in ordine Doctorum extrà ordinem Supernumerariorum.

De

De his, qui poſſunt aſſumi in numero Doctorum Numerariorum, & Supernumerariorum.

Prohibetur, ne quis aſſumatur in numero Doctorum Numerariorum, ſivè Supernumerariorum de Collegio, niſì ſit Civis Originarius Civitatis Ferrariæ, & doctoratus in Jure Civili, aùt Canonico in Collegio prædicto.

De Priore Collegii, & ejus poteſtate.

Statuitur, ut unus ex Collegio Numerariorum Prior eſſe debeat, cui omnes obtemperare teneantur in iis, quæ licita ſint, atquè honeſta: Prior verò, Prioratus jure, in omnibus ſtipendium duplicatum habeat, poteſtatemque, & juriſdictionem in quibuſcumque ad ſuum offitium pertinentibus, aùt ex formâ præſentium Statutorum ſibi commiſſis, & præſertìm Collegium convocare faciendi, quotiès viſum fuerit expedire, inobedientes mulctandi, & cauſas quaſcumque vertentes intèr ipſos Collegii Doctores, vel eorum aliquos circà ſpectantia ad dictum Collegium audiendi, & eas unà cum ipſo Collegio terminandi.

De Priore extrahendo ſingulis quatuor Menſibus.

Singulis quatuor Menſibus novi Prioris extractionem hoc modo fieri debere decernitur, videlicèt; Omnes Doctores Numerarii deſcribentur in quatuordecim diſtinctis brevibus, cùm nomine, & cognomine Doctoris cujuslibet in ſingulo brevi, & hi omnes in uno ſacculo reponentur: Incipientibus verò Kalendis Februarii, ſingulis quatuor Menſibus extrahetur unus ex dictis brevibus, Doctorque in eo ſcriptus erit Prior pro dictis quatuor Menſibus, quibus completis, ejuſdem Prioratus ipſo jure, & facto intelligetur expiraſſe, aliuſque ex imbuſſolatis extrahetur, ut prò ſequenti quadrimeſtre Prioris offitio fungatur, & ſic ſucceſſivè, donèc brevia cætera imbuſſolatorum fuerint extracta: Tùnc verò nova fiet Numerariorum omnium imbuſſolatio, ordine prædicto in perpetuum ſervato.

De Promotoribus.

Præſenti Sanctione edicitur, quod Scholaris quilibet in unâ tantùm facultate examinandus, ſeù doctorandus teneatur duos Promotores aſſumere, unum ex Numerariis Doctoribus Collegii, ſorte extrahendum, alium verò ad Scholaris prædicti arbitrium, ex Doctoribus tamèn legentibus ſivè Civibus, ſivè forenſibus. Promotorum prædictorum officium erit, examinandum, ſeù doctorandum examinare, an idoneus ſit ad docto-

doctoratus munus conſequendum, ac ſupèr ejuſdem ſufficientiâ, vel è contrà, antequàm præſentetur, cùm eorum Juramento referre: Hoc præſtito ſacramento ad examen ſubeundum admittetur, eidemque per Priorem, & Collegium dies, & hora pro punctis recipiendis aſſignabuntur, iiſque aſſignatis, hora examinis decernetur.

De Depoſito antè omnia faciendo per Scholarem examinandum.

Quicumque in Collegio prædicto Juriſtarum Ferrariæ examinari, aùt doctorari voluerit, tenetur hujus Statuti vigore antè ejus præſentationem integrum depoſitum facere totius ſummæ, quæ in ſimilibus ſolvi ſolet, penès Priorem, aut Collegii Notarium, per quem poſteà in eos de Collegio diſtribuetur: Dicto autèm depoſito, cùm effectu integralitèr facto, procedetur ad Scholaris præſentationem, quemadmodùm dictum eſt in Statutis præcedentibus.

De Remiſſione non faciendâ.

Hoc Statuto, Priori inhibetur, ſub vinculo juramenti, & privationis Collegii pœna, ne dictum Collegium convocet prò remiſſione alicui faciendâ, ſeù exponendâ inſtantiâ, ut examinetur, ſeù doctoretur prò minori depoſito, quàm ſit Statutis præſentibus ordinatum.

De Salario Licentiæ, & Doctoratus.

Taxatur quotum ſit Salarium ab examinando perſolvendum, quandò tantummodò in Jure Canonico, vel Civili, & quandò in utroque examinari, ſeù doctorari inſtat: Quo verò ad ejus quantitatem, diſpenſari poſſe ſtatuitur favore Forenſium, qui hùc accedant, & tantummodò Lauream Doctoralem accipiant.

De Præſentatione Scholaris doctorandi.

Facto depoſito, Collegioque juſſu Prioris convocato, per Promotores ſuos, vèl eorum altero, Compromotorum nomine Scholaris præſentabitur, habitoque priùs eorundem jurato teſtimonio circà idoneitatem examinandi, Prior, & Collegium dictum Scholarem sìc præſentatum admittent, ac Prior eidem diem, & horam prò punctis ſuſcipiendis eâ in facultate, in quâ fuerit examinandus aſſignabit, de quâ præſentatione, & admiſſione per Notarium Collegii ſcriptura conficietur: Succeſſivè eodem modo examinandus Cancellario Studii, ſeù ejus Vicario præſentabitur. Deindè die, & horâ conſtitutis in Palatio Epiſcopali, & in loco, ubì puncta dari conſueverunt, Cancellario prædicto, vel ejus Vicario intereſſentibus Scholaris examinandus iterùm per Promo-

tores

tores ſuos Priori, & Collegio præſentabitur, & tùnc eidem puncta, prò ejus examine in Collegio prædicto recitanda aſſignabuntur.

De modo, & ordine punctandi Scholarem examinandum.

In præſenti Statuto modus, quo Scholari examinando puncta aſſignari debent, præſcribitur, quem brevitatis gratiâ referre ommittimus. Punctis autèm aſſignatis, Notarius Collegii ea annotabit, & ſucceſſivè in brevibus deſcripta, cùm diei, ac horæ examinis fiendi expreſſione, per Bidellum ad Collegii Doctores deferentur, & proùt latiùs in hoc Statuto continetur.

De Modo, & Ordine habendo in punctis recitandis.

Horâ Scholari prò punctorum recitatione conſtitutâ, Doctoribus de Collegio, ac ipſo Scholari cùm ejus Promotoribus in loco ad id conſueto congregatis, Statuti hujus vigore ità ſedebunt, videlicèt: In loco digniori idem Examinandus, & juxtà eum ab uno latere Collegii Cancellarius, ſivè ejuſdem Vicarius, ab alio autèm latere Prior Collegii, & ſucceſſivè ab ambobus Promotores, juxtà eorum gradus in genere Doctoratus, deindè Doctores reliqui ſimilitèr juxtà eorum gradus prærogativam: Ipſis autèm sìc ſedentibus, incipiet Scholaris puncta ſibi aſſignata recitare, exordiendo à puncto Decretorum, ſi in Jure Canonico fuerit examinandus; Si verò in jure Civili, exordietur à puncto illius partis, quæ eo anno in mane ordinariè legetur: Quod ſi in jure utroque fuerit examinandus, tùnc duo tantùm ex punctis aſſignatis recitabit, videlicèt primò punctùm Decretalis, ſecundò illud Juris Civilis.

De modo, & formâ arguendi contrà Scholarem.

Punctis per Scholarem examinandum, ſeù doctorandum, ordine ſuperiùs tradito recitatis, ſtatuitur, quod duo, aut tres ex Doctoribus de Collegio, & non ultrà, intèr eos, ſi tamèn velit, Scholarium Univerſitatis Juriſtarum Rectore computato, contrà Scholarem prædictum arguant, ſupèr punctis ab eò recitatis, juxtà formam paritèr in hoc Statuto ordinatam.

De Scrutinio.

Poſtquàm verò Scholaris puncta recitaverit, obiecta reaſſumpſerit, & arguentibus ſatisfecerit, excluſis ipſo Scholari, Promotoribus, ac Rectore, ſi præſens fuerit, per Notarium Almi Collegii Cancellarii, unicuique ex Doctoribus de Collegio actu intereſſenti unum Breve con-

conſignabitur, in quo ab uno capite Approbo, *ab alio* Reprobo *ſcriptum ſit; Hæc deindè brevia per Notarium prædictum colligentur, cui Doctor unuſquiſque votum approbatorium, ſeù reprobatorium, juxtà conſcientiam ſuam, ſub juramenti vinculo exhibebit. Omnia autèm brevia, ſic recollecta, & ſucceſſivè Cancellario, ſeù ejuſdem Vicario præſentata inſpicientur, & juxtà majorem Doctorum approbantium, vèl reprobantium numerum Scholaris approbatus, vèl reprobatus pronunciabitur. Approbationes vivâ voce ab hujuſmodi Statuto prohibentur, ſub perjurii pœnâ, niſi tamèn doctorandus inſigni admodùm dignitate præfulgeret.*

De Stipendio Doctorum Collegii.

Doctor quilibet Numerarius in quolibet doctoratu, & licentiâ, prò mercede ſuâ ducatum unum, prò ſolâ verò licentiâ ducati dimidium habebit; Prior autèm duplicatum ſtipendium conſequetur; quod tamèn intelligendum eſt, ſi examini interfuerint.

De Doctoribus abſentibus tempore examinis.

Si verò aliquis ex Numerariis abſens fuerit abſquè causâ legitimâ, per Priorem, & Collegium cognoſcendâ, nihil ex ſalario prædicto conſequetur, ſed abſentis loco, quo ad ſtipendii perceptionem primus ex Supernumerariis ſuccedet, & ſic ſi plures ex Numerariis abſentes fuerint, totidem ex Supernumerariis, juxtà ordinem prioritatis eorum in locum ſubingredientur; & ſi fortè per Supernumerarios præſentes integer Numerariorum abſentium numerus ſuppleri non poſſit, tùnc quod de Stipendio abſentium ſupererit, dividendum erit intèr Juniores infrà Supranumerarios, in Collegio exiſtentes, ipſiſque deficientibus, intèr Numerarios tantùm, proùt antè Statutorum hujuſmodi reformationem fieri conſueviſſe aſſeritur.

De Diſtributione Salarii Licentiæ, & Doctoratus.

Cùm hæc in præſenti Statuto diſtincta, & pluribus expreſſa habeantur, nos hìc brevitatis ergò ommittenda ducimus.

De Rectoribus Studii.

Rector pro tempore Univerſitatis Scholarium Juriſtarum, Statuti hujus vigore poterit intereſſe, ſi tamèn velit examini Scholarium in Collegio faciendo, & contrà eos arguere, quemadmodùm poteſt quilibet Collegii Doctor: Durante ejuſdem Rectoratu, ſi velit, debet à Collegio in Jure utroque examinari, & doctorari gratìs, & abſquè

Depo-

Depoſiti ſolutione: Tenebitur tamèn collationem facere, & Bireta, ac Chyrotecas juxtà diſtributionem infraſcriptam reſpondere, videlicèt.

Domino Priori Collegii bir:tum unum pulchrum de granâ, & par unum Chyrotecarum pulchrarum de Camutiâ, fulcitarum ipſius Prioris arbitrio.

Similitèr Domino Vicario.

Itèm unicuique ex Promotoribus.

Cuilibet ex Numerariis, & Supernumerariis, loco Numerariorum abſentium biretum unum finum de granâ, & par unum Chyrotecarum de Camutiâ.

Cuilibet ex reliquis Doctoribus biretum unum bonum, & par unum Chyrotecarum.

Et ſimilitèr Notariis, Bidello, & reliquis, quibus de more dari conſueverunt.

De Doctorandis Amore Dei.

Statuitur, quod Anno quolibet duo ex Scholaribus ſtudentibus in Almo Ferrarienſi Studio per Collegium gratìs, & Amore Dei doctorentur, unus ſcilicèt in Jure Canonico, alter in Civili, vèl in uno tantùm jure, ubi plures in jure utroque non reperirentur: Si verò ultrà duos, alii amore Dei doctorari efflagitarent, primus locus Ferrarienſi detur, ſecundus Forenſi: Ad hoc tamèn beneficium minimè admittitur, nisì qui in Studio Ferrarienſi, per quinque annos ad minùs ſtuduerit, & per duos, aùt plures teſtes idoneos, ipſiuſque petentis juramentum probaverit, ſe inopem eſſe, adeò ut prò Doctoratu conſequendo ſibi facultates non ſuppetant. Hoc autem probato, probibetur Prior quilibet de Collegio, Notarius, Bidellus, & ſi quis alius, ab eo, etiàm ſi ſpontè offerat, aliquid pro licentiâ, aùt doctoratu recipere: Poterit tamèn aliquid Promotoribus ſuis ſponte pro eorum labore donare, abſquè pœnarum incurſu, quæ contrafacientibus circà prædicta à præſenti Statuto infliguntur.

De Quæſtionibus, & Differentiis Doctorum Collegii per Priorem, & Collegium terminandis.

Quæſtiones, ac differentias intèr Doctores de Collegio, vel ejuſdem Offitiales, & Miniſtros ſupèr aliquo ad Collegium pertinente ortas, edicit Statutum hoc per Priorem tolli, ac decidi, partibus auditis, adbitoque etiàm Doctorum reliquorum de Collegio juditio, ſi rei gravitas exigat. Quod autèm deciſum fuerit, omni appellatione remotâ, per Priorem præd:ctum executioni indilatè demandabitur.

De

De Conventiculis Doctorum cohercendis, & de contrafacientibus honori, & utilitati Collegii.

Si quis ex Collegii Doctoribus aliquid adversùs ejuſdem honorem, commodum, vel utilitatem attentare præſumpſerit, aùt ſi quos ex dictis Doctoribus ad id concitaverit, vel diviſionis, vel diſſenſionis intèr eos auctor fuerit, Collegio privatus ipſo Jure, & Facto declaratur, & Prior cùm reliquis de Collegio, habitâ de præmiſſis fide, dicto Doctori, tamquàm rebelli aditum in Collegium interdicet, mulctâ etiàm, ſi opus fuerit indictâ, & proùt fuſiùs in hac conſtitutione declaratur.

De Syndicis Collegii.

Statuitur, quod per Collegium duo ex ipſius Doctoribus in Syndicos eligantur, cùm facultate inſolidùm tractandi, & expediendi quæcumque negotia ad dictum Collegium pertinentia.

De Negotiis Collegii fidelitèr pertractandis.

Ubì evenerit in negotiis quibuſcumquè per Collegium tractandis Doctorum opiniones, circà rem propoſitam minimè convenire, vel ſi per aliquem de Collegio petitum fuerit eam per vota ſecreta ſcrutari, Prior prò tempore ſub juramenti vinculo tenebitur tale negotium ad fabas ponere.

De Civibus noſtris Originariis impoſterùm doctorandis, & ad Collegium paſsìm non admittendis.

Ut confuſio tollatur, quæ ex multitudine oriri ſolet, ſtatuitur, quod Cives noſtri Ferrarienſes, qui impoſterùm doctorabuntur, non ità paſsìm in Collegium aſſumantur, nec ad aliquos ipſius actus admittantur, nisì per Collegium ipſum aſſumpti fuerint in locum alicujus ex Supernumerariis, ob mortem deficientis, ſervatâ tamèn formâ in hoc Statuto præſcriptâ.

De Funeribus Doctorum Collegii.

Si contingat aliquem ex Collegii Doctoribus ex hac vitâ migrare, Prior, horâ funeris intellectâ, Collegium per Bidellum congregari faciet, ut funeri defuncti Doctoris interſit, & ipſius cadaver collegialitèr ad Eccleſiam, ad quam deferendum erit comitetur, unà cum Notario, & Bidello Collegii, ſub pœnis, de quibus in præſenti Statuto.

De

De Notario Collegii.

Sancitur, quòd unus Notarius Collegii Juriſtarum eligatur, qui ſit Notarius Publicus Ferrarienſis, Civis Originarius Ferrariæ, in Matriculâ Notariorum ejuſdem deſcriptus, legalis, & diſcreta perſona, integræque opinionis, & famæ: Talis autèm Notarius, præſtito priùs juramento de fidelitèr, legalitèr, ac ſollicitè offitium ſuum exercendo, tenebitur intereſſe omnibus, & quibuſcumque Collegii actibus, de quibus rogitus fieri conſueverunt, & fidelitèr, & ſine fraude in ſuis protocollis ad id deſtinatis adnotare. Itèm erit obligatus penès ſe habere in ſuis Vachetis, ſeù protocòllis copiam unam omnium Statutorum Collegii, Priori, quotiès opus fuerit exhibendam, nèc non ſacculos Priorum, & Promotorum extractorum, extrahendorumque ſervare. Quam autèm laboris ſui mercedem percipere debeat, in hujuſmodi ſanctione declaratur.

De Bidello Collegii.

Bidellus Collegii vir eſſe debet bonæ conditionis, & famæ, qui legere, & ſcribere ſciat, prò iis, quæ ad offitium ſuum pertinent exequendis; is autèm, quandò opus fuerit à Priore eligetur, & à Collegio confirmabitur, tenebiturque ad Prioris prædicti mandatum jurare, ſe benè, fidelitèr, ac legitimè offitium ſuum executurum, Statuta Collegii obſervaturum, ac Priori, & eidem Collegio in omnibus obtemperaturum: De Bidelli verò ſtipendio in præcedentium Statutorum Capitibus diſponitur, ut in MS. eorum Codice prædicto videre eſt.

His XXVIII. Statutorum reformatorum Capitibus recentiora pauca, ipſa etiàm in Codice eodem regiſtrata acceſsère, ſed ea miſſa facimus, ut ad alia progrediamur. Anno igitùr 1469. ma- 1469
ximus Univerſitati noſtræ, ac Columbino Colombi Mutinenſi, qui apùd nos in legali ſcientiâ fuerat eruditus, ſplendor acceſſit; dùm enìm Fridericus III. Romanorum Imperator Ferrariæ eſſet, eum die 2. Februarij Doctoratus (*a*) inſignijs, manù propriâ ſolemnitèr decoravit, quod quidèm decus ab Imperatorum pauciſſimis immediatè collatum credimus. Poſt hæc Borſius Romam 1471
petiit, ubì tanti Principis virtutem admiratus Paulus II. Pontifex, eum ſolemni Paſchatis die aureâ roſâ, munus Regibus dari ſolitum donavit, ſequenti verò, in Vaticanâ Baſilicâ Ferrariæ Ducem

(a) *Lodovico Vedriani, Dottori Modoneſi, fol. 68.*

Ducem totâ ferè adſtante, ac plaudente Româ pronunciavit, itaùt ejuſdem felicitati nihìl in terris reliquum videretur: Vix igitùr hàc ſibi, Eſtenſium Familiæ, Urbique noſtræ dignitate partâ, redituque Ferrariam facto, læthali correptus (*a*) morbo, fato ceſſit, ac in campo magni Clauſtri nobiliſſimi Carthuſianorum Cœnobij, quod vivens à fundamentis excitaverat, annuâque ditaverat Florenorum trium millium dote., ſub eleganti tabernaculo marmoreis columnis innixo ſepultus eſt: Sequentibus verò Epitaphiis tumulum exornarunt hi Poetæ celeberrimi, ſcilicèt;

Titus Veſpaſianus Strozza.

Aurea fulſerunt, te Principe, ſæcula Borſi,
Teſtantur Patriæ te pia facta Patrem:
Virtuti imperium ſi par tibi fata dediſſent,
Tot meritis unus vix ſatìs Orbis erat.

Raynaldus Coſa.

Cæſar, Alexander, Tumulo Trajanus in iſto
Clauduntur, nèc treis clauſos tenet Urna, ſed unum,
Scilicèt Eſtenſem ſublatum in ſydera Borſum,
Cujus erant mores tantorum in pectore Regum.

Idem Coſa.

Borſius hanc Princeps, magnis & ſumptibus Ædem
Condidit, eximias quique reliquit opes
Eſtenſis decus hìc tumulatur nobile gentis,
Dùm cupit elyſias mens habitare domos;
Hìc igitùr meritis felix Cartuſia numquàm
Ceſſabit ſolitas fundere corde preces.

Baptiſtæ Guarini.

Quem nèc magno animo, nèc juſti munere ſceptri,
Fama fuit Ducibus cedere Roma tuis;
Qui totum claris replerat laudibus orbem,
Quâm brevis, heù, Borſi contegit oſſa lapis.
Hunc ſatiùs fuerat nullo recubare ſepulchro,
Ut credi poſſet vivus adiiſſe Deos.

Magnum

(a) *Sardi*, *libr.* 8.

Magnum poſt ſe Borſius nè dùm Ferrarienſibus, verùm etiàm cunctis Europæ Principibus, apùd quos maximì ſempèr fuit, ſui deſiderium reliquit: Ejuſdem verò in laudibus enarrandis mira inter Noſtrates, Alienigenaſque concordia; omnes nimirùm bello ſtrenuum, rebus agendis prudentiſſimum, pietate inſignem, munificentiâ, in Litteratos præſertìm nemini ſecundum uno ore pronunciant: Juſtitiæ potiſſimùm cultor erat, quâ in adminiſtrandâ ſe totum impendere ſolebat, aureum frequentèr illud uſurpans *Principes eſſe ad ſubditos libentèr audiendum, ac ad lites citò dirimendum factos;* idcircò Conſiliariis; aliiſque Judicibus ſecùm aſſumptis Plateam quotidiè perambulabat, a Ducali Palatio uſquè ad Caligariorum periſtylium, facileſque aures generis cujuscumque hominibus opem implorantibus exhibebat, Viri ſanctiſſimi, cui Cathedra in medio (*a*) Platearum parabatur juſtitiam æmulatus: Hæc autèm omnia in cauſâ fuere, ut Borſio viventi adhùc æneum Simulacrum ſedentis in modum ſupèr marmoreâ columnâ Senatus, Populuſque Ferrarienſis in Foro dicarit, hoc Titi Veſpaſiani Strozza Tetraſticon (*b*) addito, quod in epiſtylio legitur:

Hanc tibi viventi Ferraria grata Columnam,
Ob merita in Patriam, Princeps juſtiſſime Borſi,
Dedicat, Eſtenſi quò Dux à ſanguine primus
Excipis imperium, & placidâ regis omnia pace.

Pulcherrimis Borſius Ferrariam ædifitiis, tàm ſacris, quàm profanis auxit, viaſque de nòvo ſtravit, ac intèr cætera, Viam Angelorum, Carthuſianorum Cœnobium, ac Palatium Belfiore nuncupatum: Regia autèm hæc Borſij opera, ejuſdemque laudes ſequenti (*c*) carmine complexus eſt Baptiſta Guarini Senior:

Qui duram tetrico deducitis ordine vitam
Sit Borſi veſtro nomen in ore Ducis;
Nàm primum ad Lapidem, Via quò nos Borſia ducit,
Carthuſi, vobis, nobile condit opus.
Hìc ubì odorati ſempèr ſtat gratia veris,
Pictaque perpetuis floribus undat humus,
Undè locum pulchri Floris dixère priores,

Quò

(a) *Job cap.* 29. 7. (b) *Guarini, Chieſe, libr.* 3.
(c) *Marco Antonio Guarini, Chieſe, libr.* 3.

Quò ſoliti curis corda levàre Duces,
Hac Phrygium marmor, parias hac æde columnas,
Hac fulvo nexas cernimus ære trabes;
Attulit & varii lapides Verona coloris,
Namque ager his etiàm fertilis ille bonis;
Cernimus hìc mirâ poſitas ratióne diétas,
Et diviſa ſuis commoda quæque locis;
Altera pars Boream. pars altera proſpicit Auſtrum,
Æſtas nulla nocet, nulla timetur hyems;
Impluvium ſpatiis laterum diſtantibus æquè
Incluſum eſt, oculo vix capiente modum.
Oppida non tantùm clauduntur plurima cincta:
Quod ſatìs eſt populis occupat una Domus;
Tale decus numquàm nec Graia, nèc Itala tellus,
Nèc vidit luxu prodiga Barbaria;
Nemo tamèn largos condemnet crimine ſumptus;
Nàm decuit magnos sìc habitare Deos.
Chriſto, horo Templum ſacrum eſt, qui dicitur altos
Per pelagi fluctus portitor iiſſe pedes,
Et ſublatum humeris parvum geſtaſſe Tonantem,
Confeſſus Pueri pondere terga premi;
Quippè hominis figulus cervice inſederat illi,
Qui mundum æterno temperat arbitrio.
Non ſatìs eſt Urbem muri cinxiſſe coronâ:
Cœlicolis etiàm Borſius ædificat.
Sìc petitur cœlum, sìc in Jovis arce coluntur
Qui benè de nobis, & meruére Deis.

Poſt Borſium Hercules I. Frater, legitimus Nicolai Marchionis filius ad Principatum aſſumptus Subditorum luctum nisì com-
1471 peſcuit, magnoperè ſaltèm mitigavit; explorata enìm jàm diù ipſius virtus regnum feliciſſimum, fraternoque ſimillimum portendebat. Hunc verò intèr, & Ferrarienſem Rempublicam, an-
1473 no 1473. Tranſactionis Inſtrumentum celebratum, quo Almi Studii noſtri, ejuſdemque Lectorum manutentionis onus impoſterùm in Civitatem translatum eſt; Lectori autèm moleſtum minimè futurum cenſemus, ſi rem, quam ad Studium noſtrum pertinere certum eſt, ab antiquioribus Sæculis brevitèr repetamus. Cùm in vetuſtiorem Ferrariam, quæ tràns Padum, ut alio loco diximus, ſita erat, frequentes à Ravennatenſibus, ac Bononienſibus, ejuſ-

ejuſdem Dominio inhiantibus incurſiones fierent, Majores noſtri de eâ citrà Padum transferendâ ſapientiſſimè cogitarunt, futurum ſperantes, ut flumine, tamquàm vallo munitiſſimo protecti, hoſtium conatus faciliùs eluderent; nè autèm in re tàm gravi abſquè amicorum conſilio (*a*) ageretur, Legatis Patavium miſſis, placuit meditatum opus Vitaliano Viro Civitatis ejuſdem potentiſſimo, Acharioque Eſtenſi Comiti communicare, ac utriuſque votum exquirere, qui cùm translationem nedùm laudaſſent, verùm etiàm ſuaſiſſent, Urbis Traſpadanæ domibus ſolo exæquatis, Anno à Dominicâ Nativitate DCLXXV. Cives noſtri ad hanc citeriorem Padi ripam tranſiére, ac in loco Nivento, ſeù Tridente, ut volunt aliqui, nuncupato, quèm olìm Cenomani Galli incoluerant florentiſſimæ huic Civitati noſtræ exordia poſuére, Arcibus duabus, unâ ſcilicèt in ſuperiori capite, aliâ in inferiori, propè Eccleſiam D. Petri excitatis, quarum prima Tealti Caſtrum, altera verò Caſtrum Corteſiorum vix tandèm fuit appellata: Niventum Civitas olìm fuerat, de quâ Joannes Pannonius, Quinque Eccleſiarum Epiſcopus in Panegyrico Guarini Veronenſis præceptoris ſui mentionem habuit his carminibus; 675

Hoc, Guarine tibi nupèr Ferraria pacto
Fundata eſt, talem tua quod præſentia facit,
Ut jàm nùnc veteri tàm ſit diverſa Nivento,
Plena ſeneſcenti quàm diſtat Cinthia Lunæ,
Antè rudis rerum, nùnc ipſis æmula Athenis.

Nulli prorsùs in origine muri circà Urbem noſtram conſtructi; ne tamèn inimicorum irruptionibus pervia eſſet, quà Boream ſpectat, ac ab utroque Capite ſublimi aggere, imâque foveâ cincta eſt; Pado meridianum latus protegente. At quoniàm anguſta admodùm Civibus recipiendis, pluribuſque etiàm, qui incolendi gratiâ aliundè accedebant. Civitas videbatur, paulò pòſt Burgi duo in Fluminis ripâ ædificati, unus nempè, ubi D. Agatæ Paræcia olìm fuit, alter incipiens ab Eccleſiâ D. Martini in Padi aggere, progredienſque uſquè ad Eccleſiam D. Thomæ, amboque aggeribus, foveiſque muniti. Eodem tamèn conditæ Urbis Sæculo Joannes Platin, prò Juſtiniano II. in Italiâ Exarcha 694
eam mœnibus meridiem versùs munivit, ut Ravennæ propugnaculum fieret adversùs agmina, quæ à Longobardiâ adventarent:

F Alte-

(a) *Sardi, Hiſtor. di Ferrara, libr. 2., e Guarini, Chieſe, libr. 1.*


Alterum, Boreale ſcilicèt latus multò pòſt muro cinxit ſtrenuiſſimus Anconæ Marchio, Ferrariæque Princeps Gulielmus Marcheſella Adelardi, cujus curâ etiàm, ſumptuque magnificentiſſimum D. Georgii Patroni Templum à fundamentis erectum eſt,
1135 ad quod Tranſpadana Epiſcopalis Sedes fuit translata: Major deindè Ferrariæ ambitus, Burgi Inferioris acceſſione effectus, tem-
1314 pore Pini della Toſa, prò Roberto Neapolis Rege Vicarij, mœnibus ad Padi ripam à Templo D. Petri uſquè ad illud D. Thomæ protractis, Policino tamèn D. Antonij extrà muros relicto,
1324 quod poſtmodùm à Marchionibus Raynaldo, & Opizzone aggeribus, & foveâ (a) vallatum eſt, incipiendo à Viâ S. Mariæ de Buccâ uſquè ad Burgum Inferiorem, eo animo ut tandèm
1362 illud etiàm intrà Civitatis ſepta reciperetur. Anno verò 1362. die 5. Martij, juſſu Nicolai Marchionis cognomento Claudi, totus Ferrariæ circuitus per Bertolinum de Novariâ magni nominis Architectum dimenſus eſt, repertuſque ad menſuram, de quâ paulò infrà aſcendere. Cùm autèm & antiquum Ferrariæ typum, & prædictæ menſionis deſcriptionem invenerimus in Codice MS. Genealogiæ Eſtenſis per Marium Equicolam ſcriptæ, (b) rerum noſtrarum ſtudioſis minimè injucundum futurum arbitrati ſumus, ſi veteris ejuſdem Ferrariæ Poligraphyam ob oculos ſiſteremus: Ejuſdem ignoratur auctor; hoc tantùm conſtat, Bertolini minimè eſſe ex verbis, quæ in calce ſcripta ſunt, ſed alteriùs cujuſdam aliquantulùm recentioris, fidem tamèn eidem conciliat ratio, quod Equicolæ operi juncta ſit, vetuſtatem redoleat, expoſitiſque à nobis hactenùs non repugnet; in eo dumtaxàt emendandam putamus, quòd Glaræ viam, ac D. Antonij Policinum mœnibus munitum, Urbique aggregatum oſtendat; id enìm Borſio imperante factum eſt, ut infrà dicemus: At Polygraphyæ ipſius deſcriptionem, proùt jacet apud Equicolam, loco citato tranſcribamus: Hujuſmodi autèm eſt.

1374. 15. *Aprile, Bertolino dà Novara fece l'aſſaggio della Città, e la trovò delle ſeguenti miſure.*

Dal Canton di S. Marco dentro del Terraglio ſino alla Porta di S. Marco, pertiche 20.

Da

(a) *Mario Equicola, Annali, in detto anno.*
(b) *Mario Equicola, Genealogìa Eſtenſe, fol.* 31. *Appreſſo il Sig. Avvocato Giuſeppe Mini Roncagalli.*



Pianta, e miſura della Citta' di Ferrara antica, fatta li 15. Marzo 1362. d'ordine del Marcheſe Nicolo' figlio del Marcheſe Obizzo da Eſte, da' Bertolino di Novara di lui famoſo Ingegnero.

Digitized by Google

Da detta Porta ſino al Canton di Pò, pertiche 17., e piedi 1.

Dal detto Cantone ſino alla Porta di Spinello, pertiche 67. piedi 9.

Da detta Porta ſino à Caſtel Thealto, pertiche 19.

Da detto Caſtello alla Porta della Rotta, pertiche 53. piedi 8.

Dalla Rotta alla Porta della Agoſmarìa, pertiche 46. piedi 5.

Dalla detta alla Porta del Sale, pertiche 38. piedi 8.

Da quella del Sale alla Porta della Beccarìa, pertiche 20. piedi 9.

Da quella alla Porta di Gabella, pertiche 43. piedi 5.

Dalla Gabella alla Porta di S. Polo, pertiche 17.

Da S. Polo alla Porta di S. Romano, pertiche 23. piedi 3.

Da detta ſino alla Porta della Peſcarìa, pertiche 6.

Da detta ſino à Porta S. Agneſe, pertiche 34. piedi 1.

Da detta ſino à Porta S. Pietro, pertiche 106. piedi 4.

Da detta ſino al Torreſino di S. Tomaſo, pertiche 162. piedi 6.

Dal Torreſino ſino à Porta di Sotto, pertiche 23. piedi 6.

Da detta ſino à Porta Formignana, pertiche 92.; queſta fù poi detta del Barbàcane.

Da detta al Canton del Folo, pertiche 29. piedi 4.

Dal Cantone à S. Marìa del Vado, pertiche 106.

Da S. Marìa del Vado à S. Agneſe, pertiche 93. piedi 8.

Da S. Agneſe alla Porta del Leone, pertiche 197. piedi 7.

Dal Leone à Porta S. Biagio, pertiche 186. piedi 2.

Da S. Biagio ſino al Canton del Muro di S. Marco, pertiche 99. In tutto pertiche 1353. piedi 4.

Ferrára dunque aveva di circuito di dentro miglia 4., e un 8. in circa, Fuor del muro miglia 4., e un 3., Fuor della Foſſa miglia 4., e mezo in circa. Equicola, luogo citat.

Thealti Arce reſtauratâ Nicolaus Marchio quadrangulare regium D. Michaelis Caſtrum, fortiſſimâ in angulorum (*a*) quolibet turri firmatum, anno 1385. 29. Septembris, ad Leonis portam inchoavit, foveamque à dictâ Portâ uſquè ad angulum *Del Folo* nuncupatum rectà producens quidquid extrà turres S. Agnetis, & S. Salvatoris, ſeù S. Mariæ in Vado uſquè ad foveam eamdem, cujus locum pulcherrima Judecæ Via occupat, intercedebat, intrà Civitatem admiſit. Aliorum deindè Principum 1385

F 2 animos

(a) *Guarini, Chieſe, libr. 3.*

animos Urbis amplificandæ, ornandæque curâ tenuit; enimverò Nicolaus IV. Marchio (*a*) Portam *Del Barbacane*, & mœnia, quæ ab eâ uſquè ad Portam *Di ſotto* progrediuntur Pontem
1395 D. Georgii versùs, nèc non D. Blaſij Portam ad Boream poſitam, illamque Divi Pauli penè dirutas, Turri huic additâ reforma-
1426 vit, ac tandèm Portas D. Blaſii, & Leonis foveâ mediante conjungens Caſtrum D. Michaelis in Urbe clauſit. Borſius verò ad
1440 Padi ripas mœnia conſtruxit, incipiendo à Caſtro (*b*) Novo uſquè
1451 ad D. Georgii Portam, quapropter Glaræ via, & D. Antonii Policinum Urbi noſtræ acceſſére. At Hercules I. Dux majora meditatus, Ferrariam amplificavit, ornavitque adeò, ut alter ejuſdem conditor jure merito dici poſſit; totum enim Civitatis dimidium illud, quod *Terra Nova*, ſeù Herculea Additio ab ipſius nomine appellatur, quò pulchriùs nihil, aùt magnificentius cerni poteſt, eumdem auctorem agnoſcit: Is igitùr primò, in Inferiori (*c*) Burgo Civitatem extendit, Canalem ab angulo *Del Folo* ducens uſquè ad locum, in quo ad D. Silveſtri Cœnobium deflectebat, (hoc ſub Alphunſo I. deſtructum eſt) ac Pado communicabat; deindè magno operi manus admovens novorum Mœnium Additionis prædictæ lineam ſtatui demandavit, quod fauſto
1492 omine actum eſt die 25. Auguſti anni 1492., eam inchoando ad muros D. Marci in capite fovearum antiquarum, & uſquè ad *Barbacane*, per Burgos trium milliarium ambitu circitèr progrediendo. Intrà lineam (*d*) recepti, Ferrariæque aggregati ſunt Burgi D. Catharinæ, D. Leonardi, Leonis, D. Annæ, D. Gulielmi, Angelorum, & Carthuſianorum Cœnobia, Belfiore, Ronchagallo, Vallis Fuſca, Vallis Marina, aliique loci quamplures, nec morâ interpoſitâ, die 28. menſis ejuſdem Ruſticorum Ferrarienſium ſumptibus mœnium fundamenta fodi cœpta, mœniaque ipſa erectis retrò aggeribus, foveâque latiſſimâ antè effoſſâ, ſucceſſivè excitari. Hæc omnia; & ea, quæ ab Hercule II., & Alphunſo II. poſtremis Ducibus facta ſunt, ut muris validiſſimis Urbem univerſam munirent conſideranti, facilè ſuaſum erit, maximam aurì ſummam eo in opere fuiſſe conſumptam; Hujus comparandæ gratiâ taxæ ingentes à Principibus in Ferrarienſes ſubditos quotannis indicebantur, quarum conſpicuam ſummam,

prò

(a) *Sardi*, *libr 7.* (b) *Sardi*, *libr 8.* (c) *Annali di Ferrara*, *dopo Mario Equicola*, *della Genealogìa Eſtenſe*, *fol. 78. Appreſſo l'Avvocato Giuſeppe Mini.* (d) *Annali ſudetti*, *fol. 84.*

prò ratâ ſibi injunctá Commune Ferrariæ perſolvebat, exactum verò in mœnium novorum conſtructione, veterum reparatione, ac Fortalitiorum manutentione impendebatur. Hercule igitùr imperium nacto, ejuſdem in mentem venit, Ferrarienſem Rempublicam ab annuâ præſtatione hujuſmodi impoſterùm immunem reddere, dummodò tamèn illa Studii manutenendi onus, quod in Principes translatum erat, denuò ſubiret: Principis ſententiâ ad Judicem Sapientum, Sapientes, Adiunctoſque delatâ, cunctis placuit, ideòque publicum ſuperindè intèr Partes documentum celebratum die 14. Januarii 1473. Cùm verò nonnulla in eo notatu 1473
digna deprehendantur, præcipuè pactum, quod perpetuo ſucceſſivis temporibus Sapientum Judex prò tempore Almi Studii ſit Reformator, idcircò Inſtrumentum prædictum, quod in Libro Supplicationum, & Comiſſionum Ducalium, ab anno 1483. uſquè ad 1493. ad pag. 24., regiſtratum cernitur, integrum dabimus, præmiſſo Civitatis Decreto, de Tranſactione ineunda; hoc autèm habemus, in antiquo membranaceo Statutorum Ferrariæ Codice, in Archivio Communitatis ſervato, & hujuſmodi eſt.

Die quintâ Januarii MCCCCLXXIII.

Magnificus, & Clarus Eques Dominus Jacobus Trottus Ducalis Conſiliaris, & Judex XII. Sapientum &c., & infraſcripti Sapientes, & Adjuncti in unum collegialitèr congregati Conſilium de more fecerunt, prò rebus Reipublicæ tractandis, videlicèt.

Sapientes.	*Adjuncti.*
M. Hieronymus Nigriſolus.	*D. Joannes Romeus.*
D. Joannes Marìa Riminaldus.	*D. Auguſtinus de Arimino.*
D. Nicolaus Cagnacinus.	*D. Lippus de Boccamajoribus.*
D. Leander Cantabene.	*D. Albertus de Vincentijs.*
Franciſcus Valengus.	*M. Oratius Girundus.*
Bonaventura de Smagrabobus.	*D. Philippus Bardella.*
Simon Ruffinus.	
Ludovicus Trottus.	
Joannes Caſtellus.	
Beltramorus de Cardano.	
Manuel Bellaia.) *ex veteribus.*	
Philippus Ceſtarellus.)	

F 3 Præ-

Præfatus Magnificus D. Judex &c. Scient Illuſtriſſimum Principem, & Excellentiſſimum Dominum noſtrum D. Herculem Ducem Ferrariæ, Mutinæ, & Regij, Marchionem Eſtenſem, & Rhodigij Comitem &c. optare, ut ipſe, parte, & nomine Suæ Excellentiæ enarravit, & expoſuit præfatis Spectabilibus Sapientibus, & Adiunctis, in Collegio, & Senatù eorum conſueto, ut moris eſt, & conſuetudinis collegialitèr coadunatis, & congregatis, Quòd intèr Excellentiam Suam, & Commune ſuum Ferrariæ fieret commutatio: Videlicèt quòd ipſum Commune deinceps aſſumeret ſolutionem, & expenſam Studij Ferrarienſis, quemadmodùm per ſuperiora tempora fieri conſuevit, licèt à certo tempore jàm decurſo, & citrà, Illuſtriſſima Domus Eſtenſis tale onus, & gravamen, ſolutionem ſcilicèt annualem ipſius Studij in ſe aſſumpſerit, & sìc uſque in hodiernum ſolverit; Et quod in Cambium, & commutationem ipſius annualis ſolutionis Studii Ferrarienſis Sua Celſitudo aſſumeret, & reciperet in ſe onus, & gravamen ſolutionis annuæ Fabricæ murorum Civitatis Ferrariæ tàm factorum, & conſtructorum, quàm faciendorum, & conſtruendorum circùm circà Univerſam Urbem, cùm manutentione, & conſervatione perpetuâ ipſorum murorum tàm veterum, quàm novorum, ſimùl & cùm Fabricâ, & manutentione, & conſervatione Fortiliciorum ejuſdem ſuæ Civitatis Ferrariæ, ejuſque Diſtrictus, & Comitatus; Undè præfati Domini Sapientes, & Adjuncti intellecto, auditoque, & maturè conſiderato ſermone præfati D. Judicis circà deſiderium, præfati Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis &c. & non ignari, ei multò plùs debere, ob ejus infinita merita, priùs tamèn cùm ipſo Domino Judice, & ipſe Dominus Judex unà cùm eis re ipsâ perabbundè, & maturè diſcuſsâ, examinatâ, & digeſtâ, Et conſiderato, quòd hujuſmodi Fabrica, & manutentio, ac conſervatio dictorum Murorum, ac Fortiliciorum magìs ad Dominum, quàm ad Subditos ſpectat, & pertinet, cùm ſint propriè facta, & fabricata ad defenſionem, & tuitionem Status Suæ Excellentiæ, Et è converſo impenſa dicti Studij potiùs ſpectet, & pertineat ad Cives, quàm ad ipſum Illuſtriſſimum Dominum noſtrum, cùm honor, & decus ipſius Studij, ac utilitas convertantur magìs iu Cives, quàm in ipſum Principem noſtrum, & præſertìm cùm introitus ipſorum Civium in Doctores, & Scholares Forenſes ſpargantur; Quòd non in exiguam, immò ſummam utilitatem ipſorum Civium redundet; Et cognito, quòd intèr impenſam Studii prædicti, & impenſam dictorum Murorum, & Fortiliciorum parvum, & quaſi nullum extat diſcrimen, ex quo dignoſcitur, & percipitur nullum profectò, vel ſaltèm minimum damnum, aùt intereſſe ipſi Communi, & Reipublicæ Ferrariæ generari poſſe; Idcir-

Idcircò præfati Domini Judex, Sapientes, & Adjuncti unanimitèr, & concorditèr, & eorum nemine diſcrepante, primùm omnium, ut Celſitudini Domini noſtri Ducis morem gerant, & ut ſibi ipſis, & Reipublicæ Ferrarienſi meliùs ſatisfiat, & conſulatur, rationibus, & cauſis prænarratis, lubenti animo, ac omni alio meliori modo, viâ, jure, formâ, ratione, & causâ, quibus magìs, & meliùs potuerunt, Deliberaverunt, ſtatuerunt, ordinaverunt, & decreverunt voto Excellentiæ præfati Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis annuere: Et sìc annuunt, deliberant, & decernunt fieri debere, proùt ſuprà expoſitum eſt per ipſum Dominum Judicem, præfatum Illuſtriſſimum Dominum noſtrum optare in omnibus, & per omnia, proùt hæc præſens narratio, deliberatio, & concluſio continet, ſingula ſingulis congruè referendo; hoc tamèn appoſito, & declarato, quod præfatus Dominus Judex XII. Sapientum, qui nùnc eſt, & qui prò tempore erit, prò honore, & commodo dicti Communis reſpectù gravaminis ſalariorum ſolvendorum in futurum, & etiàm taxandorum Doctoribus ipſius Studii Ferrarienſis, ſit, & eſſe debeat perpetuus Reformator ipſius Studii, cùm omni auctoritate, poteſtate, & baìliâ, & cùm honoribus, & dignitatibus, quâ, & ſeù quibus hactenùs functi ſunt, & funguntur cæteri Reformatores Studii prædicti; Et hoc durante præſenti proviſione, cùm quidèm conveniens, & dignum ſit, ipſum Dominum Judicem hujuſmodi oneri ſuccumbentem etiàm hac honeſtari, & ornari Dignitate. Regiſtrat. in Statutis prædictis pag. 51.

Inſtrumentum verò ſuperindè celebratum eſt hujuſmodi.

Commutatio, & Conventio facta, & habita intèr Illuſtriſſimum Dominum noſtrum Ducem ex unâ, & Commune Ferrariæ ex alterâ, ſupèr facto Studii.

In Chriſti Nomine: Amen. Anno ejuſdem Nativitatis milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio, Indictione ſextâ, Die quartodecimo Menſis Januarii, Ferrariæ in contractâ S. Pauli, in Aulâ Magnâ Curiæ Ducalis, præſentibus teſtibus vocatis, et rogatis, præſtantiſſimis, et graviſſimis Viris Joanne de Compagno, filio qu. preſtantis Viri Jacomini Cive Ferrariæ de contractâ S. Martini, Franciſco Naſello filio quondàm præſtantis viri Ser Jacobi Cive Ferrariæ de Contractâ S. Nicolai Superioris, ambobus Cancellariis, et Secretariis Ducalibus, et aliis. §. Cùm optaret Illuſtriſſimus Princeps, et Excellentiſſi-

tiſſimus Dominus noſter D. Hercules Dei gratiâ Dux Ferrariæ, Mutinæ, & Regii, Marchio Eſtenſis, Rodigiique Comes &c., Ut parte, & nomine ſuæ Excellentiæ his proximis diebus elapſis expoſuit, & narravit in mediocri equidèm eloquentiâ, nequè vulgari SpeЄtabilibus DD. Sapientibus, & AdiunЄtis Civitatis Ferrariæ, collegialitèr tùnc congregatis, ob infraſcriptam cauſam in Collegio, et Senatu eorum conſueto, ut moris, et conſuetudinis eſt Magnificus, et inſignis Eques Dominus Jacobus Trottus Ducalis Conſiliarius, ac Judex Offitii XII. Sapientum Civitatis, et DiſtriЄtus Ferrariæ ſimùl cum diЄtis Sapientibus, et AdiunЄtis eo in loco conſtitutis, commutare, et ſeù permutare cum Communi ſuo Ferrarienſe DileЄtiſſimo, et mirum in modum Suæ Celſitudini gratiſſimo ſolutionem annualem Studii Ferrarienſis, quod aliàs ipſum Commune ſolvere conſuevit, licèt ab aliquibus annis jàm decurſis, et citrà uſquè in hodiernum Illuſtriſſima Domus Eſtenſis talem ſolutionem, et onus in ſe aſſumpſerit, et in loc m, et permutationem, ac cambium talis ſolutionis ipſius Studii Ferrarienſis in ſe aſſumere, et recipere onus, et gravamen ſalutionis annuali Fabricæ murorum novorum conficiendorum, & fabricandorum circùm circà univerſam Urbem Ferrariæ, ſimùl cum impenſâ annuali reparationis, confeЄtionis, manutentionis, et conſervationis omnium, et ſingulorum Fortalitiorum præfatæ ſuæ Civitatis Ferrariæ, ejuſque DiſtriЄtus, et Comitatus, et Domorum inſervientium, et deputatarum ipſis Fortalitiis, prout, et ſecundum haЄtenùs ipſum Commune ſolvit, confecit, et reparavit, et conſervavit, et ſolvere, conficere, reparare, et conſervare conſuevit, putans vere Sua Celſitudo, ut veritas eſt media, et Magiſtra, quod ſi de hujuſmodi ſuâ honeſtâ petitione, ut eadem Sua Illuſtriſſima Dominatio exploratum habet, ab ipſo Communi votum ſuum conſequetur, ut honeſtas paritèr, et equitas patiuntur, nullum profeЄtò, vel ſaltèm minimum damnum, et intereſſe ipſi Communi generari poſſe, et ab ipſo onere, et gravamine ſolvendi diЄtam fabrlcam murorum novorum, ſimùl cum impenſâ reparationis, confeЄtionis, et conſervationis diЄtorum Fortalitiorum, et ut ſuprà eſt diЄtum, præfatum Commune Ferrariæ penitùs, et in perpetuum indemne, et ſine damno conſervare; Undè ipſi Domini Judex Sapientum, et AdjunЄti, priùs tamèn re ipsâ intèr ſe conſultatâ, et examinatâ, et pro, et contrà, etiàm conſiderato, quod ipſis annuentibus voto Suæ Excellentiæ nullum ob id, aut ſaltèm minimum damnum, et intereſſe ipſi communi generari poteſt, cum impenſa annualis diЄti Studii nihil, aut parùm ſuperſit impenſæ annuali Fabricæ Murorum, et Fortalitiorum prædiЄtorum, cum eorum reparationibus, et manutentionibus,

ſed

ſed potiùs paritèr ambulant, & concurrunt, unanimitèr, & concorditèr, ac eorum nemine diſſentiente, et diſcrepante Deliberaverunt præfatum Illuſtriſſimum D. noſtrum Ducem voti ſui compotem efficere, ut de ipſâ deliberatione conſtat, et apparet ex actis præſtantis Viri Joannis Carpenſis Civis, & Notarii publici Ferrarienſis, ac Notarii dicti Offitii XII. Sapientum præſentialitèr deputati. §. Idcircò volentes, et optantes Illuſtriſſimus Princeps noſter Dux antelatus ex unâ parte, & præfatus D. Jacobus Trottus Judex præſcriptus agens, et contrahens nomine dicti Communis, et Reipublicæ Ferrarienſis ex aliâ parte, ut de hujuſmodì conceſſione, et delberatione voluntariâ ad perpetuam rei memoriam Inſtrumentum publicum, et authenticum appareat, Ambo, videlicèt Illuſtriſſimus D. Noſter Dux antelatus, et præfatus D. Jacobus Judex, ut ſuprà agens, inhærentès ſe dictæ Deliberationi, et conceſſioni, ac omni alio meliori modo, viâ, jure, et formâ, quibus magis, et meliùs potuerunt, ſpontè, et nullo ducti errore, ſed conſultè, ac animo, et propoſito deliberato ſimùl, et concorditèr ad infraſcriptam compoſitionem, conventionem, obligationem, commutationem, et pactum devenerunt, videlicèt, Quòd ipſe Illuſtriſſimus D. Noſter Dux antelatus teneatur, et debeat, ac obligatus ſit deincèps, et ſic obligando ſe, et Cameram ſuam Ducalem, ac omnia alia, et ſingula ſua bona præſentia, et futura per ſe, et ſuos hæredes, et ſucceſſores, ſolemni ſtipulatione, et pacto promiſit dicto D. Jacobo Trotto Judici antelato præſenti, ſtipulanti, et recipienti nomine, et vice dicti Communis, et Reipublicæ Ferrarienſis, et ſucceſſorum ejus ſolvere omnem impenſam, quæ ſingulis annis impoſterùm fieri continget circà fabricam, manutentionem, et conſervationem Murorum novorum, ac veterum Civitatis Ferrariæ circùm circà Univerſam Urbem, et Fortilitiorum, tàm dictæ Civitatis Ferrariæ, quàm ejus diſtrictus, et Comitatus, ſimùl cum Domibus inſervientibus, et deputatis ipſis Fortilitiis, et ab hujuſmodi impenſâ, et onere Sua Celſitudo promiſit dictum Commune, et Rempublicam Ferrariæ indemne, et indemnem conſervare; Et etiàm ſi fieri contingeret pro ipſâ manutentione dictorum Murorum, et Fortilitiorum aliqua preparamenta neceſſaria, emergentia, et dependentia à conſervatione, et manutentione dictorum Murorum, et Fortilitiorum, vel alitèr quomodocumque fieri oporteret, et ex nùnc Sua Celſitudo in ſe aſſumpſit onus, et gravamen dictæ ſolutionis dictorum Murorum, et Fortilitiorum, cum Domibus inſervientibus, et deputatis ipſis Fortilitiis, ut ſuprà. §. Et vice verſâ, quod præfatum Commune, et Reſpublica Ferrarienſis deinceps, et in perpetuum teneatur, et obligatum, ac obligata ſit ad ſolutionem dicti Studii Ferrarienſis, Et ſic præfatus D. Jacobus Trottus

Judex

Judex agens, & ut ſuprà contrahens nomine dicti Communis, & Reipublicæ Ferrarienſis, obligando dictum Commune, & Rempublicam Ferrarienſem, ac omnia ſua bona, & introitus annuales, præſentia, & futura, ac præſentes, & futuros per ſe, & ſuos ſucceſſores, ſolemni ſtipulatione, & pacto promiſit præfato Illuſtriſſimo D. Noſtro Duci &c. præſenti, ſtipulanti, & recipienti, pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus in dicto Ducatu, & Camerâ ſuâ Ducali, ſolvere nomine dicti Communis, & Reipublicæ Ferrariæ annuatìm dictum Studium, quod uſquè modò ſolvit antelatus Illuſtriſſimus D. Noſter Dux, Et ab hujuſmodi ſolutione, & gravamine idem D. Jacobus Trottus Judex, & agens, ac contrahens, ut ſuprà promiſit præfato Illuſtriſſimo Noſtro Duci præſenti, & ut ſuprà ſtipulanti, & recipienti, eundem Illuſtriſſimum D. Noſtrum Ducem, & hæredes, ac ſucceſſores ſuos, & Cameram ſuam Ducalem, ut ſuprà indemnem, & indemnes, & ſinè damno penitùs, in æternum, & ultrà conſervare, & ex nùnc dictus D. Jacobus agens, & contrahens nomine, & vice dicti Communis, & Reipublicæ Ferrarienſis, ut ſuprà, in ſe dicto nomine aſſumpſit onus, & gravamen dictæ Annualis ſolutionis dicti Studii Ferrarienſis, Incipiendo, & incipere debendo, ex pacto habito, et convento intèr partes prædictas, agentes, & contrahentes nominibus quibus ſuprà dictam conventionem, permutationem, ac impenſas utriuſque partis in Kalendis Januarii præſentis proximè decurſis anni bujus, et cum lege, et pacto, et conditionibus, ac obligationibus infraſcriptis habitis, conventis, et firmatis per, et intèr ipſas partes, videlicèt, Quòd dictum Commune, et Reſpublica Ferrarienſis teneatur, et debeat, et ſic dictus D. Jacobus Judex. ut ſuprà agens, et contrahens promiſit præfato Illuſtriſſimo D. Noſtro Duci præſenti, et ſtipulanti, ut ſuprà, expenſis ipſius Communis, et Reipublicæ Ferrarienſis perficere, et integralitèr ſtabilire, et ſeù perfici, et ſtabiliri facere Turrionum Ficaroli incœptum, et nondùm finitum, Itèm quod præfatus D. Jacobus Trottus Judex, ut ſuprà, vel qui poſt eum Judex in tempora erit, dicto Studio perſeverante, continuè ſit, et eſſe intelligatur, ac debeat unus ex tribus Reformatoribus dicti Studii Ferrarienſis, ſinè quo D. Judice nihil fieri, aut perfici, et ſeù ſtabiliri poſſit circà ea, quæ pertinent ad ipſum Studium, utputa in eligendo, et conducendo Doctores ad legendum, et tam Forenſes, quam Noſtrates, et ad taxandum eis Doctoribus, ſic conducendis ad legendum ſalarium, et ad deputandum eos Doctores ad Lecturas occurrentes in dies, et de tempore in tempus, ſecundùm, et proùt ipſi Domino Judici, et aliis Reformatoribus dicti Studii Ferrariæ viſum fuerit, et placuerit, inſpiciendo ſempèr ad honorem, et utilitatem dicti Communis,

nis, et Reipublicæ Ferrarienſis, ac dicti Studii. §. Et ex nùnc præfatus Illuſtriſſimus D. Noſter Dux ex certâ ſcientiâ, et de plenitudine ſuæ poteſtatis, in dictorum Teſtium, meique Joannis Notarii infraſcripti, et aliorum preſentiâ, præfatum D. Jacobum Judicem præſcriptum in Tertium Reformatorem dicti Studii Ferrariæ elegit, et deputavit, et ſic, ut dictum eſt, per, et intèr dictas partes actum, conventum, promiſſum, et firmatum fuit, ſingula, ſivè ſingulis congruè, et debitè referrendo. §. Et renunciaverunt ſpontè dictæ partes privatę exceptioni non factæ ſupradictæ permutationis, promiſſionis, et obligationis intèr ſe, et rei non ſic geſtæ occaſione prædictorum, ſorique privilegio, exceptioni doli mali, actioni in factum, et condictioni indebiti, et ſivè contrà, quod vi, et metus causâ, vel ex injuſtâ, et ſimulatâ causâ, omnique aliæ exceptioni, ſeù juris beneſitio ſibi, et utrique earum partium competenti, vel competituro. §. Et reficere, et reſtituere promiſerunt dictæ partes, ut ſuprà agentes, ſibi invicèm præſentibus, et ſtipulantibus, ut ſuprà omnia, et ſingula damna, intereſſe, et expenſas, quæ, quod, et quas una pars ex causâ alterius fecerit, habuerit, et ſuſtinuerit in causà, et extrà, prò ſibi faciendo obſervari hæc omnia, et ſingula ſibi invicèm promiſſa, et in præſenti Inſtrumento contenta, credendo ipſas partes ut ſuprà nominibus dictis agentes ſibi invicèm de damnis, intereſſe, et expenſis ſuo nudo, et ſimplici verbo, abſque onere ſui Sacramenti, vel aliâ teſtium, et juris probatione. §. Conſtituentes ſe dictæ partes, ut ſuprà agentes, ac promittentes ſibi invicèm præſentibus, et ſtipulantibus, ut ſuprà prædicta omnia, et ſingula à ſe promiſſa, ut ſuprà invicem attendere, ſolvere, et adimplere ſpecialitèr Ferrariæ, Bononiæ, Mutinæ, Mantuæ, Paduæ, et Venetiis, et generalitèr in omni alio loco, Terrâ, Caſtro Foro, et Juriſdictione quantocumque diſtantiori prædictis, aut aliquo eorum, ubi petitum fuerit, Et in dictis locis, et alio quocumque quantocumque diſtantiori, ut ſuprà ſolvere, et reſpondere promiſerunt ſibi invicèm, ut ſuprà, Et ibidèm ad prædicta omnia, et ſingula gravari, et conveniri poſſe voluerunt, etiàm nullà Fori exceptione obſtante, et diebus feriatis, et non feriatis, feriis aliquibus præſentibus, et futuris non obſtantibus, quibus partes ipſæ nominibus dictis, ut ſuprà agentes ex nùnc proùt ex tùnc per pactum renuntiaverunt expreſsè. Et ſi dictæ partes, ut ſuprà, nominibus dictis agentes ſibi invicèm non attendent, non ſolvent, non obſervabunt, et non adimplebunt omnia, et ſingula ſuperiùs dicta, et à ſe promiſſa, ut ſuprà pacto ſpeciali intèr ipſas partes, ut ſuprà nominibus dictis agentes, liceat parti à ſe promiſſa ſervanti, ſuâ auctoritate propriâ, et ſinè requiſitione alicujus Juſdicentis ingredi, ſtare, accipere, et appre-

apprehendere tenutam, et corporalem poſſeſſionem bonorum omnium partis à ſe promiſſa non ſervantis, ubicumque, et de quibus pars attendens, et obſervans promiſſa magìs, et meliùs eligere voluerit, Et ea bona vendere, donare, alienare, et penès ſe juſto prætio jure emptoris retinere, tamquàm ſua bona propria juſto prætio empta, uſquè ad integram ſolutionem, et ſatisfactionem totiùs ſibi tùnc debiti ſui damni, intereſſe, et expenſarum. §. Et per pactum dictæ partes, ut ſuprà nominibus dictis agentes promiſerunt ſibi invicem, ut ſuprà ſtipulantibus non ſe appellare ab aliquâ qualicumque ſententiâ interlocutoriâ, vel definitivâ, quæ lata eſſet contrà eas, vel alteram earum, aut in ſuis bonis occaſione prædictorum, certificatis priùs ipſis partibus per me Joannem Caſtellum Notarium infraſcriptum de benefitio, et juribus ipſius pacti De non ſe appellando, ſecundum formam Statutorum Communis Ferrarię, et non dicere ſententiam eſſe nullam, vel iniquam; Et ſi appellaverint, aut ſententiam nullam, vel iniquam dixerint, promiſerunt dictę partes ſibi invicèm ſtipulantibus, ut ſuprà, ac habere, et eſſe voluerunt ipſas appellationem, et nullitatem, ac iniquitatem caſſas, vanas, irritas, et nullius valoris, roboris, efficacię, vel momenti. §. Quę omnia, et ſingula ſupradicta, et in præſenti Inſtrumento contenta dictę partes, ut ſuprà agentes, obligando ſe, et ut ſuprà ſolemni ſtipulatione promiſerunt ſibi invicèm præſentibus, ſtipulantibus, et recipientibus, nominibus, quibus ſuprà firma, et rata perpetuò habere, tenere, attendere, obſervare, adimplere, et in aliquo non contrafacere, vel contravenire per ſe, vel alium earum nominibus, modo aliquo, ratione, vel causâ de Jure, vel de facto. §. Sub pœnâ ſolemni ſtipulatione invicem promiſſa librarum vigintiquinque, et obligatione omnium ſuorum bonorum præſentium, et futurorum, Quâ pœna ſolutâ, vel non, prædicta omnia, et ſingula ſuperiùs dicta perpetuò firma perdurent....

Ego Gregorius Natus olìm præſtantis Viri Ser Joannis de Caſtello Civis, et Notarius Ferrariæ, Apoſtolicâ, et Imperiali auctoritate Notarius publicus Ferrarienſis, ſupradictum Inſtrumentum ex Schedìs olìm præfati Genitoris mei, ut ſuprà, inveni, ſcripſi, ſumpſi, et authenticavi, vigore licentię, et auctoritatis mihi datę, et attributę in majori Generali Conſilio Civitatis Ferrarię, ſolemnitèr congregato relevandi, et in publicam formam redigendi Scripturas, et Schedas præfati olìm patris mei, ut de dictâ licentiâ conſtat ex actis Ser Antonii Rodi Notarii Reformat. Ferrarię, et quę omnia facere potui in virtute Statutorum Ferrarię ſupèr hoc diſponentium, ſignumque meum Tabellionatus appoſui conſuetum.

Hoc

Hoc eodem anno Lectorum Rotuli in Publicis Memorialium Libris haberi incipiunt, cùm Lectione, Horâ, Stipendioque eorum unicuique aſſignatis: Sed Rotulum hunc primum completum, rudi vernaculâ linguâ, ut in Memoriali anni 1474. ad paginas 78. ſcriptum jacet, exhibeamus.

MCCCCLXXIIII.

Spexa de Salariati de queſto Comun de Ferrara debbe dare adì XVIII. Ottobre L. undexemillia quarantaſette, che per lei ſe fanno boni alli infraſcritti Dottori, e Scollari lezenti, e che hanno letto in queſto Studio de Ferrara; Et à cadaun de loro per le ſue infraſcritte rapte, e quantità, A loro, e à cadaun de loro deſcripte, et annotate, per loro Sallarii, ovvero Stipendii, de aver letto in queſto Almo Studio de Ferrara uno anno integro, principiato in la Feſta de Santto Lucha del Mexe de Ottobre 1473., et finito in la Feſta de S. Lucha dell' anno preſente 1474., Et poſto dalli detti infraſcritti Dottori, et Scollari, e dà cadaun de epſi, como appreſſo, videlicèt.

Canoniſti, e Juriſti.

Al Magnifico Meſſer Giacomo de Argentina, Rettore de ditti Canoniſti, e Juriſti, per ſua proviſion, ſecondo uxanza—L. CXX.

A Meſſer Alberto Trotto, per la lettura de raxun Canonicha ordinaria la mattina lire trexento cinquanta—L. CCCL.

A Meſſer Filin Sandeo, per la lettura de ditta raxun Canonicha ordinaria la mattina lire trexento cinquanta—L. CCCL.

A Meſſer Domenego de Bertolin, per la lettura predetta ordinaria la ſira lire trexento—L. CCC.

A Meſſer Ludovico Pauluzo, per la lettura predetta ordinaria la ſira lire trexento cinquanta—L. CCCL.

A Miſſier Antonio dai Liuti, per la lettura del Sexto, e Clementina lire cento cinquanta—L. CL.

A Miſſier Antonio di Vincenzi, per la lettura predetta del Sexto, e Clementina lire cento cinquanta—L. CL.

A Meſſer Antonio da Quieto d'Arzenta, per la lettura de raxun Canonicha la feſta lire trenta—L. XXX.

A Meſſer Auguſtin di Bonfranciſchi, per la lettura de raxun Civile le feſte lire quatrocento cinquanta—L. CCCCL.

A Meſ-

A Meſſer Zohane Maria Riminaldo, per la lectura de raxun Civile ordinaria la mattina lire cinquecento —— L. D.

A Meſſer Ludovigo Bolognin, per la decta lettura ordinaria la mattina lire ſeicento ———————— L. DC.

A Meſſer Alberto di Vicenzi per la decta lectura de raxun Civile la ſira lire treſento cinquanta ———— L. CCCL.

A Meſſer Zohane Sadoletto, per la decta lectura de raxon Civile la ſira lire cinquecento ———— L. D.

A Meſſer Boetio di Silveſtri, per la lectura de raxun Civile extraordinaria lire cento ———— L. C.

A Meſſer Federigo da Lugo, per la lectura predecta de raxun Civile extraordinaria lire cento ———— L. C.

A Meſſer Coſma di Paxiti, per la lectura della Inſtituta lire centovinticinque ———— L. CXXV.

A Meſſer Alphonſo de Marcho Galeotto, per la lectura de dicta Inſtituta lire centovinticinque ———— L. CXXV.

A Meſſer Hellia Bruza, per la lectura de Nodaria lire ſexanta ———— L. LX.

A Meſſer Zohane Andrea Torexella, per la lectura de raxun Civile extraordinaria lire cinquanta ———— L. L.

A Meſſer Lodovigo da Valenza, per la decta lectura de raxan Civile extraordinaria lire cinquanta ———— L. L.

A Meſſer Nicolò da Pexaro, per la decta lectura de raxun Civile extraordinaria lire cinquanta ———— L. L.

A Meſſer Zohane Andrea d'Arzenta, per la lectura de raxun canonicha le feſte lire vinticinque ———— L. XXV.

A Meſſer Michiel Coſtanzo, per la lectura de raxon Civile per la feſta lire vinticinque ———— L. XXV.

Artiſti, Philoſophi, Medici etc.

Al Mag. Meſſer Ruberto di Girardin da Lendenara Rettore di Artiſti, per ſua provixion ſecondo uxanza ——— L. C.

Al Maeſtro Frà Zohane da Ferrara del ordine di Predicadori, per la lectura delle lettere ſacre le feſte —— L. L.

A M. Orazio di Zirondi, per la lectura de Medexina ordinaria la mattina ———— L. DC.

A M. Franceſco Benzo, per la lectura predecta ordinaria la mattina ———— L. DCCC.

A M. Girolamo da Caſtello, per la lectura de praticha de Medexina ———— L. D.

A M.

A M. Girolamo di Zirondi per decta lectura de pratica de Medexina ——————————L. D.

A M. Girolimo Nigrixollo, per la lectura de Medexina à mezo die lire doxento cinquanta ——————L. CCL.

A M. Zanfranceſco Sandeo, per la lectura predecta de Medexina à mezo die lire doxento——————L. CC.

A M. Mattio del Brun, per la lectura de praticha de Medexina eſtraordinaria lire centotrenta——————L. CXXX.

A M. Zacharia Zambotto, per la lectura predecta de praticha, ut ſupra lire cento——————L. C.

A M. Baptiſta d'Arzenta per la lectura predecta de praticha, ut ſupra lire cento——————L. C.

A M. Ludovigo dai Carri, per la lectura de phyſica ordinaria, et della Metaphyſica lire doxento cinquanta——L. CCL.

A M. Nicolò de Girardin de Lendenara, per la lectura de Phyſicha ordinaria lire doxento cinquanta————L. CCL.

A M. Antonio Benintendi, per la lectura de Phyſica extraordinaria lire centocinquanta——————L. CL.

A M. Antonio da Faenza, per la lectura predecta de Phyſicha extraordinaria lire centotrenta——————L. CXXX.

A M. Bortolomio da Roma, per la lectura de Cyrogia lire cento——————L. C.

A M. Zohane da Parma, per la lectura predecta de Cyrogia lire cento ——————L. C.

A M. Piedrobon del Avvogaro per la lectura de Aſtrologìa lire doxento ——————L. CC.

A M. Nicolò da Lonigo da Vincenza, per la lectura de Philoſophia Morale lire doxento——————L. CC.

A M. Jacomo de Piamonti, per la lectura de Loicha la mattina lire centovinti ——————L. CXX.

A M. Palmerin da Piaxenza, per la lectura predecta de Loica la mattina lire cento ——————L. C.

A M. Antonello dal Sagrà, per la lectura de Loica à mezo die lire cento——————L. C.

A M. Zohanbaptiſta da Canan per la lectura de Loica predecta à mezo die lire cinquanta ——————L. L.

A M. Corradin de Gilino per la lectura de Medexina le feſte lire vinticinque ——————L. XXV.

A M. Franceſco Camazarin, per la lectura de Loicha le feſte lire trenta——————L. XXX.

A M.

A M. Lucha da Raguſa, per la lectura predecta de Loicha le feſte lire vintiotto ——————— L. XXVIII.

A M. Ludovigo Carbun, per la lectura de Rettoricha, e lettere Grecbe lire quattrocento cinquanta ——————— L. CCCCL.


A M. Baptiſta Guarin per la decta lectura de Rettoricha, e lettere Grecbe lire cinquecento ——————— L. D.

A Don Baptiſta del Bello, e Compagni Campanari del Veſcovà de Ferrara, per ſonare la Campana ——————— L. XXIII.

A Lectorum ſtipendiis annua quædam portio, Capſoldi titulo detrahebatur ad rationem librarum duarum prò centenario, quod uſquè ad devolutionem Ducatus Ferrarienſis ad Sedem Apoſtolicam fuit uſitatum, ut videre eſt in Partitis pòſt Rotulos, vèl in Rotulis ipſis, in libris Memorialium immediatè deſcriptis: Hæc autèm retenta Lectoribus Capſoldi ſumma in reparandis Scholarùm Publicarum ſcamnis, ac feneſtris, aliiſque id genus neceſſariis impendi ſolebat, & ſi quid ex eâ ſupereſſet, intèr D. Sapièntum Judicem, ac Communis Ratiocinatorem Studij Cancellarium æqualitèr dividebatur. Capſoldi detractio ſupèr L. 11047: Rotuli ſupraſcripti ad L. 221. aſcendit, quemadmodùm conſtat ex Partitâ pòſt Rotulum (*a*) deſcriptâ in faciem Jacobi Stabilini tùnc temporis Civitatis Ferrariæ Rationum Magiſtri, Studiique Cancellarij. Cæterùm Lectorum ſtìpendia majorem, ſeù minorem ſummam abſorbebant, proùt juxta Doctorum dignitatem à Reformatoribus conſtituebatur, itaùt aliquandò Studii impenſæ ad annualem ſummam librarum decem & octo millium, aſcenderint. Sed de his ſatìs.

ALMI

(a) *Memoriale dell'anno* 1474., *fol.* 80.



ALMI FERRARIENSIS

GYMNASIJ HISTORIA.

LIBER SECUNDUS.

HErcule Duce imperante celebris Ferrariæ habita diſputatio, circà Immaculatam Virginis Deiparæ Conceptionem, quâ in aſſerendâ, ac reſpectivè impugnandâ Dominicani præſertìm, ac Franciſcani inſignes duæ Regularium Familiæ magnâ animorum contentione decertarunt; Divino autèm conſilio factum credimus, eaſdem veritatis, ac religionis zelo hàc de re diſſentire, ut clarior Deìparæ dignitas, nubibus diſiectis emergeret. Nonnullas controverſia hujuſmodi in Longobardiæ Urbibus, Brixiæ (*a*) præcisè, ac Ferrariæ turbas excitaverat, quod ubì Herculi Duci nunciatum eſt, quæſtionem hanc coràm ſe, in Ducali Palatio agitari voluit: Invitatis itaquè doctiſſimis Ordinum quorumcumque Regularium Magiſtris, & omnibus Academiæ noſtræ Doctoribus, adſtante etiàm Joanne

(a) *Strozzi, Hiſtoria della Concezione, lib. 7. cap. 3.*

Borgiâ Hiſpano S. Suſannæ Cardinale Ferrariæ Epiſcopo, ac frequenti Nobilium, & Populi cætu prò utràque ſententiâ, ad ſex horas utrinqùe dimicatum eſt: Multi ex Prædicatorum Ordine convenerant, ſed tota ferè Thomiſticæ Scholæ provincia demandata fuerat Fr. Vincentio Bandelli Concionatori diſertiſſimo, ſummæ doctrinæ, zelique vehementis viro, qui poſteà ad Generalatus apicem evectus eſt: Is diſputationi initium fecit, & eâ, quâ pollebat ingenii vi, argumentis è Sacrarum Scripturarum, Patrum, & Theologiæ fontibus petitìs probare contendit, Marìam Virginem, pòſt contractum Originale peccatum fuiſſe ſanctificatam, eorum doctrinam, qui in primo ejuſdem Conceptionis inſtanti immunem à peccati labe aſſererent erroneam, ac gloriæ Chriſti Redemptoris detrahentem oſtendens. Prò firmandâ verò omnimodâ Virginis ab Originali culpâ præſervatione multi adversùs Bandelli inſurexere, præcipuè Fratres Minores de Obſervantiâ nuncupati, qui octingenti circitèr (*a*) numero, ceù claſſico acciti ab Italiæ Urbibus ad Diſputationis arenam convolarant: Prè cæteris Fr. Bartholomei de Feltriâ ſapientia emicuit, tàm in objectis diſolvendis, quàm in Scotiſtarum ſententiâ firmandâ, adeò ut B. Mariæ de Monte Carmelo, & Servorum Fratres, ipſumque Ferrariæ Epiſcopum in ſuam traxerit opinionem: Bandelli verò ſummâ animi ſinceritate, in eâ quam ſcripſit ad Herculem Ducem, poſt diſputationem Epiſtolâ, victoriam apùd ſe, ſuoſque fuiſſe tradit; inquit tamèn ſe die à contentione altero, graviſſimorum Doctorum, Civiumque Ferrarienſium precibus adductum Almi Lycei noſtri Scholas adiiſſe, ibìque Lectione unicâ fuiſſe complexum quidquid pridiè, adverſariorum numero penè obrutus, clamoribuſque interpellatus miſſum facere coactus fuerat. Utrìus Partium victoria fuerit, certum eſt Majorum noſtrorum animos ad hanc recolendam Deiparæ dignitatem tùnc primùm, & vehementèr fuiſſe excitatos, & ab eis prætioſam in nos ſanctiſſimæ hujus ſententiæ hæreditatem tranſiiſſe, quæ Civium noſtrorum cordibus, ac medullis inhæret adeò, ut Ferraria, Civitas Immaculatæ Virginis Conceptioni emancipa-
1476 ta jure meritò dici poſſit. Ad annum verò 1476. refertur mors Nicolai Eſtenſis, Leonelli Marchionis quondàm Ferrariæ Principis filii, quem Hercules Dux perduellionis reum capite mulctavit; ejus tamèn cadaver Equitum, & Doctorum Juriſtarum, atquè

(a) *Gimma, Italia letterata, Tom.* 2. *cap.* 33. *art.* 3. *n.* 18.

atquè Artiſtarum humeris ad Divi Franciſci Templum delatum, ibidèm in Eſtenſium ſepulchro, ſplendidis (*a*) exequiis tumulatum eſt. Poſt hæc ad coercendam Larvatorum licentiam, qui Baccanalium tempore ad Scholas (*b*) Publicas accedentes Lectoribus, Scholaribuſque impedimento erant, ne Lectionibus diligentèr vacarent, de Herculis mandato ſequens Edictum publi- 1478
catum eſt.

Per parte dell' Illuſtriſſimo Signor Noſtro Hercule Duca &c. ſe fà Commandamento ad ogni, e ſingole perſone, cusì terriere, come foreſtiere de che condizione ſe ſiano, che dà quì innanti non ardiſcano, ne preſſumano andare in Maſcara alle Schole del Studio de queſta Inclyta Città de Ferrara, ad impazare li Legenti, e li Docturi, ò veramente le lectioni di Scholari alla pena de Ducati dieſe de oro da farſi applichare alla Maſſarìa Ducale, et de ſtare otto dì in prigione; Notificando à cadauna perſona, che à tale Maſchere ſerano levate le Maſchere dal volto, e menate in prigione, e non uſciranno, ſe non pagaranno la pena.

1478. *Die* 14. *Januarii, horâ decimâ primâ, Ferrarię, et ad feneſtras Palatii Juris Communis Ferrariæ fuit publicatum ſupraſcriptum proclama, pleno Foro per Franciſcum à Cornu Publicum Bannitorem, ſono cornu præmiſſo, ut eſt de more, me Joanne Carpenſi Notario Duodecìm Sapientum ſibi dictante.*

Veneti deindè, Reipublicæ imperium in ditione Ferrarienſi amplificandi cupidi bellum Herculi intulerunt, quapropter ingruentibus hoſtium armis, peſteque in conterminis (*c*) Flaminiæ, 1482
& Piceni Provinciis funeſtiſſimè debacchante, biennio, annis ſcilicèt 1483., & 1484. in Academiâ noſtrâ penitus feriatum eſt; 1485
ſequenti verò Lectores inſraſcriptos dumtaxàt docuiſſe comperimus, nempè Dominicum Bertolini de Maſsâ, Joannem Lucam de Pontremulo, Franciſcum Benzi, Nicolaum Leonicenum, ac Baptiſtam Guarini, eo quià fuerant (*d*) ad annum, quintodecimo Kalend. Novembris expiraturum præcisè conducti. Hoc eodem anno Hercules Dux armorum ſolutus curâ animum adjecit ad ea reordinanda, quæ belli tempore in deterius corruerant, & glo-

(a) *Annali, dopo Mario Equicola, all'anno* 1476. *fol.* 21., *appreſſo i Sig. Fratelli Iſnardi.* (b) *Libr. Commiſſion. Ducal. dell'anno* 1476., *e ſeguent. fol.* 54. (c) *Commiſſion. Ducal. dell'anno* 1485 *fol.* 17. *e ſeg.*
(d) *Memorial. dell'anno* 1485. *fol* 23.

gloria Lycei noſtri potiſſimùm ejuſdem antè oculos obverſabatur, digna herclè tanto Principe ſollicitudo! Cùm igitùr Subditorum ſuorum plures, Studii, Doctoraliſque gradus conſequendi causâ ad exteras Univerſitates comigraſſe compertum haberet, Edictum (*a*) promulgari mandavit, quo ſancitum, Celſitudinis ſuæ Subditos, qui Scientiarum, aùt liberalium Artium ſtudio operam navare, & Doctoralem Lauream conſequi vellent, non alibì, quàm in Ferrarienſi Univerſitate erudiri debere: Edicti tenor eſt.

25. *Auguſti* 1485.

Deſiderando ſummamente la Excellentia del Duca noſtro etc. de mantenere, e ampliare il ſuo digniſſimo Studio, quale ſua Excellentia tene in ogni facultà nella ſua Inclita Città de Ferrara ad onore de epſa, per benefizio, e utile delli ſuoi Subditi. Per tanto per la preſente grida, la quale vole abbia luogo de lege perpetua ſe fà expreſſo Commandamento à cadauna perſona ſubdita, overo abitante in alcuna Terra, Città, Caſtelle, ò altro luogo ſubiecto al Dominio di Sua Excellentia non oſſi, ne preſſumi andare à ſtudiare in alcuna facultà, aùt in Iure, aùt in Phiſicha, ovvero Medicina; ovvero in qualunque altra facultà voglia eſſere, ò ſia, in alcuna altra Città, ovvero Studio, ſalvo che in la ſua prefata Città, e Studio de Ferrara, alla pena de Ducati trexento d'oro per cadaùno, e per cadaùna volta ſerà contrafatto, da eſſere applicata alla Camera de la ſua prefata Excellentia, ne la quale pena ſe intenda eſſere incorſi li Padri, ovvero qualunque altra perſona, à la quale expetti Cura, e governo de tali ſtudenti, De la quale coſſa ciaſchaduno ne poſſi eſſere Legitimo Accuſadore, e ſerà tenuto ſecreto, ſe à lui parera, e ſarali dato per premio la terza parte de dicta pena, e Circa ciò ſe ne farà diligente Inquiſitione, ed execuzione per il Magnifico Iudice delli Savii de Ferrara, Reformador del prelibato Studio de Ferrara.

Ex ſanctione hujuſmodi arguere eſt, quàm ingens Scholarium Lycei noſtri numerus fuerit, cùm ultrà exteros, qui ad illud undequaquè ſpontè confluebant, univerſi Domus Eſtenſis Subditi litteris operam daturi ad Studium noſtrum accedere tenerentur, erat enìm amplum admodùm Eſtenſium Imperium: Illud deſcriptum habemus in Annalibus MSS. pòſt Eſtenſem Genealogìam à Mario Equicola conſcriptam, ab Antonio Iſnardi

(a) *Commiſſion. Ducali dell'anno* 1485. *fol* 17.

di (*a*) Ferrarienſe reſpectivè continuatis, ubì patet Herculem I. Ducem Loca infraſcripta poſſediſſe, Ferrariam ſcilicèt, Mutinam, Regium Lepidi, Adriam, ac Cymaclum Urbes, Nobiliſſimum Ferrariæ Ducatum, cùm Caſtro Rhodigij, ejuſque Comitatu, Caſtro Argentæ, & Provinciâ Romandiolæ in Emiliâ, Caſtraque centum viginti novem Mutinenſis, & centum triginta Regienſis Ducatuum, quæ omnia ab Annaliſtâ prædicto proprijs nominibus recenſentur. His poſtmodùm Alphunſus I. Herculis filius adiunxit Carporum, & Corigij, nùnc Urbium, Principatum, cùm ſuis Territoriis, nèc non præclara Centi, ac Plebis Caſtra cùm Ditionibus ſuis, quæ in Dotem Lucretiæ Borgiæ uxoris acceperat: Carnuti Ducatum, Giſorti, Bajoſæ, & Faleſæ Comitatus, Montis Arguti Dominium, utpotè extrà Italiam, aliaque, quæ poſtmodùm Eſtenſium imperio acceſſerunt prætermittimus, hoc dumtaxàt adiicientes, nempè Ferrariæ Duces dignitatis titulo Hetruriæ Ducibus, Romæ in judìtio fuiſſe antèlatos; plura autèm in hunc rem habemus apùd celebriores Sæculi XVI. Doctores hìnc indè conſultos, ad quos Lectorem remittimus. Optimè igitùr ad Studii noſtri incrementum ab Hercule Duce ſancitum eſt, quoſcumque Subditorum ſuorum, litterarum Studiis vacaturos ad hujus Metropolis Lyceum accedere debere; lex quidèm utilis, ac juſtiſſima, quæque non tantùm à ſucceſſivis Ducibus, ſed etiàm, Ferrariæ Ducatu ad Apoſtolicam Sedem devoluto, à Summo Pontifice Clemente VIII. fuit renovata; utinàm verò in hanc uſquè diem obtineret, in quâ Ferrarienſis Ducatus Studioſi haùd pauci Adoleſcentes alienas Univerſitates deperiunt, ac ad eas convolant, relictâ maternâ Ferrarienſe, quæ nominis celebritate, clariſſimorumque Doctorum copiâ, nulli ſecunda dici poteſt. At nùnc præſtat, ut de Statutis Collegii Artium, & Medicinæ Doctorum ſermonem inſtituamus: Antiquum eorum Codicem MS., caractère optimo exaratum vidimus apud Cl. V. Egidium à Fabrâ Medicum, ac Primarium in Lyceo noſtro Philoſophiæ Lectorem; his verò accedit Herculis Ferrariæ Ducis confirmatio, ut conſtat ex ejuſdem Litteris ſub die 19. Aprilis 1485., in fine Statutorum prædictorum regi- 1485
ſtratis: Cæterùm has Sanctionum antiquiorum reformationes fuiſſe credimus, quod etiàm de Statutis Theologorum, & Juriſtarum, ex propriâ eorumdem litterâ demonſtravimus. Codex, de quò agimus Statuta XXVIII. complectitur, quorum hæc ſumma.

(a) *All'anno* 1474. *fol.* 56., *Appreſſo i Sig. Fratelli Iſnardi.*

STATUTA COLLEGII ARTIUM, ET MEDICINÆ DOCTORUM.

Statutum I.

De Miſsâ celebrandâ ad honorem Omnipotentis Dei, ejuſque Matris glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, totiuſque Curiæ triumphantis.

Statutum hoc Dei omnipotentis, Deiparæ Virginis, Divi Lucæ Evangeliſtæ Medicorum Patroni, totiuſque cœleſtis Curiæ venerationem præcipit; jubet præſertìm, quotannis ſolemni die D. Lucæ recurrente Miſſam vel in Cathedrali Eccleſiâ, vel alibì celebrari, omnibus de Collegio intereſſentibus, et per Doctorum quemlibet cerei ponderis unciarum duarum oblationem fieri.

Statutum II.

De numero Doctorum debentium intrare in Collegium.

Decernitur, quod Collegium Doctoribus XVIII. conſtare debeat, quorum decem antiquiores Numerarii, ſex ſequentes Supernumerarii, duò poſtremi Additi nuncupentur, quos penès facultas ſit approbandi, reprobandi, cæteraque ad Collegium pertinentia diſponendi; alii verò Doctores ultrà numerum prædictum Novelli appellentur, ac ab approbando, reprobando, aliiſque Collegii regimen reſpicientibus arceantur.

Statutum III.

De his qui poſſunt, & debent incorporari in Collegio.

Statuti hujus vigore cavetur, ne poſſit aliquis Collegio incorporari, niſì Civis Ferrariæ oriundus fuerit, & à Collegio prædicto, ſivè in Artibus, ſivè in Medicinâ Conventuatus.

Statutum IV.

De modo acceptandi aliquem ad Collegium de numero XVIII.

Quod nullus in Collegium aſſumi poſſit Statutum præſens declarat, niſì Doctorum decem & octo diminuto numero per mortem, vel per alicujus abſentiam à Comitatu Ferrariæ, per tempus unius anni: In

his

bis autèm caſibus, qui priùs Doctor fuerit eâ in facultate, in quâ aſſumi velit, intelligetur eſſe de Collegio, & in deficientis locum cooptabitur. Itèm ſancitur, quod Numerario deficiente, primus ſupranumerarius illius locum obtineat, & quod deficiente ſupranumerario, primus Additus ad ſupranumerarii gradum aſcendat.

Statutum V.

De Doctoribus Collegii reſtituendis in locum ſuum.

Hujuſmodi Statuto proſpicitur Doctoribus de Collegio, qui à Civitate Ferrariæ abſentes fuerint alibìque, vel conducti, vel alio quovis modo permanſerint; ſi enìm animo in eàdem permanendi, ad Urbem Ferrariæ redierint, iiſdem locus, quem antè abſentiam intèr Collegii Doctores obtinebant reſtituitur; nihil tamèn de Collegii ejuſdem immunitate percipient, niſì menſe integro à die reſtitutionis tranſacto.

Statutum VI.

De modo ſuperaddendi Doctores non collegiatos Doctoribus collegiatis, & de numero Promotorum, qui poſſint promovere, & eorum electione.

Permittit Statutum hoc Scholarem, ſivè in Artibus, ſivè in Medicinâ conventuari poſtulantem poſſe per Doctorem Forenſem, vèl plures, qui trium tamèn numerum non excedant promoveri, licentiâ priùs à Priore Collegii, prò illo conventu tantùm impetratâ; dummodò tamèn quot Forenſes, tot etiàm Promotores de Collegio adhibeantur.

Statutum VII.

De electione Prioris Collegii, & modo eligendi, & tempore ejus durationis.

Statuitur Collegii Priorem hoc modo eligi: Singulorum X. Doctorum Numerariorum nomina in ſingulis policetis ſcribantur, eaque in pixide repoſita Notario Collegii ſervanda tradantur: Quolibet menſe quarto, Prioris namquè offitium quadrimeſtre eſſe debet, convocatis per antiquum Priorem tribus, aùt quatuor de eodem Collegio Doctoribus, Prior ipſe, Notario adſtante policetum unum è pixide extrahet, illumque cujus in eo nomen inſcriptum legetur Priorem pronunciabit, jusjurandumque deferet de Statutis Collegii omninò ſervandis. Evacuata verò cùm fuerit pixis, nova X. Numerariorum fiet imbuſſolatio, ſervato ſempèr ordine

ſuprà recenſito; Quòd ſi novus Prior extractus à Civitate abſuerit, ad eamdem per duos menſes non reverſurus, tùnc ejus policeto iterùm in pyxide incluſo alter extrahetur: Dùm verò Prioris extracti reditus ad Civitatem per bimeſtre expectatur, eidem licebit unum ex Conſiliariis in ſubſtitutum eligere, qui Prioris munus exerceat, donèc ipſe ad Urbem revertatur.

Statutum VIII.

De ſubſtitutione Prioris.

Decernitur, quòd ſi contingat Collegii Priorem per duos dies, vel plures ſe à Civitate Ferrariæ abſentare, teneatur unum de decem Numerariis ad libitum ſubſtituere, ut abſentiæ ſuæ tempore, ſi opus ſit Prioris offitium exerceat. Si verò nemine ſubſtituto Prior recederet, uni ex Conſiliariis à Statuto Prioris vices immediatè ſuſtinendi facultas impertitur. Et quoniàm Prior, vel egritudinis causâ, vel occupatione aliquâ detentus munus ſuum aliquandò adimplere non poteſt, tali etiàm caſu unum ex numerariis ſubſtituendi eidem libertas permittitur.

Statutum IX.

De Conſiliariis eligendis.

In quacumque Prioris Collegii electione duos paritèr Conſiliarios ex decem Numerariis, mediantibus policetis, ut ſuprà, eligi hoc Statutum decernit: Hi autèm ſcrutiniorum occaſione ſempèr propè Priorem ſedebunt, eorumque offitium eſt, unâ cum Priore ſententiare, reconciliare, ac quietare diſſidia omnia in Collegio intèr Doctores occurentia.

Statutum X.

De bonore, & obedientiâ exhibendâ Priori Collegii per Doctores, & de pœnâ ipſis Doctoribus imponendâ.

Statuitur, quòd Doctor quilibet de Collegio Priori, ſivè ejus ſubſtitutis, in licitis, & boneſtis ad Collegium pertinentibus obedientiam præſtare debeat, ſub pœnâ mulctæ ſibi per dictum Priorem imponendæ, ac per eumdem, ſeù ejus in Prioratu ſucceſſorem, ſeù ſucceſſores exigendæ. Itèm decernitur, quòd Prior Collegii teneat locum in ſedendo, vel eundo poſt Reverendiſſimum Epiſcopum Ferrariæ, aut ejus Vicarium in omnibus, quæ ad Collegium pertinent.

Sta-

Statutum XI.

De modo ſervando in Scrutiniis.

Statutum hoc ſcrutiniorum in Collegio fiendorum formam præſcribit, ac primò, partita vivâ voce fieri vetat, ſed ea pilis albis, nigriſque juxtà conſuetudinem ſcrutinari debere diſponit: Secundò, partitum ullum, niſi per Collegii Priorem proponi non poſſe declarat: Tertiò, illud tùnc ratum eſſe, validumque ſtatuit, cum duæ ex tribus partibus Doctorum de Collegio in Civitate degentium ſcrutinio interfuerint.

Statutum XII.

De Silentio habendo de pertractatis in Collegio.

Sub pœnis privationis Collegii ad annum, perjurii, ac aliis ipſo facto incurrendis Doctori Collegiato inhibetur, ea quæ in Collegio fuerint pertractata, ac ſub ſigillo poſita, extrà illud propalare; quod ut religioſiùs ſervetur, Priori unà cùm Conſiliariis facultas tribuitur, Doctoribus de Collegio, de non propalando, juramentum deferendi.

Statutum XIII.

De modo ſervando in præſentatione Scholarium volentium intrare examen, ſivè in Artibus, ſivè in Medicinâ, & de qualitate eorumdem.

Quicumque Scholaris, qui debito tempore ſtuduerit, ſi in Artibus, ſeù in Medicinâ examinari petat, lectiones omnes facultatis illiùs audiviſſe debet, itèm ſupèr facultate, in quâ examen ſubire intendit, publicè diſputaſſe, aùt ejuſdem ſex ad minùs in Scholis Almi Lycei lectiones legiſſe, Teſtibus quatuor ad id probandum adhibitis. His peractis, factâque priùs per Scholarem inſtantiâ, Prior Collegii eidem horam, in quâ ad examen præſentari debeat aſſignabit, ad quem effectum tres, aut quatuor de Collegio Doctores convocari faciet, coràm quibus Promotor, ſeù Promotores Scholarem præſentabunt, de ejuſdem ſufficientiâ atteſtantes. Prior verò Scholari prædicto Sacramentum corporalitèr præſtabit, quòd tempore debito ſtuduerit, ac lectiones ordinarias illius facultatis, in quâ experimentum de ſe dare, inſtat audiverit, & proùt fuſiùs in Statuto hoc continetur. Quibus præmiſſis, Prior tàm ſuo, quàm Collegii nomine Scholarem acceptabit, eidemque unâ cùm Promotore, ſeù Promotoribus, ſi plures fuerint diem, atque horam

ram ſtatuet prò punctis accipiendis, ſucceſſivè ſtatìm Promotores Scholarem examinandum Reverendiſſimo Epiſcopo Ferrarienſi, ſeù ejus Vicario præſentabunt, eidem notificando Scholarem prædictum fuiſſe pèr Priorem Collegii ad examen ſubeundum admiſſum, diemque, & horam prò punctis accipiendis aſſignatos.

Statutum XIV.

De Tentatoribus eligendis, & de eorum offitio.

Duos Tentatores eligi, unum ex Numerariis, alterum ex Supernumerariis Collegii, per imbuſſolationem Policetorum, proùt in electione Prioris dictum eſt, præſenti Statuto diſponitur, eorumque offitium quadrimeſtre eſſe. Tentatorum autèm munus eſt Scholares ab exteris Univerſitatibus ad Ferrarienſe Collegium advenientes, ut raptìm examinentur tentare, utrùm ad examen ſubeundum idonei ſint, privato mediante examine juxtà formam in hoc Statuto præſcriptam: Si verò fuerint idonei reperti, ſancitur, quod Priori Collegii præſententur, aliaque fiant, de quibus in Statuto præcedenti.

Statutum XV.

De pecuniâ exponendâ, & deponendâ per Scholarem conventuandum apùd Dominum Priorem antequàm ipſe Scholaris Priori præſentetur.

Scholaris quilibet à Collegio examinari, & conventuari deſiderans, juxtà præſentis Statuti diſpoſitionem tenetur, antequàm præſentetur Priori, apùd eumdem Ducatos viginti unum boni auri, juſtique ponderis, & ſolidos decem & octo Marcheſanorum deponere. Facto verò per Doctores Scholaris examine, antequàm partitum ponatur, an approbandus ſit, vel reprobandus, pecunia depoſita intèr Doctores de Collegio, ac alios dividetur, modo in hoc Statuto declarato, quem brevitatis gratiâ referre omittimus; nequè enim propoſitum habemus omnia, quæ in Statutis continentur exponere, ſed ea tantùm, quæ notabiliora ſunt ſummatìm tradere. Declarat verò Statutum hoc ad ſummam prædictam perſolvendam Scholarem quemlibet, tàm in Artibus, quàm in Medicinâ conventuandum teneri: Si autèm conventum Publicum fecerit, id ultrà tenebitur tradere Reverendo Epiſcopo, ſeù ejus Vicario, Priori Collegii, Promotorique, aut Promotoribus ſuis, unicuique Biretum unum, unum par Chirothecarum, & Anulum unum juxtà perſonarum dignitatem: Poterit etiàm dictus Scholaris pro libito,

to, aliis Doctoribus, & Nobilibus Chirothecas dare, & tripudia, haſtiludia, aliaſque feſtivitates peragere.

Statutum XVI.

De gratiis concedendis Scholaribus non valentibus expenſam facere antedictam.

Cùm aliquandò contingat Scholares aliquos in Artibus, ſeù Medicinâ graduari cupientes ad expenſas antedictas ſuſtinendas, inopiæ causâ impares evadere, ſancitur, poſſe eos à Collegio gratiam petere, quo caſu Prior inſtantiâ intellectâ, ipſam Conſiliariis communicabit, ipſiſque annuentibus, Scholaris ſupplicatio Collegio proponetur, habitàque ſuperindè, ſcrutinio mediante, Doctorum ſententiâ, ſi Scholaris duas ex tribus Numerariorum favorabiles partes obtineat, gratiam reportaſſe intelligetur, ſi tamèn ſupplicaverit pro remiſſione ſolutionis Ducati unius pro Numerario quolibet, uſquè ad ſolidos quadraginta; quod ſi gratiam remiſſionis à dictis ſolidis quadraginta infrà petierit, ad hoc ut obtinuiſſe dicatur, omnium Numerariorum conſenſum, nemine diſcrepante, Statutum requirit. Quommodò autèm ſummæ à Scholari gratiato ſolutæ repartitio fiat Statutum idem ſubnectit.

Statutum XVII.

De ordine ſervando in eundo ad Examen, & redeundo.

Decernitur Scholarem privatè conventuari poſtulantem, ad Doctoratus examen accedere debere à Promotore, vel Promotoribus tantummodò ſociatum; in redeundo verò à loco, ubi fuerit Conventuatus, poſſe à Doctoribus, ac aliis, proùt libuerit, ad domum aſſociari. Quod ſi fieret conventus publicus; tùnc eâ die, quâ Collegium congregabitur, omnes Collegii ejuſdem Doctores, ſub pœnis, de quibus in Statuto hoc, conventuandum à domo ſuâ uſquè ad conventus locum comitari debebunt, ac poſtquàm inſignia acceperit, eumdem, cùm caputiis variatis in capite, vel ſupèr ſpatulis iterùm ad domum ſuam ſociare tenebuntur.

Statutum XVIII.

De lectionibus legendis in examinibus, & punctis aſſignandis, & ſolemnitatibus in examinibus fiendis.

Statuitur, quòd Scholaris in Artibus, ſeù Medicinâ examinandus, manè diei illius, in quo examen ſubire debet, horâ Campanæ, unà cum Promotore, vel Promotoribus ſuis ad Eccleſiam ſe conferat Cathedralem, ibìque Miſſæ Spiritus Sancti devotè aſſiſtat, ſolidis quinque Marcheſanorum Sacerdoti pro ejus celebratione perſolutis; eâ verò abſolutâ, ſe præſentare habeat Reverendiſſimo Epiſcopo, aùt ejus Vicario, Priori, cæteriſque de Collegio Doctoribus: Ibì dicto Epiſcopo, ſeù Vitario exhibito per Bidellum libro facultatis illius, in quâ fuerit examinandus, Epiſcopus, vel Vicarius librum prædictum caſu aperiet, illumque ſic apertum, uni ex Doctoribus de Collegio ibidèm adſtantibus pro libito conſignabit: Tùnc Doctor Scholari punctum unum in loco, in quo liber apertus reperitur aſſignabit, quod paritèr in alterius puncti aſſignatione, duo enìm dari puncta Statutum requirit, ſervandum erit; hac tamèn lege, quod ſcilicèt examinando in Artibus punctum unum in libro Poſteriorum, alterum in libro Phyſicorum, examinando verò in Medicinâ unum in libro Aphoriſmorum Hyppocratis, alterum in libro Tecni Galeni aſſignetur: Punctis acceptis, Scholaris ad ſtudendum ſe conferet uſquè ad horam examinis, ſibi per Vicarium, Priorem, & Doctores de Collegio præſcriptam; interìm Notarius puncta prædicta in policetis notabit, unumque ex dictis policetis per Bidellum Doctori unicuique præſentare faciet, præciſum examinis tempus in eo notificando. Cùm autèm deſignata experimenti hora advenerit, Doctorum ſufficienti numero in loco ad id deputato in unum coeunte coràm Reverendiſſimo Epiſcopo, ſeù ejuſdem Vicario Scholaris à Promotoribus aſſociatus ſuas ordinarias lectiones legere incipiet, & puncta ſibi conſtituta ſententialitèr declarare, quibus peractis Doctor ex junioribus arguet, Scholaris verò ejuſdem repetitis argumentis, ea diſſolvet: Poterunt etiàm de Prioris licentiâ Promotores & ipſi reſpondere, aut alitèr declarare, dummodò eis poſteà impoſito per Priorem prædictum ſilentio illicò conticeſcant: Quo verò ad argumenta, ſtatuitur, Doctorem nullum in materiâ qualibet, plus quam duo, unam replicationem, & unum problemma poſſe proponere.

Sta-

Statutum XIX.

De pœnis imponendis Doctoribus non venientibus ad puncta, & ad examen.

Agitur in præſenti diſpoſitione de pœnis per Collegii Priorem imponendis Doctoribus ad examen, & puncta non venientibus, poſtquàm fuerint per Bidellum, modo in Superiori Statuto tradito, invitati.

Statutum XX.

De Examinibus fiendis amore Dei.

Notabilis admodùm Statuti hujuſmodi ſumma eſt, Quòd in perpetuum, quolibet impari anno duo Scholares pauperes Forenſes, unus in Artibus, alter in Medicinâ gratìs, & amore Dei examinentur, dummodò tamèn per duos annos in Ferrarienſi Univerſitate ſtuduerint, & quòd anno quolibet pari duo Scholares pauperes Cives Ferrariæ, ſi tamèn idonei ſint, Dei amore examini ſubjiciantur, quòd ſi contingeret anno impari duos pauperes Scholares Forenſes non reperiri, quorum unus in Artibus, alter in Medicinâ examinari peteret, vel ambo peterent in unâ tantùm facultatum prædictarum, ſtatuitur quòd nihilominùs ambo ad examen admittantur; ſi verò unus tantùm Scholaris Forenſis reperiretur in Artibus, vel in Medicinâ examinandus, tùnc alteri Forenſi pauperem Scholarem Civem ſubſtitui debere decernitur; quòd etiàm è converſo obſervandum eſſe anno quolibet pari reſpectu Scholarium pauperum Civium declaratur, Forenſes Civibus, quatenùs, ut ſuprà, non reperiantur ſubſtituendo: Si verò examinari ſupplicantes, ſivè Cives, ſivè Forenſes plures eſſent, quam duo, tùnc ſcrutinium de iis fieri debere diſponitur, & eos, qui plura obtinuerint vota examinari. A Scholaribus verò Dei amore examinatis, Doctores, Bidellum, & Notarium quidquam accipere ſub pœnis in Statuto contentis prohibetur. Statuti hujus benefitio Fratres, & Presbyteri incapaces declarantur.

Statutum XXI.

De tempore mandandi gratias executioni.

Si quis gratiam aliquam à Collegio reportaverit, intrà terminum unius Menſis illam executioni mandaſſe debet, quo elapſo, gratiâque minimè executâ, à libris actuum Collegii caſſari debet, nulliuſque valoris

loris eſſe reputabitur, niſì qui obtinuit, fuerit vel ægritudine, vel alitèr legitimè impeditus.

Statutum XXII.

De Examine Rectoris Univerſitatis Artiſtarum; & Medicorum.

Statuitur nullum Univerſitatis Artiſtarum, & Medicorum Rectorem, qui boneſtè vixerit, cùm Univerſitate benè ſe geſſerit, pulcbrumque Feſtum fecerit, ſi in Artibus, vel Medicinâ examinari, conventuarique petierit, Doctoribus de Collegio, Bidello, Notarioque, dicti examinis, & conventuationis causà quidquam ſolvere debere: Ab aliis verò expenſis non eximitur, nec à jentaculo pòſt examen fiendo: Additur tamèn non poſſe Rectorem, niſì completo Rectoratus ſui tempore conventuari.

Statutum XXIII.

De Examine Chirurgiæ.

Inſtantis in Chirurgiâ examinari, & conventuari examen à Doctoribus de Collegio, ut ſuprà, vigore Statuti bujus fieri debet, punctum unum in tertiâ quarti, aùt in quartâ quarti eidem aſſignando. Pro tali conventu verò non ſolvet conventuandus niſì dimidium quotæ, quæ pro conventibus Artium, & Medicinæ perſolvitur, ac ducatum unum pro privilegio, in quo exprimi babeat, qualitèr Prior, Doctoreſque de Collegio Conventuato licentiam impertiuntur portandi aurum, & veſtes ſuffultas cujuſcumque ſuffulturæ, proùt eidem libuerit, præterquàm vari, & armelini, & ubiquè legendi, diſputandi, medendi, alioſque Doctorales actus exercendi.

Statutum XXIV.

Quod nullus audeat medicare, niſì fuerit approbatus per Doctores Numerarios Collegii Medicorum.

Probibet Statutum hoc unicuique, qui Medicinæ Doctor non ſit, & per publicum Collegium conventuatus, poſſe in Civitate Ferrariæ, vel ejus Diſtrictu medicare, medicamenta tradere, vulnera, vel ulcera periculoſa, ſeù periculoſis in locis curare, niſì id fuerit per Collegium Doctorum Numerariorum Ferrariæ approbatum, ſub pœnâ carceris menſium ſex, & ducatorum vigintiquinque Auri.

Sta-

Statutum XXV.

De modo eligendi Notarium, & Bidellum Collegij.

Statuitur, quod Collegium habere debeat Bidellum, & Notarium, qui actis omnibus Collegij ejuſdem ſempèr interſint, quodque Notarius de prædictis rogetur, omnes actus ſcribendo, ad quem effectum librum cartarum 200. apùd ſe retinere obligatur: Si verò contingeret eorum alterum mori, renuntiare, aùt per Collegium caſſari, tùnc convocato Collegio, Prior creationem novi Notarii, aut Bidelli proponet; quod ſi propoſiti, aùt petentes plures fuerint, de omnibus per pilas albas, & nigras ſcrutinium fiet, & qui plures albarum reportaverit, is electus intelligetur. Si autèm propoſitus ſolus fuerit, & in ſcrutinio majorem favorabilium votorum partem non obtinuerit, alius querendus, qui ſufficiens ſit, ſcrutinioque approbetur.

Statutum XXVI.

De introitibus Collegii.

De Collegii introitibus agit hoc Statutum, & primò diſponit, quod Scholaris quilibet, qui Publicum conventum fecerit, ſivè in Artibus, ſivè in Medicinâ, Collegio ſolvat pro facultate unaquâque ſolidos viginti Marcheſanorum; Secundò, quod Doctor quilibet, qui Collegium intrare voluerit, ſeù in Artibus, ſeù in Medicinâ, aùt in ambabus facultatibus eidem prò facultate qualibet Ducati dimidium ſolvat; Tertiò, quod Scholaris, ſivè Doctor, qui à Collegio gratiam aliquam petierit, eamque obtinuerit, ſolvat infrà terminum dierum trium ſolidos decem March., aliàs gratiam non reportaſſe intelligatur; Quartò, quod mulctæ omnes ad formam Statutorum per Priorem factæ, ad Collegium perveniant, nisì de illis per Statuta eadem fuerit alitèr diſpoſitum; Quintò tandèm, quod pecuniæ omnes, & introitus ſupradicti apud Collegii Notarium deponantur, qui in libello ad hoc parato teneatur eorundem computum regiſtrare, deque iis Priori, & Conſiliariis totiès, quotiès fuerit requiſitus rationem reddere.

Statutum XXVII.

De modo conciliandi Statuta, addendo, diminuendo, & de novo faciendo, ſi opus fuerit.

Statutarios quatuor ſcrutinio eligi mandat, tres ſcilicèt ex Numerariis,

riis, unum ex Supranumerariis, quorum munus ſit condere Statuta Collegii, conciliare, vel proùt opus fuerit reformare; Statuta autèm per eos facta, vel reformata, Collegio convocato proponi debent, & ſi ea à Majori Doctorum parte approbentur, tùnc Prior omnibus Doctoribus de Collegio Sacramentum præſtabit, de iis inviolabilitèr obſervandis, ſub pœnâ perjurii.

Statutum XXVIII.

De obſervatione Statutorum.

Hoc Statutorum antiqui Codicis poſtremum eſt, omniaque, & ſingula in eis contenta ad litteram intelligi mandat, inviolabilitèrque ſervari, ſub pœnis, de quibus fuſiùs in eo.

Sequitur deindè approbatio Herculis I. Ferrariæ Ducis die 19. Decembris anni 1485., & ſic explicit Codex Statutorum antiquorum: Hæc prælo mandata ſunt Ferrariæ anno 1644. per Joſephum Gironi Typographum Epiſcopalem, cùm additionibus pauciſſimis Statutis II., & XIV., & reformationibus Statuto XVIII. Alphunſi II. tempore factis, ut ex eis videre eſt; in fronte verò Editionis legitur Statutorum eorumdem approbatio ab Urbano VIII. Papâ, die 6. Julii anni prædicti 1644. Romæ data; Sed Statutis viginti octo prædictis ſex alia poſtmodùm acceſſere, quæ in Gironi Editione habentur: Sunt autèm.

Statutum XXIX.

De proviſione faciendâ proptèr multitudinem Doctorum.

Statuto hoc decernitur, nullum extraneum, & Peregrinum, idèſt non ſubditum Dominio eidem mederi, aùt publico munere, Oppido in aliquo conduci, niſì licentiam à Domino Duce, & à Collegio reportaverit, ſub pœnâ aureorum Scutorum quingentorum.

Statutum XXX.

De proviſione fiendâ circà Aromatarios.

Per Statutum hoc Priori onus injungitur duos ex Collegio Medicos eligendi, & cùm eis tèr, aùt quatèr, juxtà libitum Seplaſarum, ſeù Aromatariorum Medicamentariorum tabernas ingrediendi, ibiquè examinandi, explorandique ſimplicia medicamenta, an bona ſint, & mala pro-

projiciendi: Itèm ſtatuitur quòd quilibet Aromatarius, qui medicamentum compoſitum conficere voluerit, teneatur Priorem, ac Doctores electos vocare, illiſque ſimplicia oſtendere dictum medicamentum ingredientia, quòd ſi bona fuerint, Prior, & electi, ut ſuprà, Aromatario juramentum deferent, quòd illis in medicamento conficiendo utetur; quo verò ad compoſita, jurabit paritèr, quòd ex bonis ſimplicibus ſint confecta.

Statutum XXXI.

Quòd nullus forenſis poſſit mederi in hac Urbe.

Extraneis, ac Forenſibus Medicis, qui Doctores non ſint, abſquè licentiâ Collegii in Urbe Ferrariæ mederi hoc Statutum prohibet, ſub pœnâ mulctæ decem ſcutorum auri.

Statutum XXXII.

Quòd nullus Circumforaneus poſſit canere in Foro.

Medicum Circumforaneum in Foro canere, unguenta, electuaria, aùt pulveres vendere, ægroſque curare abſquè Collegii veniâ præſens vetat diſpoſitio, ſub pœnâ carceris, ac aliis.

Statutum XXXIII.

De Moribus obſoletis.

Statuitur, quòd nullus obſoletos mores, exempli gratiâ Chirothecas, & anulos aureos donandi, & alios hujuſmodi, ſi qui fuerint, ſervare teneatur.

Statutum XXXIV.

De modo ſervando in præſentatione Scholarium.

Statutum hoc, ſeù potiùs Statuto XIII. Veteri additio ordinem ſervandum præſcribit, quandò duo, vel plures Scholares ſimùl conventuari poſtulant, ad hoc ut lites, quæ indè oriri poſſent dirimantur: Statuitur itaquè, quòd ſi inſtantes omnes idonei fuerint, primò præferantur orti Patre, in Ferrarienſi Collegio deſcripto, & ſimilitèr nati in Civitate Ferrariæ ex Patre ibidèm nato; ſecundò, quòd cæteris paribus, qui priùs à Priore licentiam obtinuerit, ea munera præſtandi, quæ in dicto Statuto XIII. conventuandis præſcribuntur, & ſimùl

ſalarium depoſuerit, in conventuatione præferatur; quòd ſi duo, vèl plures infrà octo dierum ſpatium licentiam impetraverint, ſalariumque depoſuerint, tùnc Prior, Teſtibus adhibitis, jubeat ſingulorum nomina in pixidem immiſſa per puerum extrhai, quoquè ordine extracti fuerint, eodem conventuari debeant; teneatur tamèn primò extractus, ſucceſſore inſtante, infrâ menſem à Doctoratus examine ſe expedire, niſì quò minùs id efficiat fuerit impeditus, quòd judітio Prioris relinquitur, aliàs proximè ſucceſſor priùs conventuari debeat.

Statuta hæc anteacto Sæculo bìs Ferrariæ edita ſunt, primò per Franciſcum Gironi, ſecundò, anno videlicèt 1680. per Julium Bulzoni Gigli, pauciſſimis ſubſtantialibus immutatis, demptis, ac reſpectivè additis, itaùt hanc poſtremam nihìl ferè à Gironianâ editione diferre dici poſſit, nisì in eo fortaſsè, quòd hæc poſterior Statuta XXX. dumtaxàt contineat, quibus tamèn quidquid Statutis XXXIV. dictum fuerat repetitum eſt. Poſt Statuta Collegii Medicinæ, & Artium, ea Univerſitatis Scholarium facultatum earundem hoc loco eſſent referenda; quamvìs enìm quo præcisè tempore condita ſint, non appareat, triplici conjecturâ ad credendum adducimur, circà finem Sæculi XV., ac eodem ferè tempore, quò antiqua Collegii prædicti Statuta prodierunt fuiſſe efformata: Prima ex oculari antiqui MS. Codicis membranacei Statutorum eorundem, pęnès Cl. V. Egidium à Fabrâ exiſtentis inſpectione emergit, nempè ex caracteris formâ, quæ parùm diſſimilis alteri, quâ Collegii Statuta exarata ſunt: Secunda ex ipsâ Statutorum lecturâ eruitur, ubì enìm contingit Ferrariæ Principes nominari, Duces appellantur, quòd etiamsì ad tempus, quo data ſunt tutò deſignandum minimè ſufficiat, oſtendit faltèm, ea antiquiora anno 1471. eſſe non poſſe, quo Borſius ultimus Ferrariæ Marchio Ducali dignitate inſignitus eſt; Tertia verò cæteris fortior deſumitur ex Memoriali Rationum (*a*) Publicarum anni 1520. in quo Codex prædictus memoratur: Ibì nedùm præciſa paginarum quantitas ipſius Codicis, itèmque litteræ Rubricæ cujuslibet initiales minio, auroque venuſtè ornatæ adamuſſim deſcribuntur, verùm etiàm aſſeritur, eundem fuiſſe ſcriptum manu propriâ Joannis Ludovici Graſſetti Mutinenſis, dùm Rectoratus Scholarium Artiſtarum Ferrariæ munus exerceret, eumque per Studii noſtri Lectores prætio redemptum à Fran-

(a) *Memorial. dell'anno* 1520. *fol.* 17.

à Franciſco Graſſetti dicti Ludovici filio, qui paritèr Rectoratus dignitatem fuerat (a) aſſecutus anno 1510.; cùm igitùr certùm ſit, Joannem Ludovicum Statutorum ſcriptorem multis debuiſſe annis Franciſcum filium in Rectoratus offitio præcedere, ſatìs probatum putamus, Statuta Univerſitatis Scholarium Artiſtarum circà finem Sæculi XV. fuiſſe compilata: Hæc Rubricas LXI., & quidèm copioſas continent, quas integras dare decrevimus, veriti ne pulcherrima hæc Lycei noſtri monumenta, quæ unico ſuperſunt in Codice Ferrarienſibus ferè omnibus ignoto facilè pereant, quemadmodùm antiquis Univerſitatis Scholarium Juriſtarum Statutis accidiſſe credimus, quæ à nobis diligentiſſimè perquiſita nullibì reperiri potuerunt: At quoniàm, ut diximus, hæc Scholarium Artiſtarum Statuta longa ſunt, ea ſeorsìm in fine Primæ hujus Hiſtoriç Partis, ſub ejuſdem libr. 4. dabimus; precamur autèm ne eorum lectura negligatur, in eis etenìm multa ſunt, quæ ad Academiæ noſtræ res illuſtrandas plurimùm conferunt. Dictum eſt ad annum 1442. Sex Viros fuiſſe delectos, ut Lyceum noſtrum ab antiquâ tùnc delapſum dignitate reformarent: Id ubì felicitèr impletum, Reformatorum numerus ad duos tantùm redactus, qui à Principe ad vitam eligebantur; hi autèm Doctores ambo, unus Juris Utriuſque, Medicinæ alter, quibus poſtmodùm acceſſit tertius, nempè Sapientum Judex prò tempore, vigore Tranſactionis intèr Herculem Ducem, & Commune Ferrariæ anno 1473. initæ, ut ſuo loco dictum eſt: Sed cùm Commune idem Academìæ maximè profuturum arbitraretur,
sì ad exemplum Ducis, duo alii ab ipſo Communi Reformato- 1488
res, unus Legum, alter Medicinæ Doctores ad vitam deligerentur, itaùt in poſterùm quinque eſſent, Judici Sapientum, Sapientibus, ac Adiunctis placuit, Gilfredum Cavalli de Veronâ Juriſconſultum (b) clariſſimum, & eximium Artium, ac Medicinæ Doctorem, Alexandrum Bordocchi Reformatores pronunciare: Factum Dux approbavit, ut ex infraſcriptis Publico, Ducalique Decretis apparet.

(a) *Memoriale dell' anno* 1510. *fol.* 118. (b) *In Regiſtro anni* 1488. *pag.* 78. 81., & 82.

1488. *Die vigeſimo Februarij.*

Magnificus, & generoſus Comes Nicolaus de Arioſtis Judex digniſſimus XII. Sapientum, & infraſcripti Sapientes, & Adiuncti, videlicèt.

Co: Raynaldus de Coſtabilis.
D. Joannes Maria Riminaldus.
D. Dominicus de Bertolinis.
D. Gilfredus de Veronâ.
D. Nicolaus Cagnacinus.
D. Baptiſta Sogarius.
D. Bartholomeus Lombardinus.
Emanuel Belaja.
Joannes à Fructibus.
Chriſtophorus Coreggiarius.

Collegialitèr congregati in Auditorio Offitii XII. Sapientum, Conſilium de more fecerunt, prò tractandis rebus, ad Rempublicam pertinentibus. Videntes, & cognoſcentes utile, & bonum fore, unum Juriſperitum in Reformatorem hujus Almi Studii eligere prò parte hujus Communis, qui ſit Collega alterius eligendi prò parte ipſius Communis, qui ſit Artiſta; ad hoc ut paribus ambulent paſſibus; quorum tamèn præfatus Dominus Judex ſit Caput; undè habitâ ſuperindè maturâ conſideratione, & omnibus perſpectis, præfati Domini Judex, Sapientes, & Adiuncti unanimitèr, concorditèr, nemineque eorum diſcrepante elegerunt Clariſſimum Juriſconſultum Dominum Gilfredum de Veronâ in Reformatorem prò parte dicti Communis Ferrariæ, & sìc eſſe voluerunt, & hoc omni meliori modo, quo magìs, & meliùs potuerunt.

Ego Nicolaus Zerbinatus Not. XII. Sapientum.

1488. 20. *Marzo.*

Voſtra Excellenzia ſij ben contenta, e confermi, ſi opus eſt, la electione facta de Meſſer Gilfrè da Verona, per epſo Judice di XII. Savij, e loro Savij per uno delli dui Reformaduri de lo Studio, dà eſſere electi per epſo Comune, e Savij, per la preſentia loro, ſiccome Voſtra Celſitudine lei ne elegie dui altri, & che lo altro abbij ad eſſere Doctore de Medicina, acciò che le coſſe paribus ambulent paſſibus, zoè che ſiccome Voſtra Excellenzia ne elegie dui Reformaduri de epſo Studio, uno Juriſta, l'altro Artiſta, ſimilmente epſo Magnifico Judice di XII. Savij, cùm loro Savij ne ellegano dui altri, uno Juriſta, l'altro Artiſta, Quorum omnium tamèn Judex ipſe XII. Sapientum ſit Caput; Et in queſto modo, & Voſtra Excellenzia, & il Comune ſarà certo, che le coſſe paſſaranno cùm honore, e bene,

ne,

ne, & utile ſuo, eſſendo dell'una parte, e dell'altra de loro Reformaturi Doctori egualmente de epſe profeſſione.

Contentatur Dominus, Quòd per Judicem, & Sapientes prædictos eligantur, & deputentur alii duo Reformatores Studij, ultrà electos per Celſitudinem Suam, approbans ex nùnc electionem factam de dicto D. Gilfredo.

Joannes Nicolaus Corriggius Ducalis Secretarius.

Die 20. *Martij* 1488.

1488. *Die vigeſimo Martij.*

Præfatus Magnificus D. Judex XII. Sapientum, & Sapientes ipſi, & Adiuncti, unà cùm præfato Magnifico D. Judice, Viſo reſcripto annotato in fine ultimi capituli ſuperiùs deſcripti, volentes eligere in Reformatorem unum Doctorem Artiſtam in Collegam præfati D. Judicis, & præfati D. Gilfredi prò parte Communis, prò utilitate, & honore hujus Reipublicæ. Tandèm ſuperindè habito colloquio, in executione ipſius reſcripti, nemine eorum diſcrepante, unanimitèr, et concorditèr elegerunt, & deputaverunt Eximium Artium, & Medicinæ Doctorem D. Magiſtrum Alexandrum Bordocchium in Reformatorem, & Collegam præfati Domini Judicis, & Domini Gilfredi electi, ut ſuprà, prò parte ipſius Communis.

Ego Nicolaus Zerbinatus Not. Ferrariæ.

Quæddam tamèn anno prædicto intèr Sapientum Judicem, & Gilfredum Reformatores ex unà, Sapienteſque Magiſtratus partibus ex alterâ, quò ad Studii regimen orta diſſidia; cùm etenìm XII. Virali Decreto paulò antè ſancitum fuiſſet, ne in Lectorùm ſtipendiis pluſquàm librarum octo millium ſumma impenderetur, & nihilominùs, id ultrà Reformatores prædicti Joannem Sadoletti Juris utriuſque Doctorem præclariſſimum ad legendum propriâ auctoritate conduxiſſent, Sapientes, unà cùm eis in loco ſolitæ Audientiæ congregati proteſtati ſunt, ſe conductioni (*a*) Sadoletti, ipſis minimè requiſitis factæ non conſentire, ac de quocumque damno, & intereſſe, per Commune incurrendo. Rè verò ad Principem deductâ, contentioni finis impoſitus, ac Sadoletti in Libris Publicarum Rationum, tamquàm (*b*) Lector ſtipendii conventi creditor deſcriptus eſt. His compoſitis, biennio exacto Ludovicus Pacchiarini Ferrarienſis, Le-

 gum

(a) *Regiſtr. anni* 1488. *pag.* 85. (b) *In dicto Regiſtr. pag.* 89.

gum Doctor ſuum condidit Teſtamentum die 12. Aprilis 1490.,
1490 rogitu Nicolai de Imolenſibus Ferrariæ Notarii, quo omnium bonorum ſuorum filios ejuſdem Maſculos hæredes inſtituit, ipſiſque exiſtentibus, Angelam ejus uxorem, donèc tamèn vidualem, honeſtamque vitam duceret uſufructuariam reliquit, filiis verò Maſculis minimè extantibus, filias de ſuâ hæreditate dotari voluit, dictâ Angelâ conjuge etiàm in hoc caſu hærede uſufructuariâ inſtitutâ, eidem tamèn injuncto onere de bonis quibuſcumque ſuæ hæreditatis Inventarium ad perpetuam rei memoriam conficiendi: Pòſt mortem verò Angelæ juſſit Teſtator, bona ſua quæcumque mobilia vendi, eorumque prætium inveſtiri in rebus immobilibus in Civitate Ferrariæ, ſeù Burgis, aùt Diſtrictu, prò hæreditatis augumento, detractis tamèn priùs, ſervatiſque bonis tot mobilibus, quòt neceſſaria viderentur uſui ad infraſcriptam Eccleſiaſticam Dignitatem pròmovendi, ac aliorum in eâ Succeſſorum: Inſupèr, ſecutâ morte Angelæ, vel eâ vidualem vitam, ut ſuprà, minimè ſervante, mandavit Teſtator, per ſuos Commiſſarios, quos tùnc, & eo caſu Hæredum loco nominavit, cùm perpetuo jure, ac Patronatu unum prò tempore eligendi, & præſentandi ad Dignitatem, ſeù Benefitium infraſcriptum impetrari erigi, & conſtitui à poteſtatem habente, in Eccleſiâ Cathedrali Ferrariæ Dignitatem Archidiaconatus, ſeù Canonicatum, vel aliud honorabile Benefitium, ad laudem Dei Omnipotentis, augmentum Divini cultus, & prò ſalute Animæ Pacchiarini ipſius Teſtatoris, ac Defunctorum ſuorum: Huic verò Dignitati, Canonicatui, ſeù Benefitio conſtituendo, cùm inſtitutum foret, juſſit Teſtator per ſuos Commiſſarios applicari omnia ipſius Bona, prò conſervatione dictæ Dignitatis, & Perſonæ ad eam promovendæ; mandans per Commiſſarios prædictos ad dictam Dignitatem, Canonicatum, ſeù Benefitium primâ vice præſentari unum ex filiis Hieronymi de Fabianis, qui tùnc Clericus reperiretur. Prætereà voluit, quòd ſucceſſivis temporibus ad dictam Dignitatem, Canonicatum, ſeù Benefitium præſentandus, ac eligendus eſſe deberet Clericus Civis Ferrarienſis, & benè morigeratus, qui tempore vitæ ſuæ in Civitate Ferrariæ reſidère deberet: Commiſſarios tandèm, ac poſtremæ hujuſmodi ſuæ voluntatis Executores reliquit, & eſſe voluit Reverendiſſimum Dominum Epiſcopum Ferrariæ, ac Spectabilem Priorem Almi Collegii Doctorum Juris Utriuſq e dictæ Civitatis, prò tempore exiſtentes, nèc nòn Egregium Virum Hieronymum

mum de Fabianis Civem Ferrarienſem, eoque vitâ functo antiquiores ejuſdem Hieronymi deſcendentes. Mortuo abſquè liberis Pacchiarini Teſtatore, vivente adhùc Angelâ conjuge Uſufructuariâ, Archidiaconatus Dignitas, ſeù Canonicatus, Apoſtolicâ auctoritate accedente, in Ferrariæ Cathedrali Eccleſiâ erecta eſt, ac de Bonis Teſtatoris dotata; ut autèm Proviſus unà cùm aliis Canonicis quotidianis Diſtributionibus frueretur, per Hieronymum Fabiani unum ex Commiſſariis, & Angelam Uſufructuariam, Reverendo Capitulo annuus librarum duocentum introitus, de bonis Teſtatoris fuit aſſignatus, ac intèr Partes conventum, quòd Archidiaconus, ſicùt Canonicorum cæteri Diſtributiones conſequeretur, Capitulum verò perpetuis futuris temporibus, unà cùm aliis Commiſſariis præſentandi, & nominandi jus haberet; proùt liquet ex Inſtrumento rogitu Bernardini Salvetti Notarii Ferrariæ die 14. Novembris 1498. celebrato, & ex Litteris deſupèr editis ab Alexandro VI. Papâ Romæ datis apùd S. Petrum XIV. Kalend. Aprilis 1499., regiſtratis in Proceſſu executivò ſupèr indè confecto per ejuſdem Salvetti Acta die 29. Aprilis anni prædicti. Igitùr Voces quatuor Patronales in præſentatione ad Archidiaconatum requiri cæperunt, ſcilicèt Reverendiſſimi Ferrariæ Epiſcopi, Prioris venerandi Collegii Juris Utriuſque Doctorum, Senioris ex Deſcendentibus Hieronymi Fabiani, & Reverendi Capituli Cathedralis, vigore Tranſactionis, ut ſuprà initæ: Quò verò ad Vocem illorum de Fabianis, jus illius à Bartholomeo Hieronymi filio in Boetium de Silveſtris, ejuſque filios, & hæredes donationis titulo translatum eſt, ut conſtat ex Inſtrumento recepto per Benedictum de Silveſtris Ferrariæ Notarium die 14. Auguſti 1529., & ex Litteris Apoſtolicis Clementis VII. Bononiæ datis XVI. Kalend. Decembris ejuſdem anni. Prior Collegii Juriſtarum, cùm aliis tribus Compatronis ſuo jure ſempèr uſus eſt, Clericum ad Archidiaconatus Dignitatem nominando, ut ſignantèr videre eſt in ſucceſſivis præſentationibus factis RR. Sebaſtiani Ciſtarelli, Peregrini Riccardo annò 1590., Comitis Bonifatii Bevilaqua, qui deindè S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis fuit anno prædicto, Pauli Emilii Recalchi anno 1597., Comitis Jacobi Sacrato anno 1638., Comitis Aloyſii Bevilaqua anno 1643., Joannis Baptiſtæ Bernardi anno 1644., ut fuſiùs apparet ex Proceſſu, ad inſtantiam dicti Bernardi per Acta Joannis Baptiſtæ Viſtoli Notarii, ac Cancellarii Epiſcopalis inchoato die 23. Novembris anni prædicti 1644., adversùs Pro-

motorem Menſæ Epiſcopalis, & alios, in quò etiàm prædia de juribus Præbendæ dicti Archidiaconatus, in Villis Rhò, Saletta, & Guarda Ferrarienſis Diſtrictus poſita deſcribuntur: Ad hæc uſquè tempora Collegii Juriſtarum Prior in liberâ, quietà, ac pacificâ poſſeſſione, unà cùm aliis Convocalibus præſentandi fuit, ut ex Actis poſteriorum omnium præſentationum, ac nominationum apparet. Sed propoſitum Cronologiæ iter percurren-
1490 do; Scholarium Almi Ferrarienſis Lycei cætum, Hercule imperante adeò creviſſe legimus, ut Scholarum numerum augere oportuerit; itaque tres novæ Scholæ paratæ ſunt, una ſcilicèt in Cœnobio (*a*) D. Franciſci, ut Lectionibus Doctorum quatuor Inſtitutionum Imperialium, quos Civitas conduxerat inſerviret, duæ aliæ prò (*b*) Artiſtis in Cœnobio D. Dominici, ac in Clauſtri ejuſdem ingreſſu propè Cænaculum Fratrum. Hæc dùm agerentur, celeberrimus Ludovicus Valenza Ferrarienſis Ordinis Prædicatorum, qui in Gymnaſio noſtro Cathedram Ordinariam Philoſophiæ obtinebat, ab eodem ad Patavinum conductus tranſiit, ut ibidèm omnium primus Theologiam juxtà mentem Angelici Doctoris legeret: Decretum erectionis Cathedræ ejuſdem, & conductionis Ludovici noſtri ab Auguſtino Barbadico Venetiarum Duce editum eſt, cujus tenorem proùt jacet apud Philippum Jacobum Tomaſini, in ſuo Gymnaſii Patavini Opere lib. 3. cap. 3. hìc edimus.

Auguſtinus Barbadico Dei gratiâ Dux Venetiarum &c. Nobilibus, & Sapientibus Viris Melchiori Triviſano de ſuo Mandato Poteſtati, & Sebaſtiano Baduario Eq. Capitaneo Paduæ, & ſucceſſoribus ſuis fidelibus dilectis ſalutem, & dilectionis affectum. Significavimus vobis, quòd die 21. Octobris proximè elapſi, capta fuit pars tenoris infraſcripti, videlicèt: Decretum fuit per iſtud Conſilium ſuperiore iſto tempore, quòd Præſtans D. Magiſter Gratia Ordinis Minorum legere haberet in Gymnaſio noſtro Paduano Lecturam Theologiæ, qui eam legit juxtà doctrinam Scoti. Verùm quià foret non tantùm utile ſtudentibus, verùm etiàm honorificum ipſi Gymnaſio, nèc nòn Senatui noſtro religioſiſſimo, & Chriſtianiſſimo, quòd etiàm Doctrina Angelici Doctoris S. Thomæ legatur, quandò præſertìm in prædictâ ſcientiâ Theologiæ conſiſtat fundamentum totiùs fidei noſtræ Catholicæ: quæ quidèm Le-

(a) *Regiſtr. anni* 1490. *pag.* 122. (b) *Memorial. dell' anno* 1490. *fol.* 52., *e* 62.

Lectio Theologiæ principalitèr famoſum reddit Gymnaſium Pariſinum: & adeuntes præſentiam noſtri Collegii Sp. Lector Artiſtarum cùm bonâ quantitate Scholarium id inſtantèr petierit. Vadit pars, quòd præſtans D. Magiſter Ludovicus Ordinis Prædicatorum, qui in præſentiarum legit Ordinariam Philoſophiæ in Gymnaſio Ferrarienſe conducatur ad legendum Theologiam juxtà Doctrinam S. Thomæ, eodemet ſalario, modis, & conditionibus, cùm quibus legit ſupradictus Magiſter Gratia, quòd quidèm ſalarium eſt Florenorum 60. *in anno. Quarè auctoritate ſupradictâ mandamus Vobis, ut ſupraſcriptam partem, & contenta in eâ obſervetis, obſervarique facere inviolabilitèr debeatis, facientes has noſtras ad futurorum memoriam regiſtrari, & regiſtratas præſentanti reſtitui.*

Dat. in Noſtro Ducali Palatio die 6. *Novembris, Indict.* 9. 1490.

In primo autèm Valenza noſtri ad Lecturam ingreſſu, diſputationem illam celeberrimam ab eo Patavii habitam credimus, de quâ cùm Antonio (*a*) Libanori mentionem habent Scriptorum plures; propoſitis enim pèr Ludovicum noſtrum Theologicis Quæſtionibus, in Patavino Lyceo publicè diſputandis, ac ingeniorum Phænice Joanne Pico Mirandulano ad arguendum invitato, Picus argumenta plurima adversùs Ludovici Thæſes cùm in medium atuliſſet, ille cunctis mirantibus objecta omnia per ordinem, tamquàm ex Codice (erat enim memoriâ tenaciſſimus) recitavit, ac omnia deincèps ſcitè adeò, & nervosè diluit, ut ab ipſomet Pico laudes ampliſſimas reportare promeruerit. Hoc quoquè anno Herculis Ducales Litteræ datæ ſunt, quibus declaratum, Forenſes ad Studium noſtrum ſtudendi causà accedentes à Gabellis, Datiis, atquè (*b*) Pedagiis immunes eſſe debere: Litterarum tenor eſt hujuſmodi.

Copia Litterarum aſſumptarum ex Regiſtro Ducalis Cameræ ad ejuſdem Factores.

Dilectiſſimi noſtri: Avendoci el Spectabile, e claro delle Arte, e Medexina Profeſſore Meſſer Ludovico Cochapano dà Carpi, Rectore della Univerſità delli Scolari de detta facultà del Studio de queſta noſtra Cittade de Ferrara domandato in nome delli Scolari Foreſtieri de dicta Univ. rſitade, che ſono quà al Studio, che de noſtra ſpeciale grazia

(a) *Ab. Antonio Libanori, Ferrara d'Oro, part.* 3. *fol.* 192.
(b) *Commiſſioni Ducali dell' anno* 1490. *fol.* 101.

grazia volgiamo concederli in perpetuo la infraſcripta exemptione, & immunitade, Noi intexa la umana ſua domanda, che con prudenzia, e parole il ne ha facto, non ſolo abbiamo deliberato de concedergela à loro, ma etiàm alli Scolari Foraſtieri della Univerſità di Juriſti, che vengono à queſto noſtro Studio, penſar doando alla loro comoditade, utilitade, & intereſſo. Volemo adoncha, e intendemo, che tutti li Scolari Foraſtieri, che non ſijno però del Dominio noſtro poſſino, e li ſij lecito ogni volta che gli achada venire in queſta noſtra Cittade à ſtudiare, le ſue veſte, lecti, libri, maſſarizie, e fornimenti de caſa de cadauna ſorte, e ciaſcheduno ſuo pano, sì de lana, come de lino, vel de ſeda fatti, condurre à Ferrara per ſuo uxo, & ſimilemente extrahere decte robe, e condurle dove li piacerà, per cadauno noſtro paſſo, ponte, porto, Cittade, Terra, & Caſtello, & qualuncha noſtro loco, liberamente, & expeditamente, e ſenza pagamento alguno de Dazio, tranſito, bolete, e gabelle, remoſſo ogni impedimento, ed obſtaculo, & de più abundante, e majore grazia noſtra ſimilitèr ſiamo contenti, che liberamente, e como di ſopra s'è tochà, poſſano fare condurre quì à Ferrara, per li paſſi noſtri formento, vino, & altre vittuvaglie per uxo loro, & de le ſue famelgie tantùm, dumodò ſiano tenuti, & obligati de fare intendere, prima che conducano in la Cittade tale Robe, al Zudexe noſtro di XII. Savij, & à Nui la famelgia, che averanno, & le robe, che li bixognaranno, & avere uno bolettino da lui, e Nui de quelle, che ſe parerà ſiano neceſſarie, per poterle fare condurre in la Città; avendo bene advertentia, che non ne conduceſſeno oltre il bixogno, acciochè le gabelle noſtre non ſe fraudino, De che ve ne diamo notizia, e imponemo, che perpetuis temporibus faciati obſervare, dove ſia neceſſario, in tutto, e per tutto quanto de ſoprà ſe contene, che cusì è la intentione noſtra, non obſtante conſuetudine, ordini, Statuti, & ogn' altra coſſa, che faceſſe in contrario, alla quale derogemo ex plenitudine poteſtatis noſtræ, e volemo, che penitùs ſia derogato; Et queſta noſtra fareti regiſtrare lì alla Camera, e altrove, dove vi parerà bixognare, Ad perpetuam rei memoriam.

Ferrariæ 20. Octobris 1490.

1490 Eâdem die, per Joannem Nicolaum Corregio Ducalem Secretarium Ducis mandatum Galeatio Trotto Sapientum Judici perlatum eſt, quatenùs clariſſimo Juris Utriuſque Doctori Armano de Nobili, in Academiâ noſtrâ Ordinariè legenti ſtipendium uſquè ad libras quâtuorcentum augeretur, ejuſdemque ad novum trien-

nium

nium conductis fieret, cùm facultate etiàm, per Subſtitutum legendi, tempore, quo ab (*a*) Urbe, Reipublicæ causâ abeſſe oporteret, illi etenìm tùnc temporis Legationis munus ad Sereniſſimum Ungariæ Regem Hercules demandaverat: Armanum profectò ſummæ Sapientiæ, & dexteritatis virum pluribus ad Magnos Europæ Principes Legationibus perfunctum teſtantur Ducis (*b*) litteræ, ejuſdem favore ſignatæ, quas in viri celeberrimi commendationem hìc exhibemus.

HErcules Dux Ferrariæ, Mutinæ, & Regii, Marchio Eſtenſis, Rodigiique Comes &c. Quià plerùmque evenit Nos prò variis, ac diverſis Status noſtri negotiis plurimùm indigère operâ, & induſtriâ Spectabilis, & Clariſſimi Juriſconſulti Domini Armani de Nobilibus Civis noſtri Ferrarienſis dilectiſſimi, de cujus fide, integritate, ac ſufficientiâ, quam ſepè numero experti ſumus plurimùm confidentes, jàm pridèm mente noſtrâ decrevimus, ipſum D. Armanum per nos, in rebus noſtris, ſub Oratoris titulo, munere, & nomine experiendum fore, & quotiès viſum fuerit nobis expediens, & opportunum, eundem per omnes Italiæ partes, ad quoſcumque Principes, Reges, Duces, Marchiones, ac Potentatus in Oratorem noſtrum tranſmittendum eſſe; Verùm quià jamdudùm cognovimus, hoc facilè fieri non poſſe, abſquè hujus Almi Studii noſtri diſpendio, proptèr Lecturam Juris Civilis Ordinariam, de mane, ad quam idem Dominus Armanus, ſuis meritis, ac doctrinâ, tot jàm labentibus annis deputatus fuit, & eſt; Idcircò hæc omnia animo noſtro revolventes, cupienteſque non minùs honori, & commodo ſuo, quàm Reipublicæ noſtræ, & hujus Almi Studii utilitati ſimùl, & ſemèl conſulere: Tandèm omnibus rectè penſatis, & ex certâ animi noſtri ſcientiâ, proprioque motu Decernimus, ac ſtatuimus, ut idem Dominus Armanus, tamquàm miles Veteranus, ac Benemeritus pro bono publico, & utilitate Scholariorum, ex nùnc conductus, & deputatus ſit, & eſſe intelligatur ad unam Lecturam Juris Civilis extraordinariam, diebus Feſtis tantummodò legendam per eum, vel ejus ſubſtitutum, quandocumquè prò rebus noſtris expediendis abeſſe contigerit, vèl in casù adverſæ valetudinis, aùt alterius juſti impedimenti, & hoc prò toto tempore vitæ ſuæ, & cùm ſalario, ſeù ſtipendio ducatorum centum auri, ſingulo anno eidem D. Armano, per Commune noſtrum

(a) *Commiſ. Ducal. di detto anno*, *pag.* 101. (b) *Commiſ. Ducal. dell' anno* 1498. *pag.* 151.

ſtrum Ferrariæ ſolvendorum; & ità ex nùnc ipſum D. Armanum ad Lecturam prædictam, auctoritate, & poteſtate noſtrâ Ducali eligimus, & deputamus modis, & formis antedictis; Et eò lubentiùs hoc agimus, ut ejus operâ, & induſtriâ liberiùs uti valeamus, mandantes Judici Noſtro XII. Sapientum Ferrariæ, nec non Reformatoribus hujus Almi Studii noſtri tàm præſentibus, quàm futuris, ut eundem D. Armanum virtute præſentis decreti, & harum noſtrarum patentium litterarum tenore ad lecturam prædictam ex nùnc prò conducto, & deputato habeant, pactis, modis, temporibus, ac ſalario antedictis, Et præſens noſtrum Decretum, ad perpetuam hujus rei memoriam in libris Communis noſtri Ferrariæ deſcribi, & regiſtrari faciant. Datum Ferrariæ, in Palatio noſtro, Anno Nativitatis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo nonageſimo octavo, Indictione primâ, die primo Menſis Decembris, sùb noſtri majoris Sigilli conſuetâ fide, & impreſſione.

Tebaldus.

Regiſtratum fuit præſens Decretum per me Antonium Mariam Corigiolam Notarium anno 1498. *die* 20. *Decembris.*

1491 Sed anno 1491. Reformatores præmium (*a*) aliquod à Communi Ferrariæ pro laboribus, quos in Lyceo moderando impendebant ſe conſecuturos ſperantes ſupplicem libellum Philippo Ciſtarelli Sapientum Judici, ac Sapientibus obtulère, ut ipſis Collectarum annualium ſolutio remitteretur; eorum tamèn petitio minimè exaudita, quoniàm compertum nullam antehàc Offitium hujuſmodi penitùs onorificum exercentibus Mercedem fuiſſe
1492 conſtitutam: Recurrentes (*b*) fuere, ut ex Rotulo anni 1492. apparet, Joannes dal Pozzo, Ludovicus dai Carri, Gilfredus Cavalli de Veronâ, & Alexander Bordocchi. Nihìl intereà prætermittebat Hercules, quod Ferrarienſi Academiæ utilius fore arbitraretur, ſciebat enìm Principum prudentiſſimus maximam
1493 indè ſibi gloriam comparari; idcircò leges nonnullas condidit à Doctoribus, Scholaribuſque, circa Lectionum tempus, ac alia obſervandas; Ducale ſuperindè (*c*) Edictum hujuſmodi eſt.

Dux

(a) *Detto Regiſt. N. pag.* 132. (b) *Memorial. dell'anno* 1492. *pag.* 26.
(c) *Commiſſ. Ducal. di detto anno* 1493. *pag.* 5.

Dux Ferrariæ &c.

Dilectiſſimi noſtri. Summâ, aſſiduâque quantùm poſſumus vigilantiâ nihil prætermittere cupientes eorum, quæ ad hoc noſtrum Gymnaſium augendum, atquè illuſtrandum commoda præſtare poſſint, & volentibus ſtudere præſſidiis non deeſſe opportunis, quo voti ſui compotes eſſe poſſint, non minùs etiàm fræna imponere Scholaribus deviis, ne benè operare volentibus, ſtudendi impedimenta præſtare habeant, Eam ob rem fieri juſſimus has ordinationes, quas vobis traſmittimus, ut auctoritate noſtrâ in Statutis ipſius Studii noſtri regiſtrari, ac in omnibus Scholis publicari faciatis. Primo, quòd de cætero Oratio Studii fiat in die S. Lucæ, & die vigeſimo primo Octobris, favente Deo, legendi initium præbeatur: Itèm, quòd tantùm in Feſtis Sanctorum, jam ordinatis, fiant vacationes, & non aliæ, nec ex aliquâ ſuperveniente causâ, etiàm quæ videatur juſta, niſi infirmitatis; prò primâ die aliæ vacationes non poſſint publicari, aut fieri ſinè licentiâ Judicis XII. Sapientum, & unius Reformatoris, & Bidellus publicans, ipſo facto ſit privatus offitio ſuo, niſì diebus tantùm infraſcriptis, videlicèt, Quolibet die Jovis, ubi aliud Feſtum non ſit in Hebdomadâ, & à Vigiliâ S. Thomæ propè Nativitatem uſque ad diem ſeptimam Januarii incluſivè: Itèm primo die Jovis antè Carniſprivium uſquè ad diem Mercurii incluſivè: Itèm à Vigiliâ Olivarum, uſquè ad primam Dominicam poſt Paſcha: Itèm in die electionis Rectoris, cùm duobus ſequentibus, in quà die electionis Doctores Ordinarii de manè tantùm legant: Caputium autèm Rectoris aſſumatur die Feſto, videlicèt primâ Dominicâ Maii, & Rectoris Artiſtarum die Feſto ſequenti; deindè fiant vacationes tùnc per quatuor dies tantùm, & vacationes magnæ incipiant prò Juriſtis à die Beatiſſimæ Virginis Auguſti uſquè ad Feſtum S. Lucæ, prò Medicis autèm incipiant die 15. Menſis Julii, & non antè. Itèm quòd Lectores Ordinarii, tàm de manè, quàm de ſerò debeant legere per duas ſaltèm horas continuas, alii autèm Extraordinarii per horam ſaltèm unam legant, & cuicumque contrafacienti ſit pœna privationis Salarii unius Menſis, nec excuſetur Doctor, quòd Scholarium malè artes in Scholis eum impediant, quià ipſe Judex XII. Sapientum horum diſcolorum temeritati providebit, etiàm per incarcerationem, ubì talia bonis Diſcipulis impedimenta dare præſumant: Similitèr quicumque Doctor ſervans alias vacationes, quàm ſupradictas, prò qualibet contrafactione in dictam pœnam ipſo facto incurrat, Communi Ferrariæ applicandam. Itèm quòd quicumque Doctor legens teneatur ſingulo anno, à principio Studii uſquè ad Feſtum

Re-

infraſcriptos Communis Ferrariæ Officiales ad oblationem convenire, ac dictæ Fabricæ, in Vigiliâ S. Georgii offerre. Tenor Decreti eſt.

MCCCCLIV. Die XXIV. Maij.

Magnificus Paulus Coſtabilis Eques, Comes, Legum Doctor Judex XII. Sapientum Ferrariæ, unà cùm Sapientibus, & Adjunctis, videlicèt.

Albertino de Turchis.
Paride de Sacrato.
Joanne Curiono.
Jacobo Capellino.
Peregrino Vinceslai.
Gregorio Contugonis.
Chriſtophoro Vecchio.
Alexandro de S. Vitale.
Sapientibus.

Joanne à Pinnâ.
Opizone à Saraceno.
Adiunctis.

Cognoſcentes quantùm dignum ſit, quantùmve conveniât, ut Deum Immortalem, glorioſiſſimoſque ejus Sanctos, quoad fieri poſſit veneremur, eoſque potiſſimùm, quorum ſub tutelâ nos ipſi vivimus, confidimus, pium exiſtimantes fore, ſi Divo Georgio, cujus ſolemnia de more venerantur, aliqualem præ cæteris animi gratitudinem oſtendant, quo majore ergà nos pietate, utì almæ huic noſtræ Urbi Ferrariæ, Nobiſque ipſis Patronus eſt, ità pro nobis orare Deum Patrem omnipotentem dignetur. Deliberaverunt, quòd etsì anteà minorem fieri eidem Patrono noſtro oblationem in ejus Feſti Vigiliâ conſueviſſet, amodò tamèn fiat modo, & ordine infraſcriptis, videlicèt, Quòd expenſis Maſſariæ Communis Ferrariæ ematur infraſcripta quantitas ceræ, quam offerant Epiſcopatui Ferrariæ in ſubſidium Fabricæ ejuſdem, juxtà ritum priſcum in Veſperis infraſcripti nominati Officiales, reſervata poſtmodùm Maſſariæ Communis Ferrariæ habilitate, ac poteſtate exigendi dictam oblationem à Maſſario Fabricæ prò libris vigintiquinque mon., ut Maſſarius Communis ipſam ceræ quantitatem reſtituere valeat illi, à quo emiſſet, vèl jure commodati accepiſſet. Et hoc non obſtantibus conſuetudine, aùt ordine alio hactenùs obſervatis, aùt aliis in contrarium facientibus, ſi quæ reperirentur impoſterùm, quibus ex nùnc proùt ex tùnc derogatum eſſe voluerunt expreſsè.

Magn.

Notarii tres ad damna data Dupleria tria librarum duarum quodlibet ———————————————— L. VI.

Maſſarius Communis Ferrariæ Duplerium unum librarum trium ———————————————— L. III.

Notarius Maſſarii Duplerium unum librarum duarum ———————————————— L. II.

Notarius Cancelli Duplerium unum librarum duarum — L. II.

D. Judex Offitii Maſſariæ Duplerium unum librarum trium ———————————————— L. III.

Notarius actorum Maſſariæ Duplerium unum librarum duarum ———————————————— L. II.

D. Advocatus Communis Ferrariæ Duplerium unum librarum trium ———————————————— L. III.

D. Sindicus Palatii Duplerium unum librarum duarum ———————————————— L. II.

Notarius Sindici Duplerium unum librarum duarum- L. II.

Bannitor publicus Communis Ferrariæ Duplerium unum libræ unius cùm dimid. ———————————————— L. I. *cum dimid.*

Tertius Maſſarius Communis Ferrariæ Duplerium unum libræ unius cùm dimid. ———————————————— L. I. *cum dimid.*

Ego Malateſta Arioſtus Notarius XII. Sapientum Ferrariæ rogatus fui.

Harum Oblationum utraque, quò ad Gymnaſii Lectores, & Doctorum Collegia reſpectivè in deſuetudinem abiit, anno ſcilicêt 1595. illa in D. Annæ honorem inſtituta, quòd evincitur ex Rotulorum inſpectione, altera verò, nempè D. Georgii à Doctorum Collegiis fieri intermiſſa, nèc nòn à Sapientum Judice, Sapientibus, ac eorum Offitialibus tùnc quandò Ferrariæ Civitas, & Ducatus ad Apoſtolicam Sedem ſunt devoluti, quòd conqueritur Marcus Antonius (*a*) Guarini, Judicem, Sapienteſque Magiſtratus arguens, quòd magno Fabricæ, Divinique cultus detrimento fas ſibi duxerint, ab hujuſmodi conventu, atquè oblatione abſtinére: Verùm licentèr minùs in Reipublicæ Patres id minimè promeritos calamum perſtrinxiſſet, sì, ut debuerat, animadvertiſſet, nullum ex ommiſſione prædictâ Fabricæ Cathedralis præjuditium fuiſſe illatum, cùm ſempèr Commune Ferrariæ, dictæ oblationis loco, quotannis, quòd nùnc etiàm obtinet, Fabri-

(a) *Chieſe di Ferrara*, *libr.* 1.

Fabricæ eidem ſolverit L. 4 : 56 : 6., quod utiquè Communi facere licuit, vigore facultatis in citato Decreto ſibi reſervatæ, redimendi ſcilicèt annuam oblationem prò ſummâ ſuperiùs declaratâ. At Hercule adhùc imperante, (quò anno nobis ignotum) memorabilis diſputatio Ferrariæ (*a*) contigit intèr Joannem Pico Mirandulanum, & Thomam Cajetanum de Vio Ordinis Prædicatorum, Conventus noſtri S. Mariæ Angelorum filium, deindè Cardinalem, dùm Ferrariæ Generalia Ordinis ejuſdem Comitia haberentur: Hanc eruditiſſimus Hyacintus (*b*) Gimma refert ad annum 1490., in quò altera Pico ejuſdem cùm Ludovico Valenza diſputatio Patavii acciderat; nos verò hanc tempore haùd modico Patavinâ poſteriorem fuiſſe credimus, infraſcripto Franciſci Pico Mirandulani teſtimonio adducti. Litterarij autèm hujuſce certaminis, in quò Diſputantium utriuſque mirum, ac divinum ferè ingenium emicuit Hercules ipſe ſuaſor, ac auditor fuit, ut ſcribit Joannes Franciſcus Pico, in Vitâ Joannis prædicti, qui tamèn Thomam Cajetanum diſputantium alterum fuiſſe minimè indicat. Sed Auctoris laudati verba ipſa referamus, ex quibus etiàm ſapientiſſimi Mirandulani amor in Eſtenſes Principes, & Urbem noſtram, in quâ fuit eruditus, ſatìs ſupèrque apparebit: Hæc ſunt Joannis Franciſci verba: *Verùm his conflictibus nuncium pridèm remiſerat, & magìs atquè magìs in dies id muneris peroſus fuerat, adeòque detrectabat, ut Herculi Eſtenſi Ferrarienſium Duci, & internunciis, & ſe ipſo enixiſſimè poſtulanti, ut Generalis Prædicatorum Fratrum Synodus Ferrariæ celebraretur, diſceptare non ægrè ferret, diù obſequi reluctatus fuerit, multis tamèn rogatibus annuens Principi illi, cujus amor in ipſum non mediocris extiterat, morem geſſit, undè datum eſt ambigi, ſolertior nè, an eloquentior, doctior, an humilior appareret &c. Vagum ob id plurimùm extitiſſe illum autumo, nèc propriam ſibi umquàm ſedem delegiſſe, licèt Florentiæ ſæpiùs, & Ferrariæ quandòque commoraretur, quarum alteram Civitatem ſibi quaſì Domicilium præſtitiſſe putaverim, quòd ſcilicèt in eâ, poſt Bononiam, primùm Litterarum ſtudia coluerat, illiuſque Princeps eum mirificè diligeret, quaddâmque velùti affinitate conjunctus, utpotè ex cujus ego Sorore, ſcilicèt Blancâ Mariâ Eſtenſi*

1494 *natus ſim &c.* Anno verò 1494. Ludovicus Arioſto Ferrarienſis, Ita-

(a) *Libanori*, *Ferrara d'Oro*, *part.* 3. *fol.* 192., & *Rovetta*, *in Bibliothecâ Dominican.*, *pag.* 111. (b) *Idea dell'Hiſtoria dell'Italia Letterata*, *Tom.* 2. *cap.* 42. *fol.* 562.

Italicorum Poetarum maximus, dùm vigeſimum ætatis annum ageret, egregiam in hoc Patrio Lyceo Orationem habuit, prò Studiorum inchoatione, univerſo Auditorum plaudente cætu, ut in Vitâ ejuſdem ſcribit Simon Fornari: Nos Orationi prædictæ annum hunc aſſignamus, eâ ratione quià, cùm Ludovicus, teſte Fornari laudato, viginti annorum eſſet, quando in Studio dixit, certumque ſit eumdem annorum 59. ætatis ſuæ obiiſſe anno 1533., conſequens eſt Orationem in deſignatum annum 1494., vèl ſaltèm circa incidiſſe. Hoc eodem tempore, Carolo Ruini Juriſconſulto præclariſſimo in Almâ Univerſitate noſtrâ Lectori venia ab Hercule Duce data, ſe aliò, quò vellet, ad legendum (a) transferendi per biennium, dummodò tamèn, eo completo, ad docendum in Ferrarienſi Univerſitate reverteretur, quod ab eo religiosè ſervatum. Paulò pòſt dùm Marcus Antonius de Trano Mantuanus Rectoratus Artiſtarum munere fungeretur, ægrè fe- 1496
rens, quòd Rectori Univerſitatis Juriſtarum â Communi Ferrariæ libræ centum viginti, Rectori verò Artiſtarum libræ centùm tantummodò in annos ſingulos perſolverentur, ſupplices Litteras Principi dedit, ut ſibi, & ſucceſſoribus annuum ſtipendium uſquè ad ſummam prædictam librarum centum viginti augeretur, hàc potiſſimùm ratione preces roborando, quòd irrationabile videretur, eos ad imparia trahi, qui dignitate pares eſſent. Annuit Dux, priùs tamèn explorato, quid in aliis Univerſitatibus obtineret, ac Sapientum Judici, Sapientibuſque in mandatis (b) dedit, quatenùs impoſterùm Rectori Artiſtarum ex ære Communis Ferrariæ libras centum viginti anno quolibèt reſponderent, proùt cùm Juriſtarum Rectore fieri conſueverat. Intereà Mœnium Civitatis opus Hercules ſollicitabat, totiſque viribus nitebatur, ut pecuniam, cujus ingentem ſummam regalis ſumptus abſorbebat, ab omnibus Reipublicæ Ordinibus eliceret; idcircò ſancitum, Doctores Studii noſtri quotannis ex eorum ſtipendiis Principi ſuppetias ferre; hinc Lectorum unuſquiſque in unciâ annualis ſalarii gravatus eſt: Hæc impoſitio primùm exacta cernitur anno 1496., ut conſtat (c) ex partitâ pòſt Rotulum anni ejuſdem deſcriptâ, exigique ſucceſſivè conſuevit per totum annum 1531., & non ultrà, ut ex Rotulorum inſpectione apparet. Miraberis fortaſsè, Lector, Ferrarienſem Studiorum Academiam ſelectiſſi-

(a) *Commiſſioni Ducali dell'anno* 1494. *fol.* 34. (b) *Commiſſioni Ducali dell'anno* 1496. (c) *Memoriale dell'anno* 1496. *fol.* 61.

mos omni ævo Lectores habuiſſe (hoc alterâ in Operis parte probatum dabimus) non obſtantibus ſtipendiorum modicitate, ex Rotulo, quem ſuprà edidimus apparente, & triplici detractione, cui erant obnoxia, Capſoldi videlicèt, Fabricæ Mœnium novorum, & Oblationis D. Annæ: At præterquàm quòd emolumenta ampliora Lectoribus poſtmodùm fuerunt aſſignata, præſertim verò famoſis, ad legendum aliundè accitis, quemadmodùm ſuo loco demonſtrabimus, credimus veterem Libram Ferrarienſem Marcheſanam nuncupatam, ad cujus rationem Lectorum ſtipendia pendebantur, valoris multò majoris fuiſſe quàm Obulorum decem & octo, ac denariorum duorum, ad quem anno 1660. fuit redacta. Res tamèn obſcura admodùm, ac in Ferrarienſi Curiâ ſæpè ſæpiùs agitata, cùm multæ adſint conjecturæ, & quidèm fortiſſimæ, quæ libræ Marcheſanæ valorem longè ampliorem, quàm nùnc habeatur, fuiſſe oſtendant: Cæteris omiſſis unam dumtaxàt deſumimus ex Statuto XVIII. Collegii Artium, & Medicinæ Doctorum: Ibì ſancitum, quòd Scholaris, in Artibus, seù Medicinâ prò Doctorali gradu obtinendo examinandus, pulſante Campanâ, unà cùm Promotore ſuo ad Cathedralem Eccleſiam ſe conferat, ibìque Miſſæ Spiritus S. interſit, ac prò ejuſdem celebratione Solidos quinque Marcheſanorum Sacerdoti reſpondeat; quis verò ad credendum adduci poſſit, eleemoſinam obulorum quatuor, & denariorum ſex currentis monetæ, quæ juxtà reductionem ſuperiùs recensìtam Solidis quinque Marcheſanorum æquivalet, prò Miſſæ celebratione fuiſſe tùnc temporis conſtitutam? Nos herclè minimè credimus: At Hiſtoriam proſequamur. Urbem noſtram ab Hercule Duce Terræ Novæ acceſſione amplificatam alio loco oſtendimus, eam verò nobiliſſimis ut ornarent ædifitiis Cives quoquè ſatagebant: Intèr cæteros Baptiſtà Guarini doctiſſimus Latinarum, Græcarumque litterarum Profeſſor Publicus, in Viâ S. Mariæ Angelorum haud procùl ab ejuſdem Templo magnificam ſibi, Poſteriſque Ædem conſtrui curabat: Viro optimè de Republicâ meritò ad Civitatis ornatum ædificanti, ſubſidium aliquod ex ære publico tribui debere viſum eſt, quapropter, Principe approbante, seù veriùs ſuadente, Titus Veſpaſianus Strozza Poeta celeberrimus Sapientum Judex, Magiſtratuſque Sapientum lateres prò ſummâ (a) Florenorum centum dono dederunt: In quoddam MS. pulcherrimo Carminum Da-

(a) *Commiſſion. Ducali dell'anno* 1497. *fol.* 129.

Danielis Fini Ferrarienſis Latini Poetæ præclariſſimi qui Communis Ferrariæ Ratiocinator, Almique Gymnaſii noſtri Cancellarius fuit, aliorumque Latinorum Poetarum, ſervato apùd Hæredes præclariſſimi olìm J. C. Ferrarienſis Cæſaris Pariſi Favalli præceptoris mei, extat Guarini ejuſdem Elegìa, ad Fini prædictum dàta, quâ ſtipendiorum ſuorum mandata ſibi expediri lepidè itèm, & elegantèr flagitat, ea erogandi gratiâ in ſumptibus Domus prædictæ: Nonnulla ejuſdem Carmina, ea præſertìm quæ magìs ad rem pertinent decerpſimus, ut tibi, Lector, hìc ſiſteremus; Hæc autèm ſunt.

Cràs mihi cùm Nautis nummaria pugna futura eſt,
Det vires Daniel Zonula plena ſuas.
Plùs tibi, quàm Zonæ Daniel debebo, papyrus
Si mihi plura ferat tortilis æra ſinu.
Deindè
Suppudet (hoc fateor), ſed cogor poſcere nummos,
Quos à me hìnc ſtructor flagitat, indè faber.
Et paulò poſt
Fine dabis finem tectis cariſſime noſtris,
Si modò promiſſam ferre ſequaris opem.
Quandò finis erit tàm longi Fine laboris?
Quandò erit, ut nòn me ſorbeat iſta domus?
Deindè
Tòt libras igitùr pueri mihi dextra reportet,
Quòt ſum conatus verſibus iſta loqui.
Si quæras ubi tòt poſſim conſumere nummos,
Hoc unum Daniel ſufficit: Ædifico.
rursùm poſt aliqua
Marmora, calx, lateres, tabulæ, ſtructorque, faberque
Rodunt exhauſti viſcera Marſupii.
tandèm verò
Quamvìs apportent Lucæ Sacra Feſta labores,
Dat tamèn hic nobis gaudia multa dies.
Nòn me terrebunt geruli, ſtructorque, faberque,
Cùm mihi, Fine, ratam pollicearis opem.
Nòn impura cohors feſſas circumſtrepet aures,
Sed cinget noſtrum docta caterva latus.
Deliciæque meæ, veniet ſtudioſa juventus,
Et mihi cùm Muſis dulcior uſus erit.

Tù modò fac, Vates Titus ut nova gloria Vatum
Plura dehinc Vati conferat æra ſuo;
Ædibus affectis poſſim ut ſervire Camœnis,
Extremam imponat copia larga manum.

Hoc poſtremo videtur alluſiſſe Diſticho alteri ex duabus inſcriptionibus, in angulo marmoreo dictæ ædis inciſis, quâ Domum ipſam Herculis, & Muſarum commercio fuiſſe conſtitutam perhibetur: Sanè quod ad Muſas pertinet, gratiſſimum perpetuò inibì domicilium ſibi ipſis ſtatuiſſe dici poſſunt, nullum enim ex Guarinorum Familiâ reperire eſt, qui ſummam in Latinâ, vèl Italicâ Poeſi laudem non promeruerit. Alia quoquè ſubſidia publica Domus ſuæ conſtruendæ causâ Baptiſta fuit conſecutus, quorum notabilius fuit Librarum mille ſeptingentarum, ut apparet ex Litteris (*a*) Ducalibus die 3. Julii anni 1498.
1498 regiſtratis. Eodem anno Titus Strozza Sapientum Judex, ac Joannes dal Pozzo ex Reformatoribus unus Clariſſimum J. Conſultum Chriſtophorum Alberici de Papiâ ad legendum in Almo Gymnaſio conduxerunt, annuâ Ducatorum ſexcentum mercede conſtitutà; dubitatione verò per Reformatores alios excitatâ, an ipſis irrequiſitis conductio hujuſmodi fieri potuiſſet, reſpondit (*b*) Hercules Dux ipſam ratam eſſe, utpotè de ſpeciali ejus mandato factam, ſeque actum penitùs confirmare, atquè approbare, non obſtante aliorum Reformatorum nòn interventu. In id tempus incidit etiàm Privilegium ab Hercule conceſſum Collegio Juriſtarum, ac Doctoribus Civitatis Ferrariæ, nullam ſolvendi Gabellam prò aſportatione librorum, veſtium, ſuppellectilium, rerumque aliarum occaſione ſe ad alienas Urbes conferendi pro munere aliquo ſuſtinendo, vèl Lecturâ exercendâ, nec occaſione ad Patriam redeundi dictis muneribus reſpectivè expletis: Regiſtratum cernitur in Codice MS. Statutorum dicti Collegii, & hujuſmodi eſt.

HERCULES DUX.

Ferrariæ, Mutinæ, & Regii, Marchio Eſtenſis, Rodigiique Comes &c. Supplicaverunt Nobis Collegium, & Doctores ejuſdem Col-

(a) *Commiſ. Ducal. dell' anno* 1498. *pag.* 137. (b) *Commiſ. ſudette dell'anno* 1498. *pag.* 135.

Collegii Juriſtarum hujus noſtræ Urbis Ferrariæ Dilectiſſimi noſtri, in hæc verba, videlicèt. Illuſtriſſimæ, ac Excellentiſſimæ Ducali Dominationi V. humilitèr exponit Collegium, & Doctores ejuſdem Collegii Juriſtarum Civitatis Veſtræ Ferrariæ: Cùm ſit, quòd quandò vadunt ad alienas Civitates in Offitio, & extrà Territorium Celſitudinis V., neceſſe habent ſolvere prò libris ſuis, quos ſecum portant gabellam, contrà omnem Juris ſolemnitatem, quàm minimè ſolvunt in aliquo dominio alicujus Principis Italiæ, nisì ſub dominio Celſitudinis V. Quarè humilitèr ſupplicant Illuſtriſſimæ Ducali Dominationi V., ut ex ſuâ ſolitâ clementiâ Servitoribus concedere velit, ut quandò vadunt ad alienas Civitates in Offitio, & ad legendum, etiàm extrà Territorium Excellentiæ V., pro libris ſuis, quos ſecum portant, veſtibus, ſuppellectilibus, & aliis rebus ſuis ſibi neceſſariis, ſint immunes ab omni ſolutione gabellæ, paſſus, pedagii, & Bullettarum ſub dominio Excellentiæ V., quià proptèr hoc Dominatio V. gabellas ſuas prò minori prætio minimè locabit, & erit prò Servitoribus maxima utilitas, & commodum, quià ſempèr prò eâ rogabunt: Quorum commoditati, ſimùl & benefitio conſulere volentes, cùm doctrina, & ſcientia eorum ſit admodùm utilis, & neceſſaria ad benè, civilitèrque vivendum, decrevimus eos exaudire; Harum igitùr noſtrarum patentium Litterarum tenore, & Decreti ſerie, ex certâ ſcientiâ, & animo deliberato, ac de plenitudine poteſtatis noſtræ, omnibus, & ſingulis Doctoribus dicti Collegii præſentibus, & futuris, deſignatis, & deſignandis, Poteſtatibus, & Rectoribus, Offitialibus, & Vicariis quarumcumque Urbium, & locorum, & conductis, ac conducendis ad legendum in quocumque Gymnaſio concedimus, & gratioſo animo impartimur, & de cætero in perpetuum, per quoſcumque paſſus, Urbes, & loca noſtra, cùm ſuis pannis, veſtibus, indumentis, libris, & omni ſuppellectile neceſſariâ, die, noctuque, tàm per terram, quàm per aquas liberè, & expeditè, ac ſinè ſolutione aliquâ Datii, paſſus, tranſitus, & gabellæ, ac bullettæ, & alteriùs cujuſvis oneris, ac omni impedimento, & arreſtatione ſublatis, ire, tranſire, immorari, ac poſtquàm functi fuerint Magiſtratibus, & finita erit conducta redire ad prædictam Urbem noſtram Ferrariæ: Mandantes etiam Factoribus noſtris Generalibus, Maſſario Gabellæ groſſæ Ferrariæ, & Camerariis noſtris Argentæ, & Finalis, & aliis Officialibus noſtris quorumcumque locorum, & terrarum, & paſſuum noſtrorum præſentibus, & futuris, quibus hæ noſtræ exhibebuntur, ut præſens noſtrum Decretum, & omnia, & ſingula prædicta, ſub pœnâ indignationis Noſtræ, & aliâ quavis graviore arbitratu Noſtro imponendâ ſervent, & perpetuò ſervari faciant; non obſtantibus

aliquibus Ordinibus, Conſuetudinibus, Litteris, Conceſſionibus, Reformationibus, Conſtitutionibus, & aliis quibuſcumque, quomodòcumque, & qualitèrcumque in contrarium facientibus, quibus omnibus, & ſingulis contrariis derogamus, & derogatum eſſe volumus, & mandamus, etiàm ſi talia eſſent, de quibus in his facienda eſſet mentio Specialis, & de verbo ad verbum; In quorum robur, & teſtimonium præſentes noſtras Litteras, & Decretum fieri juſſimus, & regiſtrari, noſtrique majoris ſigilli conſueti munimine corroborari. Datum Ferrariæ in Palatio noſtro. Anno Nativitatis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo nonageſimo octavo, Indictione primâ, die vigeſimo ſecundo menſis Martii.

Thebaldus &c.

Aſt aliquid nùnc dicendum occurrit de viro doctiſſimo Equite Peregrino Priſciani, qui in Lyceo noſtro Aſtrologiæ Lector fuit: Hic Patriæ juvandæ, illuſtrandæque ſtudio incenſus Hiſtoriam rerum memorabilium Eſtenſis familiæ, & Communis Ferrariæ latino ſermone elegantiſſimè conſcribebat, jàmque operi perficiendo, in quo majorem ætatis ſuæ partem inſumpſerat, nullis laboribus, ac vigiliis parcens, reique ipſius domeſticæ curâ poſthabitâ inſudabat: Intereà Hercules Litteratorum Mecænas hominem, ſe totum Principis, ac Reipublicæ utilitati impendentem, ampliſſimis dignitatibus, muneribuſque proſequebatur, annuali ſtipendio præſertìm aſſignato, ut alacriori animo, omnique à ſollicitudine expedìto, operi vacaret: In hoc Herculis ingenium, ac prudentia maximè elucet, quòd ſcilicèt præclaram Conſervatoris Jurium Civitatis Ferrariæ dignitatem inſtituerit, ut Priſciano, Eſtenſium, ac Ferrarienſium res ſcribenti conferret. Sed Principis munificentiam Civitas ipſa quodammodò æmulata, nequè enìm, ut par erat ingens grati animi indicium Civi benemerito exhiberi Reipublicæ cenſus patiebatur; idcircò ducati bis centum, libræque centum octuaginta dono dati, proùt conſtat ex tribus partitis in libris Memorialium regiſtratis, quarum prima ducatorum (*a*) centum oſtendit Peregrinum magni Operis ſui Tomos, ſeù Volumina ſeptem abſolviſſe, ſecunda (*b*) æqualis ſummæ perfeciſſe Volumen octavum, tertia deniquè librarum (*c*) centum octuaginta nonum ſub calamo habere perhibet. Aurea hæc novem

---

(a) *Memor. dell'anno* 1500. *pag.* 141. (b) *Memor. dell'anno* 1501. *pag.* 77.
(c) *Memor. dell'anno* 1503. *pag.* 53.

vem Volumina, quibus Hiſtoricorum Noſtratum princeps Univerſam Ferrarienſem Hiſtoriam complexus erat, ſe Ferrariæ vidiſſe, multaque ad Hiſtoriam ſuam opportuna indè hauſiſse (*a*) ſcribit Leander Alberti. Sed, oh labores præclariſſimorum hominum infelices, ac turpiſſimè neglectos! Volumina hujuſmodi cedro digna, fragmentis nonnullis pauciſſimis tantummodò exceptis perière: Ex tantillis verò ſuperſtitibus reliquiis facilè dignoſcere eſt, quanta fuerit Priſciani in rebus Patriæ noſtræ inveſtigandis ſolertia, in ſcribendis fides; vix enìm ab eo aliquid dictum, quod documentis certiſſimis non comprobaverit. Illum autèm ne dùm Hercules intèr cariſſimos habuit, verùm etiàm Alphunſus filius, qui imperium nactus eidem prò Communi Ferrariæ annuum ſtipendium reſpondère ſpopondit, ac Conſervatoris dignitatem confirmavit: Ducales Alphunſi Litteras ſupèr indè éditas (*b*) anno 1505., extrà Cronologiæ ordinem hìc dare liceat, ne ad Priſcianum noſtrum iterùm reverti adigamur.

ALFONSUS DUX FERRARIÆ &c.

Dilectiſſime multùm. Noi da una parte per compiacer per quanto ne fuſſe poſſibile à queſta noſtra fideliſſima Communità: Oltra le altre conceſſione, Beneſizij, & grazie condeſcendeſſemo ancora ad ſublevarla dà la ſpeſa del Salario de Meſſer Peregrino Priſciano, Conſervatore delle ragioni noſtre, & ſue: Quantunque dà l' altro canto grandemente vi ſtringeſſe lo intender li reſpecti, che bebbe lo Illuſtriſſimo Signor Noſtro Padre de Bona Memoria ad errigere epſo Magiſtrato, & demandarlo à dicto Meſſer Peregrino: Et quod magìs eſt, non avemo dubitati à magior demoſtrazione de lo amore noſtro verſo epſa noſtra Comunità del noſtro proprio à ſupplire al Salario ad epſo Conſervatore: E perche Voi ſapiati in qual modo rimangano li facti di epſo Meſſer Peregrino appreſſo queſto noſtro Commune, per la preſente noſtra ve dicemo, che lui hà ad chiamarſi, & realitèr eſſere Conſervatore, & noſtro, & de epſa noſtra Comunità, Como prima: Intrando in li Savij, quando ſe congregarano: Et che la voce ſua habbia quella auctoritate, quale prima aveva, & che ſij, & abbia ad eſſer exempto, & immune in tutto, & per tutto da ogni collecta in epſo Comune, Come in ſino à quì è ſtato per ordine, & commiſſione del prelibato quondàm Signore Noſtro Padre, & che appreſſo

(a) *Leandr. Alberti, Italia.* (b) *Comm. Ducal. dell'anno* 1505 *pag.* 107.

appreſſo à Voi il loco ſuo ſij el primo. Sicchè ſapeii mò come governarvi con epſo Meſſer Peregrino.

Ferrariæ 5. Martij 1505.

Hieronymus Magnaninus.

A tergo.

Judici Noſtro XII. Sapientum Ferrariæ.

1500 Poſtremo verò Sæculi hujus XV. anno, cùm Civitas ingentem æris alieni ſummam diſolvere teneretur, Reformatorum Decreto (*a*) ſancitum eſt, ut Univerſitatis Lectores, paucis exceptis, in eam cauſam quartam ſtipendiorum partem anni illius ſubminiſtrarent, ultrà onera ab eiſdem ſuſtineri conſueta: Nihilò tamèn ſegniùs Academiæ res procedebant, quinimmò confluentibus undiquè auditoribus, Scholas novas parare opus fuit, præſertìm Legalis ſcientiæ, quaproptèr domus (*b*) Antonij de Arimino, in Viâ Divi Franciſci, è regione Scholarum veterum poſita, ac deindè pars domus Guidonis de Argenta à Judice, ac Magiſtratu Sapientum conductæ ſunt, ibìque Scholæ duæ novitèr conſtructæ. Sed & eodem recurrente anno (quamvìs id minimè paterentur Reipublicæ anguſtiæ) Majores noſtri Lycei gloriam procurantes adiecere animum, ut debita Lectorum virtuti præmia rependerent; cùmque intèr cæteros, moribus, doctrinâ, mirâque in ejus explendo munere aſſiduitate eminèret clariſſimus Canonum Doctor Joannes Lucas de Pontremulo, placuit annuum eidem ſtipendium (*c*) uſquè ad Ducatos ſexcentum aureos augère: Decretum ſupèr augmento hujuſmodi prodiit die 11. Februarij, Joanni Lucæ honorificum adeò, ut eum ſcientiæ, atquè eruditionis titulo celeberrimo Juriſconſulto Antonio Mariæ Riminàldi exæquàre minimè ambigat. Sæculum verò XVI., cujus Cronologìam in his, quæ inſtituti noſtri ſunt percurrere aggredimur,
1501 aureum jure meritò apud Litteratos nuncupari ſolet, tantâ enìm doctiſſimorum Virorum copiâ affluit, magnumque adeò in eo Scientiæ, bonæque Artes incrementum ſuſcepère, ut Atticæ, ac Romanæ antiquiori Litteraturæ nihìl invidendum habeat; Quod ad Ferrarienſem pertinet Academìam, certum eſt, innumeros ibì in quacumque facultate viros eruditiſſimos floruiſſe, Herculé Duce

(a) *Memorial. dell' anno* 1500., *pag.* 144. (b) *Memorial. ſudetto*, *pag.* 70., & *Memor. dell'anno* 1503. *pag.* 53. (c) *Deliberat. publie. anni* 1500 *pag.* 22.

Duce præſertìm deſudantia in eo ingenia, ad majora capeſcenda propoſito præmio ſtimulante: Is cùm eximium J. C. Ludovicum Theſſira Luſitanum S. Jacobi de Spatâ Equitem operam ſedulò Scholaribus erudiendis navàre comperiſſet, eidem Ducali (*a*) Diplomate Cathedram Juris Civilis Feſtis diebus exercendam, annuâ aureorum centum mercede pactâ aſſignavit: Patriæ moderatoribus itèm curæ fuit, Univerſitatis Statuta ab omnibus, nullâ perſonarum ratione habitâ ſervari, ea præcipuè quibus mandatum eſt, ne Doctoribus ſtipendia perſolvantur, nisì legerint diebus in Rotulo conſtitutis: Accidit autèm, ut magni nominis J. C. Carolus Ruini Lector ad Cathedram ordinariam Juris Civilis in mane conductus, per integrum anni curriculum à legendo ſe abſtinuerit; nihilominùs cùm mercedem neglecti muneris conſequi cuperet, Herculem Ducem adiit, adverſamque cauſatus valetudinem Litteras ad Titum Strozza Sapientum Judicem, (*b*) ac Magiſtratum impetravit, cùm mandato Celſitudinis Suæ, ut etiàm prò tempore, quo minimè docuerat in Codicibus Rationum Communis Ferrariæ creditor deſcriberetur: His tamèn minimè obſtantibus, fortaſsè quià ægritudinis excuſatio probatione caruit, XII. Virali (*c*) Decreto declaratum, mercedem pactam Ruino nequaquàm deberi, eo quia ſuſceptum legendi onus non ſuſtinuiſſet; huic autèm Magiſtratus ſententiæ acquievit Princeps, immò Ducali (*d*) Epiſtolâ, die 24. Septembris ſignatâ apertè ſubſcripſit: Dùm Rationum libros anni 1502. percurreremus, 1502
in partitam incidimus ſumptus (*e*) cujuſdam, per Commune facti, pro reaptandis Scamnis Scholarium Nationis Anglicæ in Scholâ ad Bancum Calligariorum, ubì Rhetoricam, Poeticamque docebat Baptiſta Guarini; nullius hæc fortaſsè ponderis videbuntur; nos autèm plurimì facimus, exindè enìm patet, antiquitùs in Univerſitate noſtrâ conſuetudinem viguiſſe, ut Scholares in Nationes diſtributi Publicis Lectionibus intereſſent, itàut Natio quælibet ſcamna propria agnoſceret, nèc alteri aſſignata occuparet; patet etiàm magna, totoque Orbe diſfuſa Studii noſtri celebritas, cùm Magnæ Britanniæ Inſulæ, à nobis terrâ, marique diſſitæ, tot Juvenes erudiendos hùc mitterent, quot ſatìs eſſent ad

(a) *In libro ſupplicat. anni* 1500. & 1503. 19. *Junii*, *pag.* 6.
(b) *In. libr. ſupplicat. anni* 1501. 29 *Julii*, *pag.* 18. (c) *Libr Deliberat. Public. anni* 1501. 15 *Septembris*, *pag* 43. (d) *Libr. Supplic. anni præd. pag.* 21. (e) *Memor. dell'anno* 1502. *pag* 146.

ad Nationis corpus, in ſolâ Humanarum Litterarum Paleſtrâ conſtituendum: Huic autem Scholarium exterorum ad Studium noſtrum concurſui Principis vigilantia maximè conferebat; curabat enìm ne quid ipſis, eorumque Doctoribus deeſſet, quod ad vitæ commodum, munerisque dignitatem pertineret: Vulgò tùnc fortè percrebuerat, Magiſtratum, ut Reipublicæ indigentiis preſtò eſſet, de minuendo in dimidiâ Lectorum emolumento cogi-
1503 taſſe: Id autèm ut Joanni Andreæ Lazari Siculo Juriſtarum Rectori innotuit, (Rectorum magna olìm poteſtas fuit) utriuſquè Univerſitatis nomine ſupplicem Herculi libellum exhibuit, orans, ne Doctorum ſtipendia ìnſolito onere gravarentur: Annuit Dux, binaſque ad Sapientum Judicem Epiſtolas dedit, quarum prima die 9. Januarii 1503., altera 8. Novembris ſubſignatæ (*a*) cernuntur, in utrâque præcipiendo, ne Doctoribus quidquam de conſueto ſalario minueretur, nè Doctores à legendo ſe abſtinerent, Auditoreſque Præceptoribus deſtituti aliò, ſtudendi gratiâ
1504 commigrarent. At Herculi parùm adhùc Ferrarienſi Studiorum Univerſitati proſpexiſſe videbatur, quapropter cùm initium anni ſcholaſtici immineret, Edictum (*b*) ſequens publicari mandavit,

Ad gloria, e laude de lo Altiſſimo Iddio, & exaltatione, & augumento dello inclito Studio de Ferrara.

Per parte de lo Illuſtriſſimo, et Excellentiſſimo Principe, et Signor noſtro Meſſer Hercule Duca de Ferrara, de Modena, et de Rezo, Marcheſe dà Eſte, de Roigo Conte &c. Se fà noto, e manifeſto à qualunche perſona de qualunque loco, terra, ſtato, ò condizione ſe ſia, Religioſi, Clerici, et Seculari, che vogliano ſtudiare: Como il preſente Anno al principio del Studio, ſecondo il conſueto ſe comenzarà à lezere in epſa Città de Ferrara, in qualunche facultade, et che tutti quelli, che volgiano venire à ſtudiare in epſa Città de Ferrara in qualunche facultade, Dà hora inanzi ſe intenda avere pieno, libero, et ſecuro Salvoconducto, che per niuno debito non poſſa eſſere per alcuno modo gravato, nì moleſtato in lo avere, ò in perſona, mà poſſa ciaſcuno, che veniſſe al prefatto Studio in dicta Città de Ferrara, per ſtudiare in alcuna facultade, ſtare, et inhabitare in la dicta Città de Ferrara, e per tutto el Territorio de lo Stato noſtro

(a) *Libr. Supplicat.*, & *Commiſſ. Ducal. annorum* 1503., & 1504 *pag.* 47. & 94.
(b) *In libro Supplicat. anni* 1504. *pag.* 87.

noſtro, et de quella partirſe, cum tutte ſue robbe, libri, panni, et beni liberamente, ſenza alcuno impedimento reale, ò perſonale: Exceptuando ſempre li debiti, che tali Scholari aveſſeno cùm li ſubditi del prefato noſtro Signore, et li debiti quomodocumque contratti in le terre, e loci de epſo Noſtro Signore, per li quali debiti non ſe intenda valere el dicto Salvoconducto. Ancora per parte del prefato noſtro Illuſtriſſimo Signore, per la preſente Crida ſe fà expreſſo Commandamento à cadauno Studiante, ò che volgia ſtudiare in alcuna facultade ſubdito, et de le terre, et loci del prefato noſtro Signore, che per veruno modo poſſa, ne ardiſca, ne à lui ſia lecito de andare, ni ſtare in alcune terre de Studio, per ſtudiare; mà che debbia venire, et ſtare, et ſtudiare nel prefato Studio de Ferrara, ſotto la pena de Ducati duxento de oro, la quale pena ſe intenda eſſere applichata alla Camera del prefato noſtro Signore, in la quale pena ſe intenda ex nùnc proùt ex tùnc eſſere caduto qualunque, che dà poi che ſarà principiato il Studio in epſa Città de Ferrara, vada à ſtare, ò che ſe trovarà ſtare in alcuna terra de ſtudio per ſtudiare, non obſtante qualunque licenzia, privileggio, ò exemptione, per alcuno modo da qùì indreto per lo prefato noſtro Signore, ovvero ſoi Anteceſſori ad alcuno conceduti, le quale licentie, ovvero privilegij, et exemptioni dà hora inanti ſe intendano eſſere rivocati, et in tutto, et per tutto annullati, et annichilati; Et tutte el prefato noſtro Signore, per la preſente Crida le revoca, et annulla per certa ſcientia.

1504. 17. *Octobris Retulit mihi Boniacobo de Avvento Notario Duodecim Sapientum Civitatis Ferrariæ Georgius à Cornu publicus Bannitor, publicaſſe ſupraſcriptum proclama die heſternâ de mane, et die præſenti de mane, ad feneſtram conſuetam.*

Paulò antè diximus, Carolo Ruini denegata fuiſſe Lecturæ ſtipendia, quoniàm abſquè ullâ probatâ causâ, per integrum anni ſpatium in Lyceo noſtro minimè legerat; nùnc aliter cùm Joanne Lucâ de Pontremulo Ducali Conſiliario, de quò aliàs, practicatum agnoſcimus: Hic Romam ab Hercule miſſus fuerat, ut gravia Celſitudinis Suæ, ac Ferrarienſis Reipublicæ negotia procuraret; propthereà cùm Legum præſſidio tutaretur, quibus proſpicitur, eos, qui ob Principis, aùt Patriæ ſervitium abſunt, tamquàm præſentes in favorabilibus haberi, à Principe Judici (*a*) Sapientum

(a) *In libro Supplicationum anni* 1504. *pag.* 94.

tum in mandatis datum, ut eidem integrum Lecturæ ſalarium, abſentiâ minimè obſtante ſolvi curaret. Sequentis anni exordium
1505 novum exhibet Studii Reformatorem à Magiſtratu (*a*) electum, nempè clariſſimum Artium, & Medicinæ Doctorem Franciſcum Caſtelli; pòſt hæc nonnisì infauſta anno eodem contigère, nàm Epidemica lues die Junii octavâ Urbem invaſit, multaſque Civium animas uſquè ad anni exitum miſerrimè (*b*) abſumpſit, undè Lyceum ſilére oportuit, Lectoreſque, ac Scholares vitæ indemnitati potiùs, quàm Scientiarum acquiſitioni invigilàre. Tantam Ferrarienſium cladem præceſſerat Herculis Ducis mors, triplici terræ motu, ſi Hiſtorico (*c*) noſtro credimus prænunciata; undè ſubditi omnes animo conſternati Parentem optimum, nòn Principem amiſiſſe ingemuére: Nullum herclè, ſi Eſtenſium Hiſtoriam percurramus, qui majora magnificentiæ, ac Religionis monumenta reliquerit inveniemus: Pulcherrima Terræ Novæ Additio, Templa, ac publica ædifitia extructa, Cœnobia Sacris Ordinibus excitata, ac largè dotata tanti Principis nomen immortalitati commendarunt: Eo, in templo (*d*) S. Mariæ Angelorum, apùd majores ſuos tumulato, Alphunſus filius Patris imperium obtinuit; cùm autèm moris eſſet, hodièque ſit, ut in Principis inauguratione gratias nonnullas ſibi impartiri Civitas peteret, hunc ſecuti morem Hercules Strozza Titi filius Sapientum Judex, Magiſtratuſque Sapientum novo Duci Libellum, capita duodecim complectentem obtulére. Singulis reſcripſit Alphunſus, proùt patet ex reſponſionibus, capitulo unicuique annotatis: Quoniàm verò quintum Capitulum Academiam noſtram reſpicit, ejuſdem in gratiam documentum integrum, proùt (*e*) jacet, in medium proferimus.

1505.

Capituli preſentati per il Magnifico Meſſer Hercule Strozza Judice de li XII. Savii de queſta Inclita Città de Ferrara, in nome della Communità de epſa Città de Ferrara allo Illuſtriſſimo Principe, & Eccellentiſſimo Duca, & Signore, Signor Don Alfonſo da Eſte, in queſta ſua nova ſublimatione, & exaltatione.

1. *In*

(a) *Deliberat. anni* 1505. *pag.* 85. (b) *Deliberat. anni prædicti, pag.* 90. *& Memoriale di detto anno.* (c) *Sardi, Hiſtoria di Ferrara, libr.* 10. *in fine.* (d) *Guarini, Chieſe, libr.* 3. (e) *In libr. Supplicat. anni* 1505. *fol.* 100.

1. *In primis, che Voſtra Illuſtriſſima Ducale Signorìa ſe voglia di-gnar de cancellare, & annullare la proviſione, & ordine innovato à queſto fideliſſimo ſuo populo da anni diece in quà, vel circa, per la quale fò, & è conſtituito, che le legiptime de li Figlioli de famiglia per delicti loro ſiano confiſcate viventi li patri, & che loro ſieno obli-gati à conſegnargele in tale caſo, quale è aliena da ogni ragione, & honeſtade.*

Concedit Dominus Noſter Dux &c. ut petitur.

2. *Itèm de cancellare, & in tutto removere la proviſione innova-ta à dicto populo da dicti anni diece in quà, vel circa, per la qua-le è ſtatuito, che commeſſo uno delicto, per lo quale ſe debbano con-fiſcare li beni del delinquente, ipſo jure, & facto ſenz' altra ſenten-tia condemnatoria li beni ſuoi ſe intendano, & ſiano publicati, & confiſcati, ſe bene lo delitto veniſſe in luce, & conſtaſſe molto tempo dopo la perpetrazione de quello, & etiàm dopo la morte de dicto delinquente: Benchè contro uno morto non ſe poſſa procedere, niſì in crimine læſæ Majeſtatis, la qual proviſione è contro à la forma della ragion commune, & de li Statuti precedenti de queſta ſua Cittade: Et commettere, che circa ciò ſia obſervata la diſpoſizione de ragione, & de dicti Statuti precedenti.*

Mandat Dominus, ut juris ordo ſervetur.

3. *Itèm, & ſimilitèr in tutto removere una altra proviſione inno-vata contra la forma della ragione, per la quale è conceſſo à cadauno Vaſſallo de Voſtra Excellentia, & preceſſori ſuoi alienare li Feudi, de li quali ſono inveſtiti, in prejuditio de li figlioli, & altri compre-benſi cum loro in le inveſtiture de quelli.*

Vult Dominus hoc in futurum ſervari.

4. *Itèm in tuttò etiàm removere una altra proviſione innovata à queſta Cittade da cinque anni in quà, vel circa, per la quale ſe diſpone, che confiſcati li Beni de uno delinquente, ſimilitèr ſieno con-fiſcati, ſeù comprebenſi in dicta confiſcazione li beni, che tale delin-quente recognoſceſſe dalla Chieſia: quale proviſione expreſſè è contra alla Bulla de Papa Bonifatio, & ſue interpretatione continuamente obſervate inanti dicta proviſione, & innovatione.*

Illuſtriſſimus Dominus Noſter Dux &c. Quamvìs non cenſeat hanc conſtitutionem irrationabilem, ut tamèn rem gratam faciat huic ſuæ fideliſſimæ Communitati, ipſam conſtitutionem revo-cat, & deincèps ſervari prohibet, hac tamèn lege, ut ſi ex hu-juſmodi revocatione faciliores ad delinquendum ſubditos eſſe co-gno-

gnoverit, conſtitutionis prædictæ renovationem ipſa Communitas ægrè ferre non debeat.

5. *Itèm per ſua miſericordia, clementia, & pietade la ſe degni concedere, & ſtatuìre, che per lo advenire alcuna perſona non ſia gravata à pagare denari in coſa alcuna, per la fabrica delle mura nove, & in tutto à removere la exactione de quella, la quale è ſtata innovata à queſto fideliſſimo populo contra ogni debito de ragione, maxime per la fede, & promiſſione data per il quondam Illuſtriſſimo Signor Duca padre de Voſtra Excellentia à queſta Communità in nel contratto, fatto frà loro, quando fù dato a dicta Communità la gravezza de lo Studio.*

Miſericordiâ motus præfatus Dominus noſter Dux &c. liberat hos ſuos fideliſſimos Cives, & Comitatinos in futurum ab onere, & gravamine ſolvendi prò muris hactenùs impoſito.

6. *Itèm, & ſpecialitèr tutte le condennazione, che ſe faranno in la Città de Ferrara, per portar arme: alla quale ancora ſecondo la forma de li Statuti de queſta Città li appartengano.*

Quandò irrogabuntur prò delatione armorum pœnæ, de quibus in Statutis, fiat, ut petitur.

7. *Itèm de concedere, che lo Offizio del Vicario del Podeſtà de Ferrara, & del Judice del Maleſitio ſia de la Communità de Ferrara, & la ellectione de quelli appartenga allo Judice de Savj, & Savj de quella, ſecondo che antiquamente è ſtato obſervato, ſe non da ſei anni in quà, in li quali gè ſtato fatto queſta altra innovazione alcune ſiate.*

Fiat, ut petitur.

8. *Itèm che tutti li Statuti de queſta Città, & de li Juriſconſulti, Medici, Nodari, Mercadanti ſiano obſervati, cùm podeſtà de reformarli, ſalve le coſe premeſſe, & excepto lo Statuto, che parla de quelli, che recettano banniti in quella parte de la pena de mille Ducati impoſta a li receptanti, la quale ſe degni de grazia Voſtra Excellentia moderare, perchè lè enormiſſima.*

Placet Domino, ut obſerventur dicti ordines, ut petitur, & prò receptatoribus bannitorum pœna ſit aureorum centum tantùm, niſi verè conſtiterit receptatores notæ receptationi conſenſiſſe, quo caſu pœna Ducatorum mille firma maneat.

9. *Itèm che tutte le condenatione, pene, & multe facte ſino a quì, che ancora non ſono exacte ſiano in tutto cancellate, & abolite, cusì quelle appartengono alla Camera Ducale, como al Commune de Ferrara,*

rara, & pecuniarie, & corporale, ſecondo che in ſimile aſſumptione nova de Stato ſe è obſervato per el paſſato.

Concedit Dominus, proùt Edicto, & proclamate publicè facto declaravit.

10. *Itèm che lo Offiziale de li Rebelli non poſſa, ne debba ricevere accuſatione de damni dati, excepto che de damno dato in beni, & poſſeſſionì principalmente de Voſtra Excellentia, et de li altri de la Illuſtriſſima Caſa da Eſte.*

Annuit D. pro omnibus bonis, exceptis, de quibus in precibus, & recognitis ab Illuſtriſſimo D. noſtro jure feudi, livelli, uſus, aùt alio titulo.

11. *Itèm che li Saltari de le Ville del Ferrareſe ſiano facti per bollettini, ſecondo & per quello modo diſpone li Statuti, et ordini: Et non à complacentia de altri, però che torna in danno grandiſſimo à tutti li Subditi, et ſucceſſivè à la Excellentia del Signore.*

Juſtum, & publicè utile videtur Domino, ideò concedit, ut petitur.

12. *Itèm che li Judici de Arzeni non poſſino tener battifango, che habbia più de dinari cinque de exemptione: Et quando fuſſino più in eſtimo, habbiano ad contribuire à le gravezze per quello più ſerano in eſtimo: Et non tenerli exempti del tutto, como facevano nel paſſato, in damno univerſale de li Contadini, et Cittadini.*

Placet Domino, ſicque ſervari mandat: ut Battifangi ultrà quinque denarios nullo modo exempti manuteneantur.

Hieronymus Magnaninus, VIII. Februarij 1505.

Circà Capitulum quintum, miramur illud; tranſactione intèr Civitatem, & Herculem ſolemnitèr initâ, & novâ hac Alphunſi promiſſione non obſtantibus, etiàm ſub Ducalis gratiæ calore minimè ſervatum, ſed murorum novorum taxam à Communi Ferrariæ, & à Gymnaſij Lectoribus quotannis exactam fuiſſe, proùt antè conſueverat, uſquè ad annum 1532., ultrà quem non proceſſit onus, quemadmodùm ex Rotulorum inſpectione deprehenditur. Cæterùm curavit Alphunſus, ut Gymnaſij dignitas, ſplendorque conſervaretur, quòd felicitèr ceſſit, quamvìs integrum fermè imperii ſui tempus intèr bella tranſegerit. Anno autèm regni ejus tertio, cùm diſſidia intèr Nationum Rectores eſſent 1507
oborta, mirâ animi dexteritate compeſcuit: Neminem latet acris admodùm intèr Legum, bonarumque Artium Sectatores

 anti-

antiqua controverſia, eorum quibuslibet, ex facultatis, quam profitentur excellentià primas obtinere conantibus: Fortè contigit Rectorem utrumque eorundem electionis occaſione, magno comitante Scholarium cætu ſolemni cuidam actui intereſſe oportere; cùm autèm ad locum conveniſſent, conſueta intèr eos lis inſtaurata, reſque proceſſit adeò, ut exaſperatis utrinquè animis queſtionem armis eſſent direpturi, nisì Princeps illos à vi abſtinere coegiſſet, ſpondens ſe de Partis utriuſque jure cogniturum. Propterea ad Bononienſis Gymnaſij Reformatores epiſtolam (*a*) miſit, ut certior fieret, quænàm ibì conſuetudo, circà Rectorum præcedentiam obtinèret; renuebat enìm cauſam de jure terminare: Reſponſum eſt à Reformatoribus, Bononiæ inveteratam viguiſſe, ac vigère conſuetudinem, ut in publicis actibus Rector Juriſtarum Artiſtarum Rectorem præcedat; quarè de Alphunſi mandato ità etiàm in Ferrarienſi Univerſitate impoſterùm practicari ſtatutum eſt: Epiſtolam utramque audiamus.

Litteræ Ducales ad Reformatores Studii Bononiæ, prò præcedentià Rectorum.

Magnifici Amici noſtri Dilectiſſimi. Del Meſe proximo paſſato, nella ellectione de li Rectori Juriſta, et Artiſta di queſto Studio, in alcuni acti indifferenti, che accadetteno, dove avevano ad intervenire, naque differentia per la precedentia, perchè cadauno de epſi voleva preceder, trà li quali ſerìa ſeguito ſcandalo, ſe non gli aveſſemo poſto le mane: Et non volendo noi ſeguire ragione commune in queſta deciſione per alcuni reſpecti, mà la antiqua conſuetudine de li altri Studij: Sapendo quello Studio lie eſſer antiquiſſimo, et famoſo, deſiderareſſemo eſſer certificati del modo, ordine, et conſuetudine ſi ſerva in quella Cittade. Però vi pregamo vogliati per noſtra ſatisfazione adviſarme per voſtre lettere de la conſuetudine, et obſervantia di quello Studio, perche lo receveremo à ſingolar piacere da voi, offerendome ſempre ad ogni voſtro beneplacito, et benè Valete. Ferrariæ 2. Julij 1507.

Lit-

(a) *Libr. Supplic. anni* 1507. *pag.* 17.

Litteræ Reformatorum Studij Civitatis Bononiæ, reſponſivæ ad ſupraſcriptas Litteras Ducales.

A tergo.

Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino Donno Alphonſo Duci Ferrariæ, Mutinæ, Regij, Marchioni Eſten., Comitique Rhodigij &c. Domino Obſervandiſſimo. Ferrariam.

Illuſtriſſime Princeps, et Excellentiſſime Domine, Domine obſervandiſſime. Deſidera la Voſtra Excellentiſſima Signoria eſſer certificata de la conſuetudine, et modo ſe tiene in queſta Città, circa la precedentia de li Rettori Juriſti, et Artiſti de queſto Studio: Gli reſpondemo inveterata, et antiqua uſanza eſſer ſempre ſtata, et mantenerſi inſino al preſente ſenza controverſia alchuna, che li Rectori Juriſti in tutti li atti publici precedeno al Rettor de li Medici, et Artiſti, et hanno ſempre el primo locho ſopra el predetto Rectore Artiſta, et tale è lo ordine, et la obſervantia uſitata in queſto Studio nelli tempi paſſati, et preſenti. Et così ne certifichemo la Voſtra Excellentia, alla quale in maggior coſe ce offerimo di continuo paratiſſimi. Quæ benè Valeat. Bononiæ die quinto Julij M. D. VII.

Excellentiſſime D. V.

Deditiſſimi.

Reformatores Studij Civitatis Bononiæ &c.

Rectorum noſtrorum animis, Bononienſium exemplo ad concordiam revocatis, maximum univerſæ Civitati exultandi argumentum præbuit Herculis, Celſitudinis ſuæ primogeniti ex Lucretiâ Borgiâ Duciſsâ ſuſcepti nativitas: Reipublicæ Moderatores, Magiſtratus, Cives omnes in letitiam effuſi Principis ortum fauſtis ignibus, cantionibus genethliacis, aliiſque id genus gaudii argumentis excepèrunt: Scamna Scholarum Univerſitatis omnia, hac de causâ à Scholaribus igni tradita fuiſſe invenimus; lepidum ſanè exultandi genus, ab ipſis aliàs in Principum Nativitate uſurpatum! Ea idcircò conſtruerè de novo oportuit, ut ex Rationum (*a*) codicibus apparet, in Scholis omnibus, quæ in partitis impenſi numerantur, nempè Sancti Franciſci, S. Dominici, & ad Bancum Caligariorum: Ultrà Scholas prædictas, altera in iiſdem partitis memoratur, poſita in Palatio Juris Communis ſupèr plateâ, ad feneſtram bannimentorum, in quâ Victor

 Paſetti

(*a*) *Memorial. anni* 1508. *pag.* 40., & 1509 *pag.* 50.

Paſcetti Notarìam tùnc publicè docebat. At ſequenti anno Caro-
1509 lùs Ruini ad legendum in primariâ Juris Civilis Cathedrâ re-
conductus, atquè illi ſtipendia (*a*) librarum duarum millium,
1510 Ducali decreto in annos ſingulos conſtituta: Artium quoquè Ro-
tulus viro doctiſſimo Petro Pomponiazzo de Mantuâ, vulgò Pe-
dretto locupletatus eſt, & huic annuatìm (*b*) libræ noningente-
1511 triginta aſſignatæ. Sed graves deindè obortæ calamitates Gymna-
ſium triennii ſpatio ſilère penitùs coegerunt, peſtis (*c*) nempè in
Cives noſtros graſſata, ac bellum, litteris ſempèr, litteratiſque
infenſiſſimum; cùm enìm intèr potentiſſimos Europæ Principes,
quos Julius II. Pontifex, Cambracenſi fœdere in Venetos concita-
verat Alphunſus Dux ampliſſimum locum obtinèret, is in ho-
ſtium ditionem erumpens Rhodigii Policinum impigrè recupera-
vit, Atheſteque, ac aliis in agro Patavino Caſtris potìtus eſt:
Sed dùm arma ultrà inferre maturaret, Venetis (*d*) Pontifex
pacem dedit, Alphunſoque edixit, ut à Gallorum ſocietate diſce-
deret, atquè à dimicando adversùs Rempublicam temperaret:
Julii mandatis minimè paruit Dux, nequè enìm abſquè ingrati
animi vitio Regem amantiſſimum, à quo inſignia multa acce-
perat beneſitia deſerere fas arbitratus eſt; quaproptèr iratus Pon-
tifex ſuas, & auxiliariorum copias in Alphunſum convertit, ut
eùm regno ſpoliaret: Hic nihìl cunctandum ratus, relictis omni-
bus, quæ in alieno ſolo acquiſierat ad tutanda propria convola-
vit; & quià Julius Ferrariam ipſam obſidère minabatur, eam
abbundanti annonâ, validiſque propugnaculis communivit: Cùm
igitùr cognoviſſet Julius, Alphunſum imperterrito animo ſe ſe
ad vim propellendam paraſſe, ùt ad offitium revocaret, Eccle-
ſiaſticum armamentarium ingreſſus anathemate percuſſit: Poſt
1513 hæc fato ceſſit (*e*) Julius die 21. Februarii, cui Leo X. in Pon-
tificatu ſucceſſit. Cùm eo Alphunſus in gratiam rediit, ſed pau-
lò poſt bellum utrinquè, magnâ animorum contentione inſtaura-
tum, ac diù geſtum eſt. Ne tamèn Gymnaſium, ferreo hoc
1514 tempore omninò conticeſceret, placuit Doctores duos, in Scholis
S. Franciſci Legales Inſtitutiones (*f*), duos Philoſophiam natura-
lem, duos Logicam in Scholis S. Dominici, tres tandèm ad Ban-
1515 cum Caligariorum Rhetoricam legere. Dùm Civitas tòt calami-
tati-

(a) *Libr. Supplicat. ſub die* 20. *Octob.* 1509. *pag.* 87. (b) *Memorial. ann.* 1510 *pag.* 118. (c) *Memor. ann.* 1511 *pag* 19. (d) *Fauſtini.*
(e) *Panvin. poſt Platin. in Vita Julij II., & Leon. X.*
(f) *Memorial. ann.* 1514. *pag.* 108.

tatibus premeretur, ſupervenit mors Juriſconſulti celeberrimi, Ducaliſque Conſiliarii Gerardi de Saraceno, qui in almâ Univerſitate noſtrâ Lector fuit: De tanti viri laudibus aliquid ſuo loco dicemus, nùnc quid de ejus funere in publico (*a*) Memoriali brevitèr ſcripſit italico idiomate doctiſſimus. Rationum Magiſter Daniel Fini tranſcribimus. *Luni adi trì de Decembre dell' anno 1515., videlicèt la notte precedente murì il Magnifico, et Clariſſimo Meſſer Gerardo dal Saraxino Ducale Conſigliero Secreto, et fò ſepelito ditto dì trì de Decembre, accompagnato alla Chieſia Cathedrale, per la Excellentia del noſtro Illuſtriſſimo Signore Duca*.
Defuncti loco intimos intèr Conſiliarios aſſumpſit Alphunſus eximium J. C. Joannem (*b*) Franciſcum Calcagni, qui uſquè ab anno 1506. Lecturam Juris Civilis, in Ferrarienſi Gymnaſio digniſſimè ſuſtinuerat, ſempèr enìm Eſtenſium Principum in more fuit, homines quotquot virtute, ac ſapientiâ excellerent, colere, ampliſſimiſque dignitatibus cumulare: Quamvìs hoc tempore omnia belli ſtrepitu conclamarent, nihilominùs Eſtenſium Principum haùd remiſſior cura fuit in iis, quæ ad Patriæ decus, ac ad Litteratorum Hominum gloriam pertinebant: Hoc præſertìm anno Hippolitus Eſtenſis Cardinalis ampliſſimus, Scientiarum, eorumque omnium, qui eas dignè profiterentur, Mecænas Antonio Coſtabili Sapientum Judici, & Sapientibus, per Epiſtolam in mandatis dedit, quatenùs doctiſſimum Cælium Calcagnini Familiarem ſuum in Eſtenſis Domus, ac Civitatis Ferrariæ Hiſtoricum, Senatuſconſultò deligerent: Id ſtatìm, & jubenti Principi obſequendo, & Calcagnini merita agnoſcendo effecit Civitas, ut conſtat ex ſolemni electionis documento nobis exhibito à Joanne Baptiſta Benetti Mathematico, Viroque rerum Patriæ eruditiſſimo, qui monumenta plurima ad eam pertinentia ab inſipientium manibus redémit, ac in Tomos plures digeſſit. Documenti autèm talis eſt tenor. 1516

In Chriſti Nomine, Amen. Hæc eſt pars cujuſdam deliberationis Magnifici, ac Inſignis Equitis, Comitiſque Domini Antonii de Coſtabilis Ducalis Conſiliarii Secreti, Judiciſque XII. Sapientum Communis Ferrariæ, atquè Magnificorum Dominorum Sapientum, et Adiunctorum, ac Nobilium, & Civium Civitatis Ferrariæ, videlicèt ex numero

(a) *Memorial. ann. 1515. in membranâ, quâ coopertus eſt liber, intùs.*
(b) *Libr. Supplicat. dicti anni, pag. 106.*

vero Sapientum decem, ex numero Adiunctorum trium, et ex nobilibus, & civibus numero novem Congregatorum, & coadunatorum, ac collegialitèr congregatorum in Auditorio magno Offitii XII. Sapientum Communis Ferrariæ, ſito intrà Mœnia Ducalis Curiæ prò rebus ad rem publicam ſpectantibus, & pertinentibus peragendis, ut eorum moris eſt, emanatæ die decimo menſis Septembris anni milleſimi quingenteſimi decimi ſeptimi, Indictione quintâ, rogatæ per Ser Jacobum de Avento Notarium publicum Ferrarienſem, nèc nòn Notarium prædictorum Magnificorum Dominorum Sapientum, ut apparet, & notata videtur manù prædicti Ser Jacobi, in Libro Deliberationum dicti Communis Ferrariæ à chartis 116. uſquè ad chartas 119., & pars infraſcripta dictæ deliberationis in dicto libro ad chartas 119., & ut infrà, videlicèt. Inſupèr præfatus Magnificus D. Judex XII Sapientum impoſuit mihi Jacobo de Avento Notario infraſcripto, ut Litteras Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Hyppoliti Cardinalis Eſtenſis ad ipſum Magnificum Dom. Judicem directivas clarâ voce legerem, ut prædicti omnes Domini Sapientes, & Adiuncti, cæterique Aſtantes audire, & percipere poſſent: Quas, ut mandatum erat, actum perlègi, in quarum ſuperiore parte hujuſmodi erat ſupraſcriptum, videlicèt. Magnifico Equiti Amico noſtro Chariſſimo D. Antonio Coſtabili Judici XII. Sapientum Ferrariæ, ac Ducali Conſiliario Secreto &c. Et in extremo ſuperioris partis hujuſmodi erat infraſcriptum. Hippolitus S. Luciæ in Silice Diaconus Cardinalis Eſtenſis. Interior autèm pars Litterarum ſic habebat. Magnifice Eques Amice noſter Cariſſime. Altre volte habbiamo facto intendere à V. M. quanto ſia il deſiderio noſtro, che le coſe memorabili de li Illuſtriſſimi Progenitori noſtri, & de queſta fideliſſima Patria per inopia de Scriptor non andaſſero in oblivione, sì come vedemo la maggior parte eſſere ſopita ne le tenebre de la Ignorantia, per non li eſſere ſtato ſino à queſto tempo Perſona, che ne habij pigliato cura; & che ne habbi laſſato memoria alla Poſterità. Eſſendo adunque nui nel medemo juſto deſiderio, vi exhortemo ad fare proviſione, che ſi come Venezia, Milano, & Fiorenza, & molte altre nobile Città hanno e Scriptori de ſue Hiſtorie, Cusì la Patria noſtra non manchi de tale excellente, & neceſſaria laude, A la qual Coſa ſecundo che altre volte ve habbiamo facto intendere, iudichemo M. Celio Ca'cagnini familiare noſtro eſſere molto à propoſito, sì per il ſtilo accomodato, come per avere adito alle coſe noſtre ſecrete. Per il che facendo opera, che di lui ad la predicta impreſa ſia facta electione, ne ſera de ſumma ſatisfactione, Et coſa più grata per hora non potremo intendere, Et benè valete. Codegorij VIII. Septembris

bris M. D. XVII. Quibus lectis, & diligentèr intèr ipſos Dominos Judicem, Sapientes, & Adiunctos ſupraſcriptos examinatis, ac diſcuſſis, conſideratâque ipſius Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Cardinalis ſuaſione, ac exbortatione, perpensâque utilitate, honore, & exiſtimatione, quæ in Illuſtriſſimam Domum Eſtenſem, omneſque Cives, & Patriam deniquè univerſam Ferrarienſem ex Hiſtoriarum hujuſmodi deſcriptione redundare poteſt, Unanimitèr, & concorditèr, & nemine eorum diſcrepante, ſpontè, & ex certâ animi ſcientiâ ſtatuerunt, decreverunt, ac ordinaverunt, ut geſta, & præclara facinora Illuſtriſſimæ Domus Eſtenſis, & Hiſtoria tàm præteritorum temporum, quàm præſentium, & futurorum Civium, atque Civitatis Ferrariæ ad Perpetuam Urbis Dignitatem, ac Poſteritatis memoriam opportuno ſtylo, ſeù dicendi Charactere, eo more deſcribantur, quo cæterarum Illuſtrium Urbium geſta, & Hiſtoriæ conſcriptæ inveniuntur, quo debita merces bis referatur, qui ſuperiori ætate de Patriâ benemeriti ſunt; & ut cæteri impoſterùm ad virtutes, & præſtantia opera, hac æternitatis gloriâ propoſitâ excitentur. Quæ res ut commodè, & prò eorum voto fieri poſſit, maturo intèr ſe habito conſilio, inhærenteſque ipſius Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini litteris, ad hanc geſtorum, & Hiſtoriæ deſcriptionem elegerunt ipſum Clariſſimum utriuſque Linguæ Profeſſorem, ac Nobilem Ferrarienſem Dominum Cælium Calcagninum, Canonicum, ac Juris utriuſque Doctorem, ejus præſtanti doctrinâ, eloquentiâ, fide, ac diligentiâ confiſi, exploratumque habentes, eum rerum veritatem ingenuè, ac ſinè fuco proſecuturum, ut ad omnes Nationes, & Poſteros illibata rerum ſeries, ipſo Auctore indubitata perveniat. Additâ etiàm hac conditione, ut pratèr dictam ſcribendi provinciam, quotièns eum in Patriâ præſentem eſſe contigerit, conſueto more Lectiones utriuſque Linguæ publicè dictet, ac profiteatur: Abſens verò Illuſtriſſimorum Principum noſtrorum, aùt Patriæ causâ, vacanſque prædictæ Hiſtoriarum deſcriptioni, non ſecùs ſtipendia Publica, & mercedem ipſi Lectionum causâ deſtinatam percipiat, quàm ſi præſens conſueto legendi munere perfungeretur: Æquum enìm cenſuerunt, ut nullo tempore à tàm laudabili, atquè honorifico ſcribendi genere deſiſteretur, & continuato labori continuata præmia rependenda judicarunt, mandantes mihi Notario infraſcripto, ut de prædictis omnibus notam publicam facere deberem, ac rogatus eſſem. Ego Jacobus de Avento Notarius XII. Sapientum Communis Ferrariæ &c.

Ego Daniel de Fino, filius qu. Egregii, & præſtantis Viri Fini de Fino de Adriano, publicus Apoſtolicâ, & Imperiali auctoritate Notarius Ferrarienſis, nèc nòn Magiſter Scripturarum Communis Ferrariæ

dictam partem deliberationis prædictæ, ſcriptæ manu dicti Ser Jacobi de Avento Notarii XII. Sapientum in dicto Libro Deliberationum dicti Communis anni prædicti ad chartas 119. ſumpſi, & exemplavi, nìl addens, vèl minuens, proùt in dicto libro ſcriptum eſt, & apparet; Et in fidem præmiſſorum hic me ſubſcripſi, ſignumque meum a capite nominis mei appoſui Tabellionatus conſuetum.

L. S.

Ego Jacobus filius qu. Egregii Viri Michaelis de Avento, Apoſtolicâ, & Imperiali auctoritate Notarius publicus Ferrarienſis, nèc nòn Notarius XII. Sapientum Communis Ferrariæ prædictis omnibus, & ſingulis præſens fui, eaque rogatus ſcribere in dicto Libro Deliberationum, ad dictas Chartas 119. ſcripſi, ipſaque omnia pèr ſuprascriptum egregium, & præſtantem Virum Ser Danielem de Fino, Notarium publicum Ferrarienſem ſumi, ſcribi, & exemplari feci, quòd facere potui vigore proviſionis Communis Ferrariæ de hoc loquentis; Et in fidem præmiſſorum hic me ſubſcripſi, ſignumque mei Tabellionatus à capite mei nominis appoſui conſuetum.

L. S.

Hoc eodem anno Lectores octo, ſecundo viginti, tertio verò
1517 quinque tantummodò docuiſſe cernimus, ob memoratas belli cau-
1518 ſas, ærumnaſque alias, quæ Martem comitari ſolent; deindè
cùm Civitas aliquantulùm reſpiraſſet, integer Lectorum nume-
1529 rus Univerſitati noſtræ reſtitutus. Dùm verò Memoriale Ratio-
1521 num publicarum anni 1521. percurreremus, primùm innotuit,
Scholarium noſtrorum Univerſitates antè Carnis privium ſolemne
tripudium quotannìs agere conſueviſſe, impenſaſque ad id neceſ-
ſarias Gymnaſii Lectores de more ſubminiſtraſſe, eorum quoli-
bet Univerſitati propriæ modicam ſtipendii portionem reſponden-
te: Sic practicatum (a) cùm Franciſco Mariâ Bojardi Juriſta-
rum Rectore, cui ab omnibus in eàdem facultate legentibus
1522 ſumma quædam, eam in cauſam eroganda ſoluta eſt. Poſt hæc
generoſus Eques Comes Antonius Coſtabili Sapientum Judex cu-
piens græca Galeni opera ad orbis utilitatem in latinam lin-
guam, ſed fidelitèr, quòd nuſquàm antè contigerat verti, hanc
provinciam Clariſſimo Philoſopho, viroque eruditiſſimo in
Gymnaſio noſtro Lectori Nicolao Leoniceno demandavit, (b)
emolumento librarum quadringentarum in annos ſingulos, uſquè
ad

(a) *Memorial. dell' anno* 1521., *pag.* 6. (b) *Memorial. ann.* 1522. *pag.* 11., & 60.

ad operis conſumationem conſtituto: Vix tamèn prudentiſſimus Patriæ parens verſionem hanc Medicæ artis ſectatoribus magnoperè profuturam demandaverat, cùm Peſtis iterùm Ferrariam aggreſſa eſt (*a*) invaluitque adeò, ut vix anno 1528., ſummâ quamvìs curâ adhibitâ, extingui potuerit; Pauciſſimi, tempore, quo lues graſſata, in Lyceo noſtro docuerunt, intèr eos tamèn Rhetoricos comprehenſos cernimus, quòd notandum, ex hoc etenìm liquet, quantùm Ferrarienſes ſtudio Humanarum Litterarum fuerint ſempèr addicti. Acerbiſſimæ acceſſit calamitati 1524
Leoniceni prædicti mors, quæ maximâ ſcientiarum jacturâ, nocte diem Junii decimam præcedente (*b*) accidit. Immortale Viri hujus elogium facit ſequens Epiſtola ad eum adhùc viventem data à Maximo Litteratorum Mecænate Leone X. Pontifice, quam integram exhibet Jacobus (*c*) Middendorpi: Hoc autèm notabile in eâ habemus, Leonicenum ſcilicèt Clariſſimi Petri Bembo præceptorem fuiſſe, dùm Bernardus Bembo ejuſdem pater Ferrariæ Prædominatum exercéret: Epiſtola hujuſmodi eſt.

LEO PAPA X. NICOLAO LEONICENO.

Te & amavi profectò omni tempore, multiplicemque, & excellentem in optimarum Artium ſtudiis Doctrinam tuam magni, ut debui, feci; & nùnc etiàm Petri Bembi Scribæ à latinis mei (qui te mirificè diligit, & Ferrariæ, in Prædominatu Patris ſui, admodùm adoleſcens cùm eſſet, de tuo pleno fonte hauſiſſe ſe præcepta Philoſophiæ dictitat, rivulumque duxiſſe) apùd me habito, multâ cum tuâ laude ſermone, facilè adducor, ut ad priorem meam in te benevolentiam, magno addito cumulo unicè te complectar, et proſequar, cupiduſque ſim ornandi tui meritis et præmiis, et laudibus. Id te ſcire volui, ut ſi quid eſſet, in quo tibi uſui, et ornamento eſſe poſſet amor ergà te meus, conſideres te à me omnia, quæ velles, poſſe conſequi. Dat. quarto nonas Aprilis, Anno tertio. Romæ.

In Rotulo anni 1528. ſcripti ſunt (*d*) Reformatores Sigiſmundus Salimbeni, Mattheus Caſella, & Jacobus Alvarotti: Sequenti verò anno die 22. Auguſti acerbiſſimum Ferrariæ Duellum ſecu- 1528 1529

(a) *Memorial. ann.* 1523 *pag* 18. (b) *Memorial predetto*, *pag*.21.
(c) *Academiar. Univerſi Orbis*, *pag. m.* 445. (d) *Memorial. ann.* 1528. *pag.* 23.

ſecutum referunt Annaliſtæ noſtri, intèr Nicolaum Doria Januenſem, ſtrenuiſſimi Andreæ nepotem, & Chriſtophorum Vaſco, ſeù Guaſco Alexandrinum, Comitis Alexandri Ferrufino gentilem, Alphunſo Duce adſtante, ac decertantibus Arenam, vulgò *Campo Franco* præbente; quod ipſi, ac Eſtenſibus aliis, qui hac in Urbe poteſtatem ſingularitèr pugnandi facere conſueverant, impietatis notam inuſſit. Bellatorum uterque galeâ, loricâ, clypeoque protectus, gladioque tantummodò inſtructus ad certamen prodiit, quod atrox adeò, ut Vaſcus ipſe, penès quem tandèm victoria ſtetit, pluribus mulctatus vulneribus ex arenâ redierit: Verùm cùm Gabriel Arioſto, immortalis Ludovici frater pugnæ prædictæ apparatum, pugnamque ipſam hæroico (*a*) carmine, quod -- Singulare Certamen -- inſcripſit, diligentiſſimè complexus fuerit, ne pigeat ab ejuſdem ore, multis tamèn brevitatis gratiâ reſecatis cognoſcere: Ità ille.

Sanguinis ambobus clara, et generoſa propago;
Chriſtophoro huic puero nomen dixère Parentes;
Gens cui Vaſca genus, natalis Patria magni
Pellei regis magno de nomine dicta,
Magnus Alexander dedit illis nomina muris.
Alter Nicoleos dictus, quem protulit altis
Janua juncta undis, et divite condita Nereo;
Doria cui domus eſt, magnâ de Doride dicta,
Equora cui parent, maris atquè natantia monſtra.
Dorius Andreas hinc tollit nomen ad aſtra,
Cærula verſantem quem ponti, et ſepè ferentem
Magna trophea procùl mirata eſt Amphitrite.
Armat mille viros in prælia ductor uterque,
Regis ùterque tamèn Gallorum ſigna ſequtus.
Bellantum decus egregium, et certaminis æquas
Spectatum leges veniunt longa agmina, longus
Ordo virùm bello notus, totque arva, tot Urbes. etc.

Dux medio intereà ſe ſe, et generoſa propago
Detulerant campo, linquentes regia tecta;
Adglomerata manus Procerum comitatur euntes;
Non tuba, non litui ceſſant, ferit æthera clamor,

Con-

(a) *Intèr Carmina edita Gabrielis Arioſto.*

Conſeſſu caveæ pertentant corda tuentum.
Et Pater, et natus magni ſpes maxima regni;
Altis de gradibus matres, tectiſque ſuperbis
Deſpectant, matres paritèr, paritèrque Puellæ
Proceros membrorum artus, floremque juventæ
Herculis, impubeſque genas, faciemque decoram,
Felicemque vocant Renatam conjuge tanto,
Renatam magni natam de ſemine cœli;
Ipſe autèm Genitor, veſtit cui plurima mentum
Canicies, cui ſancta regit prudentia mentem,
Tardior inceſſu graditur, ſecùmque volutat
Multa ſupèr regno tacitus, fatiſque ſiniſtris
Italiæ trepidantis itèm, miſerèque labantis.

Intereà edictum canitur, quo protinus ora
Convertére omnes, ſiluitque pèr agmina murmur:
Neù quiſquam, dùm bella cient, ferrumque coruſcant
Armati juvenes, nèc victus concidit alter,
Se medium conferre auſit, nèc voce, manùve
Alterutri faveat, detque auſus ſanguine pœnas,
Verùm illis adſit tantùm Deus, & ſua virtus.
Jàm ferro inſtructi apparent, jàm turbidus iras
Quiſque acuit, fervens adverſum currere in hoſtem,
Jàm geminos tollunt clypeos, inſignia gentis. &c.

Jàm medii convexa poli Phœbeia lampas
Liquerat, irradians cœleſtia Virginis ora,
Terga Cleonèi relevans immania monſtri,
Quùm raucum increpuit murmur tuba nuncia pugnæ:
Obriguére omnes, friguſque per oſſa cucurrit.
At virtus incenſa viris, fervorque medullis
Eſtuat, igneſcunt flammis ardentibus ora:
Proſiliunt ambo paritèr, paritèrque capeſſunt
Innixi plantis lati media æquora campi.
Præcipites sìc egit equos in prælia ſæva,
Præſide turbato ſtabuli, à præſepibus altis
Armentalis amor, veteris ac injuria pugnæ,
Excitat inſtabiles furialis quùm tremor artus,
Hinnituque alto terras, atquè æthera complent:
Utrâque à dextrâ letalis fulminat enſis:

Inge-

Ingeminant ictus clypeis, latéque reſultant
Hinc delúbra Deum, noſtrorum hinc atria Regum.
Quis prior alteriùs ferro exhaurire cruorem
Alterius jugulo valeat, vèl condere ferrum
Intenti explorant ambo, clypeiſque tegunt ſe.
Non longùm cunctata tamèn fortuna duorum,
Sed properè nimiùm caſus ſortiris iniquos,
Vaſce audax, gemino qui foſſus vulnere malam
Scilicèt, & frontem rutilanti ſcribis arenam
Sanguine, tùm collum, tùm fervida pectora fœdas.
Seù ſors illa fuit, ſeù quòd quæ legerat arma
Militiæ, de more Patrum Neptunius heros
Sepiùs attrectans longo perceperat uſu.
Quæ contrà Vaſcus nùnc primùm ſumpſerat hoſtem,
Qui vocat in pugnam, qui ritè & ceſſerat illa.
Attamèn audaci creſcit fiducia, quantùm
Sanguinis obverſat, nùnc vis, nùnc dextera major,
Nùnc magìs, atquè magìs pudor implacabilis urget.
Et genus evoluit Proavorum, & facta recenſet;
Quæ ſecùm infrendens, multâ defixus in irâ,
Cuſpidis infidâ non cernit fragmina arenâ.
Dorius, ut cymbæ magnis Aquilonibus actæ
Navita, Pleiadum doctus, pelagique fragórum,
Ut fluctu intendens, prorâ ſecat æquora tutus,
Sìc hoſti invigilat, ſummo sìc pulvere valli
Flectit ſe dextrâ, flectit modò ſeque ſiniſtrâ.
Nùnc retrò tollit frontem, nùnc pronus, & acer,
Protectuſqae redit, modò falli neſcia dextra
Infligit miſeras aùt ore, aùt pectore plagas;
Intonat interdùm Fatorum neſcius heros:
Ulteriùs nè tende odiis, jàm projce tela
Templorum figenda tholis, faſſuſque minorem,
Redde hoſti minimo quam ſervas ſanguine vitam.
Hic contrà: quid enìm verbis me inceſſere gaudes,
Vane Ligur? talem non me genuère parentes,
Nèc tellus mea fert tales, aùt alluit amnis
Tanarus, enervans vires, ut Salmacis unda;
Quòd pacem oremus, dextram & tendamus inermem
Ad primos crepitus armorum, ad vulnera prima?
Vita tibi hæc certè, minimo quam ſanguine ſervo,

Non

Non ſtabit parvò, juſti ſervator, & æqui
Si Deus eſt, qui cuncta videns deſpectat ab alto,
Quique tuis potiùs ſpoliis venerètur opimis:
Dùm loquitur, replet fauces, & guttura ſanguis.
Intereà decus armorum, nova gloria gentis
Claudius à claro Rangònum ſtemmate ductus,
Certantis quem cura viri mandata tenèbat,
Cuſpide ſublatâ damnatum conſpicit enſem,
Et ſubitò exclamat: Quid nòn, juſtiſſime Princeps,
Permùtat ferrum, talis lex dicta duobus;
Sìc, Pater, hanc juſto firmaſti fœdere pugnam.
Ille manum intendens ſceptro venerandus, & annis,
Imperat audaces iras, & prælia ſedent,
Donèc Vaſca manus ferro inſtauretur acuto. &c.

Ut ſigno accepto ſpatia in ſua quiſque recedit
Bellator, ſed jàm fulgebat dextera Vaſci
Fulta novo telo, jàm pectus fervet utriſque,
Jàm rursùs virtus, & ſors miſcentur in unum. &c.

Eccè iterùm infixa novo de vulnere mala
Sanguineos vomit ægra novâ conſpergine fluctus.
Ingeminat queſtus tacitos Inſubria pubes
Vaſcus, et intrepido ſuſpectans æthera vultu:
Si placet, ò Genitor, peregrinâ ut ſternar arenâ
Tot coràm populis, eſtò; tamèn hoc precor unum,
Ne ferus abſcedat perſtrictus vulnere nullo
Victor ovans: tales fundebat mente querelas;
Cùm ſubitò hoſtilem curvatum conſpicit enſem,
Nàm nimio inflictu dùm flagrat Dorius heros,
Et nimìs inſtat, agens inimicum figere pectus,
Fruſtrata eſt lorìca ictum, ferrumque reflexit,
Quod fruſtrà mutare cupit; lex dicta repugnat,
Nàm flexus tantùm mucro, non fractus, ut alter.
Infelix juvenis! quid nùnc te plurima virtus
Illa juvat, levibus quid planta valentior alis?
Quid, quòd victorem dicant ſedilia tota?
Si renuunt Parcæ, tantoque in cardine mucro
Infidus, quem dùm fruſtrà tù dirigis heros,
Nùnc pede, nùncque genu, arrepto tempore præceps

Inſuber emicuit, parmâ, teloque relicto,
In parmam, telumque ruens, hoſtemque madentem
Hoſtis ſanguine adhùc, velùt in venabula fertur
Saucius ora Leo Maurus, vèl Parthica Tigris:
Nil medii eſt campi, pede pes impellitur, umbo
Non umbone quidèm, ſed pectore, frons quoquè fronti.
Quà ratiòne valet mucronem condere tentat
Dorius hoſtili jugulo, Neptunia proles;
Depulit inſtantem ictum heros procùl, & ſimùl hoſtem
Deturbare gradù geminatis viribus inſtat.
Dorius obnixus contrà, & non cedere certus
Nititur à pictâ fruſtrà ſe abſcondere parmâ;
Tandèm compoſiti Oebaliæ de more paleſtræ
Nexibus implicitant variis humeroſque, latuſque,
Inquè vicem collum, & renuentia crura fatigant.
Morſibus interdùm pertentant vulnera fœda.
Manantes numquàm tanto ſudore lacertos
Viderat ulla dies, quò præſens, uda liquore,
In oleo perfuſa Pale: ſtetit acer in irâ
Tanarius juvenis, vires prò ſanguine fuſo
Supplerunt odia, & firmo, validoque lacerto
Ilia connectit, tùm poplite crura retentans,
Pondus ſeque addens oneroſis viribus hoſtem
Degravat, & pronum fulvâ conſternit arenâ,
In faciem ſequiturque ſupèr, ſed pondere cervix
Hoſtili compreſſa manet, dextroque lacerto.
Ingemuit tellus armorum pulſa fragòre,
Utraque ſed facies limo, craſſoque cruòre
Innatat, alterius tandèmque in ſanguine gaudet.
Sæpiùs excutiens magno molimine pondus
Exeruit caput, Oceani non qualis ab undis
Heſperus, at limo malam turpatus utramque
Inſuber, & totus totum ſupèr incubat hoſtem,
Et galeæ nodos, et mollia vincula ſolvens,
Hoſtis cæſariem nudat, longéque repellit
Tegmina, quæ adverſo micuerunt lucida Sole:
Claudius infremuit, Vaſco infremuère faventes,
Quùm videant galeâ potuiſſe abſolvere bellum,
Si percuſſiſſet cava tempora tervè, quatérve,
Illa hæc tela tenens, quæ ſors anguſta dediſſet;

Con-

Conſilium at prudens vicit temeraria virtus.
Dorius ut ſe ſe detectum caſſide ſenſit,
Nudatumque caput, & ſtantem deſupèr hoſtem,
Ingeminat vires, & ſe convertit ad illum. &c.

Ergò obverſi ambo renovant fera prælia morſu, &
Ora, manus, aures inboneſto vulnere ſignant.
Fulmineo sìc dente furens aper impetit aprum:
Aſtacides tua sìc populantem tempora vidit
Succenſa Oenidem, avverſo & numine Pallas;
Ad Tracas voluit Mavors, Rodopejaque arva,
Qui pugnæ ſpectator erat, convertere currus:
Ipſa etiàm Virtus obduxit lumina pallâ.
Undiquè ſpectantum lacrymis tabulata madeſcunt,
Conqueriturque novo Phœbes exterrita monſtro,
Quòd mortale genus tantam excandeſcat in iram,
Paſcat ut humanos, & dentibus impetat artus,
Sitque adeò anguſtus ferri, vèl inutilis uſus.

& ſanè Dæmones ipſos nihìl atrociùs intèr ſe concurſuros credimus, ſi corpora induerent, nèc immaniùs Damnatorum agmina in Inferno alternam rabiem exercére. At, proh nefas! hujuſmodi Caninum, Diabolicumque decertandi genus Apoſtolicis mille, ſummorumque Regum fulminibus impetìtum nùnc etiàm fautores habet. Sed pergit Gabriel.

Inſurgit tandèm nondùm ſaturàta juventus,
Sit licèt alternum fœdè depaſta cruorem:
Impar illa quidèm tùm demùm robore, & armis;
Nàmque anceps ferrum, prò quo luctatus uterque eſt,
Ex quo exarmavit ferro ſe prodigus alter,
Prodigus ipſe tenet Vaſcus jàm letus, & acer,
Ad quem jàm blandis Victoria devolat alis.
Dorius infelix contrà, cui dextra, caputque
Nudatum remanet, cui perlita lumina cœno,
Ac contuſa tument digitis inflicta per orbes,
Cui, licèt illa foret laudanda in ſæcula virtus,
Non fuerat fortuna tamèn virtutibus æqua,
Stabat anhela trahens ſuſpiria feſſus, & æger;
Cui Vaſcus, tranſverſa tuens Mavortius heros
Perculit enſe caput, quæ meta noviſſima pugnæ;

Ulte-

Ulteriùs miſero quid enim nàm deniquè reſtat?
Quem nequè jàm virtus, nèc jàm fortuna benigno
Lumine conſpiciunt; ingentem pectore ab imo
Dat gemitum infelix, dejectaque lumina terræ
Defigens dedit ſe ſe, victumque fatetur. &c.

Inſonuére tubæ ſubitò, ferit Æthera clangor,
Victoremque canit Vaſcum, fremituſque virorum
Diverſo exoritur ſtudio; pars tollit ad aſtra
Victorem, inſigni & meritâ prò laude decòrat,
Felicemque vocat, fortunatumque laborem;
Alterius fortunam alij miſerantur, & unà
Inſtant, ſolando duras avvertere curas,
Armorum eventùs dubios, & prælia narrant.
At vos, ſeù perimant pugnâ perpeſſa ſiniſtrâ
Vulnera, quòd multo deſignant ſparſa cruòre,
Veſtra vèl inſtaurent annoſæ penſa Sorores,
Vellera quæ digitis hominum vitalia verſant,
Ut potiùs reor, & votis ut poſcimus omnes,
Fèlices ambo, & memoranda in ſæcula clari,
Si modò traxiſſet pugnandi juſtior æſtus;
Non virtutis opus natas cœleſtibus auris
Obiectàre animas in aperta pericula, ſi nòn
Utilis humanos veniat ſucceſſus ad uſus.
Gratum Cœlicolis Cives, Patriamque tuèri,
Et decus immortale illos detrudere regno,
Qui Diomedèis ſimiles feritate quadrigis,
Viſcera viſceribus miſerorum, & ſanguine tendunt. &c.

Hic Duelli finis, quo expleto, pòſt paucos dies Doria, vulnerum causâ Ferrariæ mortuus eſt, ut refert Annaliſta (*a*) noſter Anonymus, pòſt Genealogìam Eſtenſem Marij Equicola, ad annum 1529. pag. 95. Laudandus idcircò Hercules II. Alphunſi filius, & regni hæres, quòd anno 1540. inſanam hujuſmodi pugnandi licentiam cohibuerit, arenamque liberam, ad quam viri lites Duello direpturi undequaquè confluebant impoſterùm denegarit. Duellorum campus in viâ nuncupatâ -- *del Pergolato* -- Sanctiſſimi Corporis Chriſti Monaſterio adjacente ſitus olìm fuit, moſque

(a) *Apud DD. Fratres Iſnardi.*

moſque peſſimus, Eccleſiarum noſtratum referente (*a*) Hiſtorico adeò invaluerat, ut etiàm pòſt Ducale Herculis edictum opus fuerit Viam ipſam ab utroque capitum muris diù clauſam tenere. Alphunſus verò à rebus bellicis aliquantulùm expeditns, Urbeque à morbo repurgatâ ad decus priſtinum Univerſitatem noſtram reſtituere conabatur, quòd ut faciliùs aſſequi poſſet, ſequens Edictum (*b*) promulgari curavit.

Deſiderando lo Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Signor noſtro Don Alfonſo da Eſte, per la Dio grazia Duca dè Ferrara, de Modena, & de Regio, Marcheſe de Eſte, & de Roigo Conte, &c. Che li figlioli de li Gentilhuomini, Cittadini, & altri abitanti in queſta ſua inclita Città de Ferrara ſpendano el tempo, & ſe exercitino in coſe virtuoſe, & precipuamente nei Studij de le lettere; Donde & à loro ne habbi à reſultare honore, utilità, & beneſitio, & à Sua Excellentia contentezza de animo; Et ſapendo eſſo Illuſtriſſimo Signore noſtro, che la Compagnia, & Emulazione ſpeſſe volte excita li bennati ingegni, & li giovani ſtudioſi à le opere honeſte, & laudabili, per queſto, & ancho per univerſale beneſitio di ciaſcuno, Sua Excellentia hà concluſo, & deliberato di ritornare, & conſtituire el Studio in dicta ſua Città, ceſſando ora, per grazia de Dio alcune difficultati, che per l' adietro hanno impedito la execuzione de queſta ſua voluntà, & bono proponimento; Perciò, per la preſente ſua publica Crida fà intendere, & fà manifeſto a ciaſcuna perſona de qualunque Loco, Terra, Stato, ò condizione ſi ſia, Religioſi, Clerici, & Seculari, che vogliano exercitarſi nelli Studij de le Lettere, como nel preſente anno, al principio del Studio, che cominciarà ſecondo el conſueto, vole, & così hà ordinato, che ſi incominci a legere publicamente in eſſa ſua Città, in qualunque facultade, & però invita ciaſcuno, che habbi in animo de ſtudiare a venirvi, perchè ſaranno humanamente, e favorevolmente trattati, & ſaranno loro mantenuti, & oſſervati, augumentati, & accreſciuti, in quanto honeſtamente ſi poſſa li Statuti, privilegi, exemptioni, & immunità loro. Itèm per la preſente ſua publica Crida vole, & declara, che ciaſcuno che vi venghi a ſtudiare da hora inanzi ſe intenda havere, & così li concede libero, amplo, & ſecuro Salvoconducto, tal che per neſſun modo ſij in-

L

(a) *Guarini, Chieſe, libr. 4. fol. 285.* (b) *In libr. Supplicat. anni 1529. pag. 22.*

inquietato, nì moleſtato, ne in la robba, ne in la perſona, mà poſſa ciaſcuno, che venirà al prefato Studio in ditta Cittade per applicare a le lettere, & per ſtudiare in alcuna facultade ſtare, & habitare in eſſa Cittade, & per tutto el Territorio del predetto Signore noſtro, & partirſi con tutte ſue robbe, libri, panni, & beni liberamente, ſecuramente, et ſenza alcuno impedimento reale, ò perſonale: Et queſto vole, che ſe intenda per li Dottori condutti, ò che ſi conduranno a legere in lo predetto Studio de Ferrara; Et exceptuando anche li debiti, che alcuno Scolare aveſſe contratto con li Subditi, et in le Terre, et Luochi di eſſo Illuſtriſſimo S. N., per li quali debiti non ſe intenda valere il ditto Salvoconduttto. Anchora per qualche juſta, & ragionevol cauſa, per la preſente Crida ſe fà expreſſo comandamento a ciaſcuno Studente, overo che voglia ſtudiare in alcuna facultade Subdito, et de le Terre, et Luochi mediatè, overo immediate ſottopoſti al prefato Illuſtriſſimo Signor Noſtro, che per neſſuno modo non ardiſca, ne li ſia licito andare, ni ſtare in alcuna altra Terra per ſtudiare: anzi debba venire a ſtare, et a ſtudiare nel predetto Studio di Ferrara. Et ſe alcuni già fuſſero partiti, debbano ritornare, alla pena, et ſotto la pena de Ducati ducento d'oro: La qual pena ſe intenda eſſere applicata alla Camera del prefatto Signor Noſtro, et in la quale pena ſe intenda ex nùnc proùt ex tùnc eſſere caduto qualunque, che dopoi ſarà principiato il Studio in eſſa Città di Ferrara, ſtarà, ò ſe ritrovarà ſtare in alcuna Terra di alieno Dominio per ſtudiare, non obſtante qualunque licentia, privilegio, ò exemptione per alcun modo da quì in drieto per il prefatto S. N., ò per ſui anteceſſori ad alcun conceduti: le quali tutte licentie, privilegi, et exemptioni de hora inanzi ſe intendano revocate, et in tutto, e per tutto annullate. E così Sua Excellentia per la preſente Crida le revoca, et annulla tutte; Appreſſo per major exaltazione de queſta Città, et Studio ſi fà comandamento per parte de predetta Sua Excellentia a ciaſcuno Subdito di quella mediatè, vel immediatè di qualunque condizione voglia eſſere, overo ſia, che non ardiſca, ni preſuma dottorarſi in alcuna facultade in altro loco, che ne li Collegij di Ferrara, ſotto le pene, et ordini, che ſi contengono in le proviſioni, et ordini de queſta ſua Città de Ferrara, et de li Collegij de li Dottori de quella.

Die quartodecimo Menſis Junij de Sero.

Retulit Zamboninus præco, et publicus Bannitor publicaſſe dittum proclama ad feneſtras Palatij Communis Ferrariæ, pleno Foro.

Per

Per idem tempus Carolus V. Imperator feliciſſimus in Italiam advenit, quod ille iter variis de cauſis, quæ ab Hiſtori- 1529
cis enarrantur ſuſcepit, potiſſima verò fuit, ut â Clemente VII. Pontifice Romani Imperii diademate ornaretur: Bononiæ Civitas, quò Papa jam ſe contulerat tantæ ſolemnitatis theatrum, delecta eſt, quam Carolus die quintâ (*a*) Novembris, decorâ Principum, ac Magnatum ſtipatus coronâ ingreſſus eſt. Ex Doctoribus, Scholaribuſque Lycei noſtri multi illùc conceſſerant, ut oculos tanti Cæſaris intuitu, miroque inaugurationis ſpectaculo ſatiarent; ſèd cùm Studii incohandi inſtare tempus Alphunſus cerneret, ac ſolemnitatis prædictæ tempus in longum protelari, Ferrariam abſentes revocavit (*b*) Proclamate hujuſmodi.

Per parte del magnifico, et generoſo Cavalliere Meſſer Zilio Turco Judice honorando de li XII. Savj del Commune de Ferrara, ſi notifica à qualunque Doctore, che averà da legere in qualſivoglia ſcientia nel Studio de la Cittade di Ferrara, et à ciaſcuno Scholare, et profeſſore di Littere, et Studij virtuoſi, che paſſato il giorno de S. Martino proximo futuro ſe principiarà di legere per li Doctori, et deputati a legere nel prefatto Studio ſecundo l' ordine annotato nelli Rotoli del Studio, publicati a' meſi paſſati, et come fù ordinato per la publica Crida dell' Illuſtriſſimo, et Excellentiſſimo Signor Duca Noſtro, et queſto per non averſi potuto principiare tal buona opera al tempo conſueto, per la venuta de la Santità de Noſtro Signore, & de la Maeſtà Ceſarea à Bologna, quale hà tirato gli animi de innumerabili perſone à vedere tanto ſpectaculo.

Die tertio Novembris.

Retulit Zamboninus præco publicaſſe ſupraſcriptum proclama die Dominico proximè præterito de mane, ad feneſtram Palatij Juris Communis, pleno Foro.

Aſt Bononiam revertimur, ubì omnibus magnificentiſſimè, 1530
proùt res gerenda poſtulabat diſpoſitis, Imperator die Februarij vigeſimâ ſecundâ à Modoætiæ (*c*) Legatis Ferreâ Longobardorum coronâ inſignitus eſt, deindè eidem fauſtiſſimâ Divi Mat-

L 2 thiæ

(a) *Fauſtin. Hiſtor. Ferrar. libr.* 1. (b) *Commiſſion. Ducal.* 1529.
(c) *Vizzan. Hiſtor. Bonon' libr.* 10. *in fine.*

thiæ Apoſtoli die Aureum Romani Imperii diadema à Pontifice obtinuit. Dùm autèm Bononiæ moraretur Carolus ampliſſima duo Privilegia, Juriſtarum ſcilicèt, ac Artiſtarum, (*a*) Collegiis Civitatis ejuſdem conceſſit, quibus cùm paritèr Univerſitatis noſtræ Collegia utantur, ac perfruantur, vigore Diplomatum Bonifatii IX., & Clementis VIII., qui Gymnaſio noſtro Ferrarienſi Privilegia omnia Univerſitati Pariſienſi, ac Bononienſi tàm impertita, quàm impoſterùm impertienda reſpectivè communia eſſe voluerunt, ea idcircò hìc dare, ut facilè ad omnium manus ſint opportunum duximus.

Privilegium Juriſtarum.

CAROLUS V.

Divinâ favente Clementiâ Romanorum Imperator Auguſtus, & Rex Germaniæ, Hiſpaniarum, utriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Inſularum Balearium, Fortunatarumque, ac Novi Orbis Indiarum &c. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, & Galliæ Belgicæ Dominus &c.

Ad perpetuam rei memoriam. Cùm intèr omnia genera Studiorum, Juris prudentiæ utilitas adeò ad omnes pertineat, ut vèl, ſi qui è ſuâ Republicâ omnes reliquas Artes eiciendas exiſtimaverunt, hanc tamèn unam, velutì rebus adminiſtrandis neceſſariam amplexi ſint, æquum eſſe arbitramur, ac optimo, & Reipublicæ nato Principe dignum illius cultores omni favore, et Clementiâ proſſequi, quorum præſſidio maximarum Urbium, atquè Nationum Imperia rectè, feliciterque gubernantur, id quod majores noſtros, quorum veſtigia ſubſequi ſummo ſtudio contendimus, religiosè obſervaſſe videmus. Quibus cùm nòn tàm curæ eſſet, ut armis, quàm ut legibus, & juſto eorum Imperio longè, latèque pareretur intèr alia, & facultati, per quam id conſequi, ſperare ut publica Gymnaſia, undè viros Legum Peritos ad Summam rerum adminiſtrandam ſibi adſumerent dedicare, & ampliſſimis Privilegiorum muneribus ornare voluerunt, hac nimirùm ratione Theodoſius Junior Auguſtus celeberrimum hujus Urbis Bononienſem Gymnaſium inſtituit, non minori ſuæ, quàm ejus Civitatis glo-

(a) *Vizzan. dicto loco.*

gloriâ, cùm & ſibi immortalitatem pepererit, & Gymnaſium præſtantium in omni Studiorum genere, maximè Juriſprudentiæ Virorum fœtu, eo amplitudinis præceſſerit, ut Bononia Studiorum Mater *non immeritò ſit appellata: Cumquè Nos pro ſedandis Italiæ tumultibus, Imperijque Diademate, de more ſuſcipiendo in Italiam venerimus, atque in hac Urbe Bononiæ Summus Pontifex Clemens Septimus Pater noſter Reverendiſſimus, ut Cæſareo Nos Diademate ornaret nobis occurrerit, perindè cupientes prò eo, quo erga bonas Litteras, illarumque cultores amore afficimur, eidem Bononienſi Gymnaſio Noſtræ benevolentiæ, atque amoris pignus, noſtrique adventus memoriam relinquere, quo & ipſum gloriari, & cæteri ad virtutem, & bonas artes faciliùs allici poſſint. Motu proprio, & ex certâ noſtrâ ſcientiâ, animo deliberato, & ſano, Principum, Comitum, Baronum, Procerum, atque aliorum noſtrorum, & Romani Imperii fidelium dilectorum accedente Conſilio, et de noſtræ Cæſareæ Poteſtatis plenitudine omnia, et ſingula privilegia, conceſſiones, præbeminentias, prærogativas, gratias, & indulta eidem Gymnaſio Bononienſi à majoribus noſtris Romanorum Imperatorum, et Regibus conceſſa, et conceſſas in omnibus ſuis punctis, ac sì in his de verbo ad verbum inſererentur, per præſentes confirmamus, laudamus, et approbamus, et quatenùs opus ſit omnia, et ſingula in dictis privilegiis, et conceſſionibus contenta de novo concedimus, et elargimur, eiſque vim, robur, et auctoritatem noſtram impartimur, et ut noſtram ergâ ipſum Gymnaſium, et ejuſdem Pontificii, Cæſareique Juris Collegia gratiam, et Clementiam uberiùs oſtendamus, ipſaque quò largiùs homines decorare poſſint, eò plures ad Virtutem, et bonas litteras ſectandas alliciant, eiſdem motu, ſcientiâ, animo, et poteſtate dictis Collegiis Bononienſ. ad quorum Collegiatos pertinet, Scholares in rigoroſo examine approbare, et dignos Inſulis Doctoreis judicare, plenam, liberam, & amplam auctoritatem, facultatem, & poteſtatem tenore præſentium concedimus: Et quos Doctores creaverint, dignoſque judicaverint, qui equeſtri dignitate, atque inſigniis decorentur, eoſdem poſſint, & valeant Milites, ſeù Equites Auratos Romani Imperii nomine, & auctoritate conſtituere, & creare, equeſtribuſque inſigniis decorare, & omnia militaria ornamenta eiſdem tradere; Decernentes, & volentes, ut hujuſmodi Equites, per prædicta Collegia, ut præmittitur creandi, omnibus illis Juribus, privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, honoribus, dignitatibus, & prærogativis uti, frui, et gaudere debeant, quibus alii Milites, ſivè Equites Aurati à Nobis*

bis ipſis creati gaudent, utuntur, et fruuntur, uti, frui, et gaudere poſſunt, conſuetudine, vèl de jure, quibuſcumque in contrarium facientibus non obſtantibus. Recepto tamèn ab ipſis Equitibus, per hujuſmodi Collegia creandis, et ipſorum quolibet juramento in hunc modum, videlicèt. Quòd erunt Nobis, et Sacro Romano Imperio, Noſtriſque Succeſſoribus legitimè ad id venientibus ubicumque terrarum, et locorum egerint, ſeù ad quamcumque dignitatem, et ordinem pervenerint, fideles, nèc unquàm erunt in conſilio, tractatu, et participatione, ubì noſtrum, et Sacri Romani Imperii damnum, aut periculum agetur: Quinimmò damna, et detrimenta pro virili ſuâ avvertent, Orphanos verò, et Pupillos, Viduas, et perſonas miſerabiles, et Eccleſias læſas, et oppreſſas ubi ſcriverint defendent, et tutabuntur, ad quod quidèm Juramentum præſtandum dumtaxàt Noſtri, et Imperii Romani ſubditos teneri volumus, cæteros verò invitos ad id nequaquàm adſtringi debere. Prætereà ut ipſa tâm Cæſarei, quàm Pontificii Juris Collegia amplioribus gratiis, et prærogativis ornemus, motu, ſcientiâ, animo, auctoritate, et poteſtate ſupradictis Doctores omnes Collegii tàm Pontificii, quàm Cæſarei Juris cooptatos, tàm præſentes, quàm futuros ad quos pertinet, et Scholares, ut præfertur, rigoroſo examine approbare, et quemlibet eorum Milites, et Equites Auratos, ac ſacri Lateranenſis Palatii Aulæ Noſtræ Cæſareæ, et Imperialis Conciſtorii Comites fecimus, creavimus, & ereximus, ac per præſentes, auctoritate Cæſareâ, & de plenitudine Imperialis noſtræ poteſtatis facimus, erigimus, & inſignimus: Decernentes, & volentes, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, juribus, immunitatibus, inſignibus, ornamentis, honoribus, præheminentiis, exemptionibus, libertatibus, prærogativis, gratiis, & indultis frui debeant, & gaudere quibuſcumque, ut milites, & Equites ſtricto Enſe à Nobis, aut Noſtris in Imperio Succeſſoribus creati, & ornamentis militaribus inſignìti, ac Lateranenſis Palatii, Aulæque Noſtræ Cęſareæ, & Imperialis Conciſtorii Comites fruuntur, & gaudent, ſeù quomodolibèt uti, frui, gaudere poſſunt, conſuetudine, vèl de Jure. Dantes, & concedentes eiſdem Collegiatis, tàm Cæſarei, quàm Pontificii Juris, ac eorum cuilibet amplam facultatem, & poteſtatem creandi Notarios publicos, ſeù Tabelliones, & Judices Ordinarios ubiquè per Sacrum Romanum Imperium, qui idonei ſint, & litteraturâ ſufficientes, ſupèr quo ipſorum conſcientias oneramus, eoſque, & ipſorum quemlibet, per pennam, & calamarium inveſtiendi, proùt moris eſt, dummodò tamèn ab ipſis Notariis publicis, ſeu

Ta-

Tabellionibus, & Judicibus ordinariis per ſe, & eorum quemlibet, ut præmittitur, creandis, vice, & nomine noſtro, & Sacri Romani Imperii, & prò ipſo Romano Imperio debitum fidelitatis recipiant corporale, & proprium Juramentum ad hunc modum, videlicèt. Quòd erunt Nobis, & Sacro Romano Imperio, & omnibus Succeſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus, & Regibus legitimè intrantibus fideles, nec unquàm erunt in Conſilio, ubì noſtrum periculum tractetur, ſed bonum, & ſalutem noſtram defendent, & fidelitèr promovebunt, damnaque noſtra pro ſuâ poſſibilitate vetabunt, & avvertent, Prætereà Inſtrumenta tàm publica, quàm privata, ultimas voluntates, Codicillos, Teſtamenta, quæcumque Juditiorum acta, & omnia alia, & ſingula, quæ illis, & cuilibet ipſorum ex debito dictorum Offitiorum facienda occurrerint, vel ſcribenda juſtè, purè, fidelitèr, omni ſimulatione, machinatione, falſitate, & dolo remotis ſcribent, legent, facient, atque dictabunt, non attendendo odium, pecuniam, vèl munera, aut alias paſſiones, vel favores; Scripturas verò, quas in publicam formam redigere debebunt in membranis mundis, non cartis abraſis, nequè papireis fidelitèr ſecundum terrarum conſuetudinem conſcribent, facient, & dictabunt, cauſaſque Hoſpitalium, & miſerabilium perſonarum, nèc nòn Pontes, & Stratas publicas prò viribus promovebunt; ſententias quoqùe, & dicta Teſtium donèc publicata fuerint, & approbata ſub ſecreto fidelitèr retinebunt, ac omnia alia, & ſingula rectè, juſtè, & purè facient, quæ ad dicta offitia quomodolibet pertinebunt conſuetudine, vel de jure. Qui quidèm Notarii publici, ſeù Tabelliones, & Judices ordinarii per præfatos Collegiatos creandi poſſint, & valeant per totum Romanum Imperium, & ubiqùe terrarum facere, ſcribere, & publicare contractus, Juditiorum Acta, Inſtrumenta, ultimas voluntates, Codicillos, Teſtamenta, Decreta, & auctoritates interponere in quibuſcumque contractibus requirentibus illa, vel illas, atque omnia alia, & ſingula facere, publicare, & exercere, quæ ad dictum offitium Notarii publici, ſeù Tabellionis, & Judicis ordinarii pertinere, & ſpectare noſcuntur. Decernentes, ut omnibus Inſtrumentis, & Scripturis, per hujuſmodi Tabelliones, & Notarios publicos, ſivè Judices ordinarios fiendis plena fides ubilibet adhibeatur, conſtitutionibus, ordinationibus, Statutis, et aliis in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Inſupèr eàdem auctoritate noſtrâ Cæſareâ, motu, animo, et ſcientiâ ſupradictis, Damus, et concedimus eiſdem Collegiatis tàm Cæſarei, quàm Pontifitii Juris, qui ad præſens ſunt, aut deincèps perpetuis futuris temporibus fuerint

amplam facultatem, ut poſſint ubiquè locorum, et terrarum legitimare, ac in patriam poteſtatem reducere quoſcumque etiàm ex Nobilibus ortos Naturales, Spurios, Inceſtuoſos, Adulterinos, Nefarios, Manzeres, Nothos, Baſtardos, et quoſcumque natalium defectus copulativè, aùt diſtinctivè quocumque modo patientes, ſivè Maſculos, ſivè Fœminas, etiàm Infantes, furioſos, vèl mentecaptos, et quovis modo illegitimè natos, quocumque nomine cenſeantur, et quocumque alio defectu laborantes, etiàm ſi plures, vèl omnes defectus Nativitatis in legitimandi perſonâ ſimùl concurrerent, et illos reducere ad priſtinum ſtatum naturæ, quo omnes legitimi naſcebantur, ſivè legitimandi præſentes ſint, ſivè abſentes, ſivè ratam legitimationem habuerint, ſivè non, eorum parentibus viventibus, vel etiàm mortuis, aùt præſentibus, vèl abſentibus, furioſis, vèl mente captis exiſtentibus; Itaque etiàm ſufficiat Procurator, Nuntius, vel Miſſus habens ad id ſpeciale mandatum, vèl ab ipſis Legitimandis, vel eorum parentibus; Illuſtrium tamèn Principum, Comitum, et Baronum filiis legitimis, et naturalibus, et ex legitimo matrimonio natis, ac illis etiàm, et aliis quibuscumque quorum intereſſe poſſet illis citatis, et non citatis, nèc alitèr requiſitis præſentibus, vel abſentibus, vel ignorantibus illis, ad quos hæreditas ſpectare poſſet ex teſtamento, vel ab inteſtato, ipſoſque legitimandos ad legitima jura reducere, & reſtituere, omnemque geniture maculam, & infamiam penitùs tollere, & abolere, ac ſi ex vero, & legitimo Matrimonio nati, & generati eſſent, nullâ juris, vel facti obſtante exceptione, & eos, & eorum quemlibet ad omnes honores, dignitates, munera, Vaſſallagia, & ad omnia Jura Feudalia, Emphyteotica hæreditatum, tàm ex Teſtamento, quàm ab inteſtato, & ſucceſſionum quarumcumque Juris Communis, Statutorum, & conſuetudinum reſtituere, & habilitare, etiàmſi de filiis dumtaxàt legitimè natis, ſive legitimis, & naturalibus loquerentur, & ad ſucceſſionem bonorum paternorum, maternorum, avitorum, agnatorum, cognatorum, & affinium, ac extraneorum ex teſtamento, vel ab inteſtato, & è contrà, & pratèr teſtamentum ſuccedere, & admitti valeant in tantum, per tales legitimandi agnoſcantur, aliis agnatis, et parentibus ſuis, hæredes ſui effici poſſint, et comprehendantur in Statutis, conſuetudinibus, decretis, conſtitutionibus, ordinamentis, privilegiis, exemptionibus, & immunitatibus, tàm Imperialibus, quàm aliis, et in qualibet voluntate, ſubſtitutione, Fideicommiſſo, ſeù ſub verbis conditionalitèr in quacumque diſpoſitione poſitis, ac ſi verè eſſent nati, et procreati de legitimo vero matrimonio, obiectione prolis illegitimæ penitùs

nitùs quieſcente, & quòd ipſorum legitimatio, ut ſuprà facta maximè habeatur, et teneat, ac ſi foret cùm omnibus Juris ſolemnitatibus, quarum defectus ſpecialitèr auctoritate Imperiali ſuppleri volumus, et intendimus; dummodò tamèn legitimationes hujuſmodi non præjudicent filiis, et hæredibus legitimis, et naturalibus in legitimâ ipſis Jure Naturæ debitâ; ſint autèm ipſi Legitimandi de Domo, familiâ, et agnatione parentum ſuorum, ac arma, et inſignia eorum portare, et deferre poſſint, et valeant, etiàm integra, abſquè ullâ rupturâ, efficianturque Nobiles, ſi parentes eorum Nobiles fuerint, non obſtantibus, in prædictis aliquibus legibus, quibus cavetur quòd Naturales, Baſtardi, Spurii, Inceſtuoſi copulativè, aut diſiunctivè, vel alii quicumque ex illicito coitu procreati, vel procreandi, non poſſint, nec debeant legitimari, liberis naturalibus legitimis exiſtentibus, vel ſinè conſenſu, et voluntate filiorum naturalium, et legitimorum, aut agnatorum, aut feudi Dominorum, et ſpecialitèr in Authen. quibus modis natural. effician. legitimi, et quibus modis natural. effician. ſui per tot., et §. Naturales ſi de feud. fuerit controverſia intèr dom., et agnat., et l. jubemus C. de emancipat. liberor., et aliis ſimilibus, quibus legibus, et cuilibet ipſarum volumus expreſsè, et ex certà ſcientiâ pro hac vice derogari, et etiàm non obſtantibus aliquibus contrahentium diſpoſitionibus, et teſtatorum ultimis voluntatibus, aut legibus aliis, et Locorum Statutis, et conſuetudinibus, etiàm ſi talia eſſent, quæ deberent exprimi, et de illis fieri mentio ſpecialis, quibus obſtantibus, et obſtare valentibus, in hoc caſu dumtaxàt ex certâ noſtrâ ſcientiâ, et de plenitudine noſtræ Cæſareæ poteſtatis totalitèr derogamus, et derogatum eſſe volumus per præſentes; concedentes etiàm eiſdem Collegiatis hujuſmodi derogationibus, et clauſulis neceſſariis, et oportunis utendi omnimodam facultatem. Itèm damus, et concedimus eiſdem Collegiatis præſentibus, et futuris plenam, et amplam facultatem, quâ poſſint, et valeant, et eorum quilibet poſſit, et valeat, Tutores, et Curatores confirmare, conſtituere, et ordinare, eoſque cauſis legitimis ſubſiſtentibus amovere. Nèc nòn cùm infamibus quibuſcumque tàm Juris, quàm Facti notatis infamiâ diſpenſare, et famam eis realitèr, et cùm effectu reintegrare, omnemque ab eis notæ, et infamiæ maculam abſtergere, eoſque ad omnes honores, gradus, offitia, et dignitates reddere habiles, et idoneos; atquè filios adoptare, et arrogare, et eos adoptivos, et arrogatos facere, conſtituere, et ordinare. Inſupèr filios legitimos, et legitimandos, adoptivoſque emancipare, et adoptionibus, arrogationibus, et emancipatio-

nibus

nibus quibuſcumque omnium, et ſingulorum, etiàm infantium, et adoleſcentium conſentire. Et veniam ætatis ſupplicationibus concedere, auctoritatem, et decretum omnibus interponere. Servos etiàm manumittere, manumiſſionibus quibuſcumque, cùm vindictâ, vel ſinè, et minorum alienationibus, et alimentorum tranſactionibus Auctoritatem, et Decretum interponere, poſſintque, et valeant, et eorum Quilibet poſſit, et valeat. Minores, Eccleſias, & Communitates læſas, alterâ parte ad id priùs vocatâ, & in integrum reſtituere, & integram reſtitutionem eis, vel alteri ipſorum concedere, Juris tamèn ſempèr ordine ſervato; volentes quæcumque, et ſingula prædicta ex nùnc, proùt ex tùnc, & è converſo rata, firma, et perpetua eſſe, et teneri, omni, et quacumque exceptione remotâ, non obſtante in prædictis aliquâ lege, conſtitutione, decreto; ſtatuto, conſuetudine, cæteriſque contrarium facientibus quibuscumque, quibus omnibus, et ſingulis, quatenùs obſtare poſſent præſenti noſtræ conceſſioni, et indulto derogamus, et derogatum eſſe volumus per præſentes, etiàm ſi talia forent, de quibus ſpecialis mentio fieri deberet. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc noſtram creationis, conceſſionis, decreti, voluntatis, privilegii, et gratiæ paginam infringere, aùt ei quovìs temerario auſu contraire, ſi quis verò ſecùs attentare præſumpſerit, prætèr noſtram, & Imperii indignationis graviſſimam pœnam quinquaginta Marcharum auri puri, fiſco, ſeù Ærario noſtro Imperiali, totidèmque parti læſæ totiès quotiès contrafecerit, irremiſſibilitèr pendendam ſe noverit incurriſſe. Harum teſtimonio Litterarum manu noſtrâ ſubſcriptarum, & Bullæ noſtræ aureæ appenſione munitarum, Datum Bononiæ, die quintodecimo Menſis Januarii, Anno Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo, Regnorum Noſtrorum, Romani undecimo, aliorum verò omnium decimo quarto.

CAROLUS.

Ad Mandatum Cæſareæ, & Catholicæ Majeſtatis prop.

Regiſtrat. Obenburger &c.

Al. Valdeſius &c.

Privilegium hoc impreſſum legitur in libro Bononiæ impreſſo anno 1710. ex Typographiâ Barbirolianâ, cui titulus -- *Collegii Bononienſis Doctorum, Pontificii ſcilicèt, & Cæſarei Juris Origo, & Dotes, auctore Angelo Gaggio J. U. D.* -- ſed in illud mendum aliquod irrepſiſſe patet; hoc tamèn minimè obſtante, proùt ibi legitur, fidelitèr tranſcripſimus. Sequitur aliud Imperiale Diploma, videlicèt.

Pri-

Privilegium Artiſtarum.

CAROLUS V.

Divinâ favente Clementiâ Romanorum Imperator Auguſtus, ac Germaniæ, utriſque Siciliæ, Hieruſalem, Inſularum Balearium, Fortunatarumque, ac novi Orbis Indiarum Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, & Galliæ Belgicæ Dominus &c.

Ad perpetuam rei memoriam. Cùm intèr omnia diſciplinarum genera, liberaleſque Artes Philoſophia præcipuè celeberrima, nobiliſſimaque, omnium conſenſu ſempèr habita fuerit, atquè ſit ipſa vivendi lex, virtutum indagatrix, vitiorum expultrix, morum magiſtra, Dei immortalis, cœli, & ſublunarium omnium exploratrix, adeò ut felices, beataſque Reſpublicas illas memoriæ proditum ſit, quas Philoſophi rexiſſent, aùt quarum Principes philoſopharentur. Cumque huic proximè accedat Medicinæ ſcientia, tantæ nobilitatis, ut hominem Deo optimo Maximo quodam modò ſimilem faciat, quippè ejus vitam mortalibus dare, datam verò conſervare, prorogare, ac in meliùs reducere, munus eſt medicæ facultatis, quam & Chriſtus humani generis Auctor, Apoſtolique omnes paritèr profiterentur. Æquum itaquè eſſe arbitramur, ac Chriſtianæ Reipublicæ Imperatore dignum, harum diſciplinarum, aliarumque liberalium Artium ſtudioſos omni favore, gratiâ, ac humanitate proſſequi, quòd etiàm majores noſtros Imperatores præſtantiſſimos, quorum veſtigia inſequi volumus animadvertiſſe, ac religiosè obſervaſſe videmus, quibus non tàm curæ fuit, ut eorum Imperia longè, latéque paterent, quàm florentiſſima Philoſophiæ, Medicinæ, cæterarumque Liberalium Artium Gymnaſia ampliſſimis muneribus, privilegiiſque decorata inſtituere; quâ ratione nimirùm adductus Theodoſius Octavus Junior Romanorum Imperator, poſtquàm Athenæ corruerant, Liberalium Artium, & Medicinæ Studia Bononiam tranſtulit, ubì, facultates ejus, ac Prædeceſſorum noſtrorum operâ à ſitu, ac interritu vindicatæ aſſiduè excoluntur, & florent, ſperamuſque Gymnaſia eadem meliùs procedere, ac amplificari poſſe, ſi hujus Sacri Conventus tempore cum Clemente VII. Pontifice Maximo, à Nobis aliquo inſigni munere exornata fuerint, quò adventus in hanc Urbem noſtri, benevolentiæque, ac paterni Amoris dulce pignus, & ſempiternam memoriam relinquamus: Accedunt preces Venerabilis, docti, devoti, ſinceri, nobilis, dilecti Thomæ Campegii, Artium, & J. U. Doctoris Epiſcopi Fel-

Feltrenſis, Archidiaconi Bononienſis, & ejuſdem Gymnaſii Supremi Cancellarii, prò ipſis Collegiis apùd nos intercedentis, cujus viri virtutibus, ob illius ergâ nos devotionem, ac merita, non ſolùm in iis condeſcendere, ſed & maxima quæque concedere cupimus. Igitùr motu proprio, ex certâ noſtrâ ſcientiâ, animo deliberato, & ſano accedente conſilio, & de noſtræ Cæſareæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula privilegia, conceſſiones, libertates, præheminentias, prærogativas, gratias, & indulta eidem Collegio Artium, & Medicinæ Civitatis Bononiæ à Prædeceſſoribus noſtris Romanorum Imperatoribus, & Regibus conceſſas, & conceſſa in omnibus ſuis punctis, clauſulis, articulis, & continentiis, ac sì eorum omnium tenores hìc de verbo ad verbum inſerti forent, et quos pro inſertis, ac deſcriptis haberi volumus, per præſentes laudamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus, innovamus, & quatenùs opus ſit ea omnia, & ſingula à novo clementèr concedimus; & elargimur, eiſque vim, robur, & auctoritatem noſtram adijcimus, & impartimur, & ut noſtram ergà eadem Collegia Artium, & Medicinæ gratiam, & Clementiam uberiùs oſtendamus, ipſaque quo largiùs homines decorare poſſunt, eo plures ad virtutem, ac bonas litteras ſectandas alliciant, eiſdem motu, ſcientiâ, animo, conſilio, ac poteſtate, dictis Collegiis Artium, & Medicinæ, ad quorum Collegia pertinet, Scholares in rigoroſo examine approbare, & dignos Doctoralibus Inſulis, & inſignibus judicare, plenam, liberam, & amplam poteſtatem, auctoritatem, & facultatem concedimus, ùt quos Doctores creaverint, dignoſque judicaverint, qui Equeſtri dignitate, atque inſigniis decorentur, eoſdem poſſint, & valeant, obſervatis ſolitis cèremoniis milites, ſivè Equites Auratos, Romani Imperii nomine, & auctoritate creare, facere, & conſtituere, Equeſtribuſque inſigniis decorare, & omnia militaria ornamenta eiſdem tradere; Decernentes, ac volentes, ùt hujuſmodi Equites, per prædicta Collegia, ut præmittitur, creandi omnibus illis juribus, privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, honoribus, dignitatibus, & prerogativis uti, frui, & gaudere debeant, ac poſſint, quibus alii Milites, ſivè Equites Aurati manu, et verbo noſtro creati gaudent, utuntur, & fruuntur, ac uti, frui, et gaudere poſſunt conſuetudine, vèl de jure, quibuſcumque in contrarium facientibus non obſtantibus; Recepto tamèn ab ipſis Equitibus, per hujuſmodi Collegia creandis, & ipſorum quolibet debito juramento in hunc modum videlicèt, Quòd erunt Nobis, et Sacro Romano Imperio, noſtriſque Succeſſoribus ritè, ac legitimè ad id venientibus ubicumque terrarum, et locorum egerint, ſeù ad quamcumque dignitatem, et ordinem pervenerint, fideles,

les, nèc unquàm erunt in conſilio, tractatu, et participatione, ubì Noſtrum, et Sacri Romani Imperii damnum, aùt periculum agatur; Quinimmò damna, et detrimenta noſtra prò virili ſuâ avvertent; Orphanos verò, et Pupillos, Viduas, Perſonas miſerabiles, et Eccleſias, laſos, et oppreſſos ubì ſciverint defendent, ac tutabuntur. Præterea ut prædicta Artium, et Medicinæ Collegia amplioribus gratiis, et prærogativis decoremus, motu, ſcientiâ, animo, auctoritate, et poteſtate ſupradictis Doctores omnes Collegiis tàm Artium, quàm Medicinæ cooptatos tàm præſentes, quàm futuros, ad quos pertinet Scholares, ut præfertur rigoroſo examine approbare, et eorum quemlibet, Milites, ſivè Equites Auratos, et ſacri Lateranenſis Palatii, Aulæque Noſtræ Cæſareæ, et Imperialis Conciſtorii Comites fecimus, creavimus, et ereximus, àc per præſentes, auctoritate Cæſareâ, et de plenitudine Imperialis noſtræ poteſtatis facimus, creamus, erigimus, et inſignimus, decernentes, et volentes, ut omnibus, et ſingulis privilegiis, juribus, immunitatibus, inſigniis, ornamentis, honoribus, præeminentiis, exemptionibus, libertatibus, prærogativis, gratiis, et indultis frui debeant, et gaudere, quibus cæteri milites, et Equites, ſtricto enſe à Nobis, aut Noſtris in Imperio Succeſſoribus creati, et ornamentis militaribus inſigniti, ac Sacri Lateranenſis Palatii, Aulæque noſtræ Cæſareæ, et Imperialis Conciſtorii Comites fruuntur, et gaudent, ſeù quomodolibèt uti, frui, gaudere poſſunt conſuetudine, vel de jure. Dantes, & concedentes eiſdem Collegiatis Artium, & Medicinæ, & eorum cuilibet amplam facultatem, & poteſtatem creandi Notarios publicos, ſeù Tabelliones, & Judices Ordinarios, ubiquè per Sacrum Romanum Imperium, qui idonei ſint, & litteraturâ ſufficientes, ſupèr quo ipſorum conſcientias oneramus, eoſque, & ipſorum quemlibet per pennam, & calamarium inveſtiendi, dummodò tamèn ab ipſis Notariis publicis, ſeù Tabellionibus, et Judicibus Ordinariis, per eos, & eorum quemlibet, ut præmittitur creandis vice, & Nomine noſtro, & Sacri Romani Imperii, & pro ipſo Romano Imperio debitum fidelitatis recipiant corporale, & proprium juramentum in hunc modum, videlicèt -- Quòd erunt Nobis, et Sacro Romano Imperio, et omnibus Succeſſoribus Noſtris Romanorum Imperatoribus, et Regibus legitimè intrantibus fideles, nèc unquàm erunt in Conſilio, ubì noſtrum periculum tractetur, ſed bonum, et ſalutem noſtram defendent, ac fidelitèr promovebunt, damnaque noſtra pro ſuâ poſſibilitate vitabunt, et avvertent. Præterea Inſtrumenta tàm publica, quàm privata, ultimas voluntates, Codicillos, Teſtamenta, quæcumque Judiciorum acta, et omnia alia, et ſingula, quæ illis, et cuilibet ipſorum ex debito dictorum offitiorum facienda occur-

occurrent, ea ſcribendo juſtè, purè, fidelitèr, omni ſimulatione, machinatione, falſitate, & dolo remotis ſcribent, legent, facient, atquè dictabunt, non attendendo odium, pecuniam, vèl munera, aùt alias paſſiones, vel favores; Scripturas verò, quas in formam publicam redigere debebunt, in membranis mundis, non in cartis abraſis, nequè papireis fidelitèr, ſecundùm terrarum conſuetudinem conſcribent, facient, ac dictabunt, cauſaſque Hoſpitalium, & Miſerabilium perſonarum, nèc nòn pontes, & ſtratas publicas prò viribus procurabunt: Sententias quoquè, & dicta Teſtium, donèc publicata fuerint, & approbata sùb ſecreto fidelitèr retinebunt, ac omnia alia, & ſingula rectè, juſtè, & purè facient, quæ ad dicta offitia quomodolibèt pertinebunt conſuetudine, vèl de jure. Qui quidèm Notarii publici, ſeù Tabelliones, & Judices Ordinarii, per præfatos Collegiatos creandi poſſint, & valeant per totum Romanum Imperium, & ubiquè terrarum facere, ſcribere, & publicare contractus, teſtamenta, decreta, & auctoritates interponere in quibuſcumque contractibus, requirentibus illa, vel illos, atquè omnia, & ſingula facere publicari, & exercere, quæ ad dictum Offitium Notarii publici, ſeù Tabellionis, & Judicis ordinarii pertinere, & ſpectare noſcuntur; Decernentes, ut omnibus Inſtrumentis, & Scripturis, per hujuſmodi Tabelliones, & Notarios publicos, ſivè Judices ordinarios fiendis plena fides ubilibèt adhibeatur, conſtitutionibus, ordinationibus, ſtatutis, & aliis in contrarium facientibus nòn obſtantibus quibuſcumque. Inſupèr eâdem auctoritate noſtrâ Cæſareâ, motu, animo, ac ſcientiâ ſupradictis damus, & concedimus eiſdem Collegiatis Artium, & Medicinæ, qui ad præſens ſunt, aùt deincèps perpetuis futuris temporibus fuerint amplam facultatem, ut poſſint, & valeant Naturales, Baſtardos, Spurios, Manzeres, Nothos, Inceſtuoſos copulativè, vel disjunctivè, & quoſcumque alios cujuſcumque ſtatus, gradus, & præbeminentiæ exiſtant, etiàm ſi infantes fuerint, præſentes, ſeù abſentes, & ex illicito, & damnato coitu procreatos, ſeù procreandos, extantibus, vèl nòn aliis filiis legitimis, vel agnatis, etiàm alitèr non requiſitis, viventibus, vel etiàm mortuis eorum parentibus, Illuſtrium tamèn Principum, & Comitum filiis dumtaxàt exceptis, legitimare, & eos, ac eorum quemlibet ad omnia, & ſingula jura legitima reſtituere, & reducere, omnemque Genituræ maculam penitùs abolere, ipſos reſtituendo, & habilitando ad omnia, & ſingula jura ſucceſſionum, & hæreditatum, tàm communia, etiàm feudalia, ſeù Emphyteotica, quorum locorum, quorumcumque ſpecialia, etiàm ſi de filiis tantùm legitimè natis loquerentur, etiam ab inteſtato Cognatorum, & Agnatorum, ac ad honores, feuda, dominia, dignitates,

tates, & ſingulos actus legitimos, tàm ex contractu, & ultimâ voluntate, quàm alio quocumque modo, ac ſi eſſent de legitimo matrimonio procreati, objectione prolis illegitimæ penitùs quieſcente, & quòd ipſorum legitimatio, ut ſuprà facta, pro legitimè factâ maximè teneatur, & habeatur, ac ſi foret cùm omnibus Juris ſolemnitatibus, quarum defectus ſpecialitèr auctoritate Imperiali ſuppleri volumus, et intendimus; dummodò tamèn legitimatio hujuſmodi, per Collegiatos prædictos, vèl eorum quemlibet fienda non præjudicent filiis, et hæredibus legitimis, et naturalibus, cùm ipſi cùm legitimandis per ipſos Collegiatos æquis portionibus ſuis ſuccedant parentibus, & agnatis, niſì forsàn ratione ſexus, vel agnationis, ex diſpoſitione legis alicujus municipalis, vel conſuetudine deberent prædicti legitimi præferri, ſi ab initio fuiſſent legitimi, quo caſu ipſam eis prærogativam præſentium quoquè tenore concedimus; ſint autèm ipſi legitimandi de Domo, familiâ, et agnatione parentum ſuorum, ac arma, et inſignia eorum portare, et deferre poſſint, et valeant, etiàm integra, abſquè rupturâ, efficianturque Nobiles, ſi parentes eorum Nobiles fuerint, non obſtantibus, in prædictis aliquibus legibus, quibus caveatur quòd Naturales, Baſtardi, Spurii, Inceſtuoſi copulativè, vel diſiunctivè, vel alii quicumque de illicito coitu procreati, vel procreandi, non poſſint, nec debeant legitimari, liberis naturalibus legitimis exiſtentibus, vel ſinè conſenſu, et voluntate filiorum naturalium, et legitimorum, aut agnatorum, aut feudi Dominorum, et ſpecialitèr in Authen. quibus modis natural. effician. legitimi, et quibus modis natural. effician. ſui per tot., et §. Naturales ſi de feud. fuerit controverſia intèr dom., et agnat., et l. jubemus C. de emancipand. liber., et aliis ſimilibus, quibus legibus, et cuilibet ipſarum volumus expreſsè, et ex certà ſcientiâ pro hac vice derogari, et etiàm non obſtantibus aliquibus contrahentium diſpoſitionibus, et teſtatorum ultimis voluntatibus, aut legibus aliis, et Locorum Statutis, et conſuetudinibus, etiàm ſi talia forent, quæ deberent exprimi, et de illis fieri mentio ſpecialis, quibus obſtantibus, et obſtare volentibus, in hoc caſu dumtaxàt, & ex certâ noſtrâ ſcientiâ, et de plenitudine noſtræ Cæſareæ poteſtatis totalitèr derogamus, et derogatum eſſe volumus per præſentes; concedentes etiàm ipſis Collegiatis hujuſmodi derogationibus, et clauſulis neceſſariis, et oportunis utendi omnimodam poteſtatem. Itèm damus, et concedimus eiſdem Collegiatis præſentibus, et futuris plenam, et omnimodam facultatem, quâ poſſint, et valeant, et eorum quilibet poſſit, et valeat, Tutores, et Curatores confirmare, conſtituere, et ordinare, eoſquè cauſis legitimis ſubſiſtentibus amovere. Nèc nòn cùm infa-

infamibus quibuſcumque, quâcumque, tàm Juris, quàm Facti notentur infamiâ diſpenſare, et famam eis realitèr, et cùm effectu redintegrare, omnemque ab eis notæ, et infamiæ maculam abſtergere, eoſque ad omnes honores, gradus, offitia, et dignitates reddere habiles, et idoneos; atquè filios adoptare, et arrogare, et eos adoptivos, et arrogatos facere, conſtituere, et ordinare. Inſupèr filios legitimos, et legitimandos emancipare, et adoptionibus, arrogationibus, et emancipationibus quibuſcumque omnium, & ſingulorum, & infantium, & adoleſcentium conſentire, & veniam ætatis ſupplicantibus concedere, auctoritatem, & decretum in omnibus interponere; Servos etiàm manumittere, manumiſſionibus quibuſcumque, cùm vindictâ, vel ſinè, & minorum alienationibus, & alimentorum tranſactionibus auctoritatem, & decretum interponere; Poſſintque, & valeant, Minores, Eccleſias, & Communitates læſas, alterâ parte ad id priùs vocatâ in integrum reſtituere, & integram reſtitutionem eis, vel alteri ipſorum concedere, Juris tamèn ſempèr ordine ſervato. Volentes quæcumque, & ſingula in prædictis ex nùnc, proùt ex tùnc, & è converſo rata, firma, & perpetua eſſe, & teneri, omni, et quâcumque exceptione remotâ, non obſtantibus in præmiſſis aliquâ lege, conſtitutione, decreto, ſtatuto, conſuetudine, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque: Quibus omnibus, et ſingulis, quatenùs obſtare poſſent præſenti noſtræ conceſſioni, et indulto, prò hac vice dumtaxàt, et ad effectum præſentium totalitèr derogamus, et derogatum eſſe volumus, etiàm ſi talia forent, de quibus ſpecialis mentio fieri deberet. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc noſtræ creationis, erectionis, conceſſionis, decreti, voluntatis, derogationis, privilegij, et gratiæ paginam infringere, aùt ei quovis auſu temerario contraire; Si quis verò secùs attentare præſumpſerit, prætèr noſtram, et Imperij Sacri indignationem graviſſimam, pœnam quinquaginta Marcharum auri puri, Fiſco, ſeù Ærario noſtro Imperiali, totidèmque parti læſæ, totiès quotiès contrafecerit irremiſſibilitèr pendendam ſe noverit incurriſſe. Harum teſtimonio Litterarum, manu noſtrâ ſubſcriptarum, et Sigilli noſtri Cæſarei appenſione munitarum. Datum Bononiæ die vigeſimâ quartâ Menſis Februarij, Anno Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo, Imperii noſtri Decimo, et aliorum Regnorum noſtrorum quintodecimo.

CAROLUS.

Ad Mandatum Cæſareæ, et Catholicæ Majeſtatis.

Alph. Valdeſius &c.

Bien-

Biennio ab expeditione Litterarum prædictarum exacto, Carolus Imperator in Italiam reverſus, Mantuæ, ſummum Ferrariæ decus Ludovicum Arioſtò, Epicorum, Comicorum, ac Satyricorum Poetarum intèr Italos Principem coronavit, ut ſcribit in ejus vitâ Simon Fornari, & profectò Poetarum maximus nonniſi à Cæſarum invictiſſimo tantæ gloriæ faſtigium conſequi debuerat: Coronam hujuſmodi æternæ prænunciam fuiſſe piè crediderimus, quam ſequenti anno in Patriâ decedens fuit aſſecutus. 1532 1533
Hoc anno Ludovici noſtri emortuali, opus habuit Dux in Scholares nequam animadvertere: Eorum nonnulli ſcientiarum minimè ſolliciti frugi cæteris, ſtudioſiſque ſcandalo, ac impedimento eſſe audebant, Lectoribus, tàm in publico Gymnaſio, quàm in eorum domibus moleſtias inferre, vacationum tempus in Rotulis præſcriptum ultrà conſuetum protrahere, turbas ciére, ac alia perpetrare, quæ petulans juventus ſolet, præcipuè in famoſis Univerſitatibus, ubì Nationes variæ non minùs in Studiorum Societate, quàm in vitiorum communione conveniunt: Effrenatæ igitùr ut ipſorum licentiæ occurreret, Lectoribuſque, ac Scholaribus frugi quietem, litteris per quàm neceſſariam compararet, Edictum (a) ſequens in factioſos, ac inquietos publicari juſſit.

Avendo inteſo non cun ſua poca diſplicentia lo Excellentiſſimo, e Illuſtriſſimo Signor Don Alphonſo da Eſte, per la Dio grazia Duca de Ferrara, de Modena, de Regio, Marcheſe de Eſte, & de Rovigo Conte &c., che per cauſa de alcuni Scolari diſcoli, cusì terreri, come foraſtieri, qualli anno poco animo, & intentione di voler ſtudiar, & imparar virtù, & moleſtano li Doctori legenti in queſto Almo Studio di queſta ſua Inclita Città de Ferrara, de ſorte che non poſſono dicti Doctori far il ſuo debito in legere le ſue lectione, come è ſua intentione, cun non poco detrimento de quelli Scholari, che hanno animo, & voglia de imparar, & cun diſpendio grande vengono in queſta Città, per ſtudiar, & far ſimil boni effecti, cun far anchora alcune diſoneſtà in le caſe de dicti Doctori, non convenienti ad eſſi Scholari; Per tanto per reprimere l'audatia, e temerità de tali, & per dar ordine al quieto viver de dicta Città, & de eſſi Scholari, che li Doctori poſſino far il ſuo debito Officio, & li Scholari, che hanno deſiderio de imparare Virtù, ſenza impedimento alcuno la poſſino conſeguire, & acquiſtare: Per parte di Sua Excellentia

(a) *Commiſs. Ducal. dicti anni*, pag. 68.

tia ſe comanda à ciaſcaduno Scholaro de qualunque conditione ſe ſia, overo vogli eſſere, cusì Eccleſiaſtico, come Seculare, cusì foraſtiero, come terriero, & cusì à quelli, che per lo advenire venerano, che da quì inanzi non preſſumano, ne ardiſcano, ne in Schole, ne fuora de Schole turbar, ne cun parole, ne cun facti, ne per ſe, ne per altra perſona, etiandio che non ſia Scholaro, ne dare impedimento de ſorte alcuna à Doctori legenti, ne à Scholari intranti, che habbiano voglia de ſtudiar, adciò poſſino devenir al ſuo deſiderato fine; Ne etiandio far, ne operar per modo alcuno directo, ò indirecto, che le vacazione del Carnevale, ne altre vacazione, ſe habbino à far inanzi el tempo ordinato per li Statuti del Studio de queſta Inclita Città, overo inanzi el tempo ſerali conceſſo da li Reformatori de dicto Studio, ſotto la pena de la deſgratia de la Excellentia Sua, & altre pene ad arbitrio de Sua Excellentia, ne etiàm ardiſcano, ne preſſumano facte ſerano le vacatione del Carnevale, come di ſopra, exiger da li Doctori legenti cusì Ragion Canonica, & Civile, come anchora da legenti ne le Arte, per cauſa de fare le loro Feſte più ne maggior ſumma, che de quello è ſtato taxato al preſente, & ſerà taxato per lo advenire per eſſi Reformatori, ſotto la pena à li Scholari, che exigeranno major ſumma d' eſſer privati de li loro privilegij, & de altre pene, cusì pecuniarie, come corporale, ad arbitrio de ſua Excellentia, & à li Doctori legenti ſotto la pena del quadruplo de quello averano pagato ultrà dicta taxa, etiàm voluntariamente, In la qual pena vol Sua Excellentia incorrano irremiſſibilmente, & ſe retegni per il Magnifico Judice di Dodeci Savij nel tempo del ſuo pagamento, overo per il Theſoriero del dicto Commune, ſotto la pena de la indignatione de Sua Excellentia: Et chel Teſoriero de dicti Scholari pigliando in depoſito più ſumma de la taxa incorra in la pena de la privatione del Teſaurerato, & de non poter più conſeguir offitio, ne dignità in la Univerſità de dicti Scholari, le qual ſopradicte pene vol Sua Celſitudine ſe incorrano ipſo facto ſenza altra declaratione ne da Sua Excellentia, ne da altro per quella: Notificando à ciaſcheduna perſona, che notificarà alcuno contraveniente à dicta voluntade de Sua Excellentia, conſeguirà la mità de la pena pecuniaria impoſta, overo che per Sua Excellentia ſe imponerà, e l'altra mità ſe applicarà à la ſua Camera Ducale.

Publicatum fuit die vigeſimâ Januarij per Zamboninum Præconem ad feneſtras Palatij Juris Communis.

Poſtre-

Poſtremas, hoc Edicto Univerſitati noſtræ curas Alphunſus impendit, eodem namquè anno, dùm Herculem filium Romam miſſurus eſſet, ut Paulo III. ad Pontificatum (a) evecto obſequium præſtaret, pacemque, quam à Pontificibus tribus ejuſdem Prædeceſſoribus fruſtrà imploraverat, obtineret, miti febriculâ, quæ periculi nihil ab initio minabatur correptus die ultimâ Octobris animam Deo reddidit, poſtquàm proſperam moderato ſempèr animo, fortiſſimo, infractoque adverſam fortunam pertuliſſet. Juſtis Alphunſo magnificentiſſimè perſolutis, Hercules II. filius vigeſimum ſextum agens ætatis annum, die Sanctorum Omnium ſolemni ab Hectore de Sacrato Sapientum Judice, de more Dux Ferrariæ inauguratus eſt. Vix ſuſcepto Imperio, Joannes Bolognini Patavinus Univerſitatis Scholarium Artiſtarum Rector novi Principis clementiam adiit, ut Publicanorum, & præcipuè ad Argentæ paſſus reſidentium licentiam cohiberet, qui à Scholaribus Ferrariam Studii gratiâ venientibus Datia, ac pedagia extorquere præſumebant: Juſtitiæ conſona ſupplicatio Duci æquiſſimo viſa eſt, idcircò per Gabellarios Datia à Scholaribus minimè exigenda eſſe pronunciavit, ut ex precibus, & reſcripto tenoris infraſcripti, videlicèt. 1534

Excellentiſſimo Signore.

A Voſtra Excellentia expono Io Giovan Bolognino Paduano Rettore del Studio dell' Inclita Voſtra Città de Ferrara, per nome della Univerſità di Scholari, maximè foreſtieri, che invitati dall' ampla Crida de Voſtra Excellentia, & privilegi, & exemptione, ad eſſi conceſſi ſon venuti al Studio in queſta Voſtra Inclita Città, come ſono aſtretti de pagar li Dazj de Arzenta, & in alcuni altri luoghi del Dominio de Voſtra Excellentia, per li ſuoi Agenti, delle robbe, che portano per ſuo veſtir, & viver, & per qualunque altro ſuo uſo, contro epſa Crida, e Privilegi, & exemptione ſue, & contra quello ſe oſſerva nelle altre Città di Studio, come Bologna, e Padova, & contra la intentione, come credo de Voſtra Excellentia; Per tanto riccorro à quella benigna, pregandola per ſua innata bontade, ſe voglia dignar concedergli, che poſſino condur, & portar le ſopradette ſue robbe, & cadauna altra coſa, che faceſſe per ſuo uſo liberamente, & ſenza pagamento alcuno di Dazio alcuno, per tutte le Cittade, Terre, &

 Luoghi

(a) *Fauſtin. Hiſtor. Ferrar. libr. 1.*

Luoghi del Dominio de Voſtra Excellentia , & concedendogli queſto ; ſarà cauſa di ampliare il Studio , & invitare altri Scholari , che per tali riſpetti reſtano venir in queſta Voſtra Città à Studio.

Reſcritto.

Intentionis Illuſtriſſimi , & Excellentiſſimi Domini Ducis eſt , quòd Scholares accedentes ad hoc Ferrarienſe Gymnaſium , ut in ipſo moreentur , & ſtudeant , ſint liberi , immunes , & exempti ab omnibus Datiis , non tantùm in hac Urbe , ſed per totum Dominium , prò rebus omnibus ad eorum victum , & veſtitum neceſſariis tantùm : Et ità impoſterùm inviolabilitèr obſervari mandat.

Alexander Guarinus 10. *Novembris MDXXXIV.*

Hæc regiſtrata ſünt in fine Codicis Statutorum Univerſitatis Scholarium Artiſtarum , de quo ſuprà , nèc nòn in Statutis, ſivè Offitiis Gabellarum Groſſæ , & Magnæ nuncupatæ Platearum Communis Ferrariæ , paginâ 113. Sed Annum hunc 1534. à Seculo XVI. , ſi fieri poſſet expunctum optaremus , eo namquè decurrente Henricus VIII. Angliæ Rex acerbiſſimum Eccleſiæ Dei vulnus inflixit . Quâ is causâ, & quomodò ab Orthodoxâ religione deſciverit memorare ad Hiſtoriam noſtram nonnihìl pertinebit ; id autèm ut efficiamus res altiùs aliquantulùm exordienda . Henricus VII. Angliæ Rex, Artùri , ac Henrici VIII. Pater Catharinam (*a*) de Aragoniâ Ferdinandi Caſtellæ Regis
1500 filiam , virtute, ac pietate eximiam Arturo (*b*) Primogenito ſuo Matrimonio copulavit : At Princeps, qui decimumquintum vix attigerat ætatis annum , invalidiſque erat viribus ùtpotè qui lento morbo laboraret , pòſt menſem ab ejus conjugio quintum uxore intactâ deceſſit : Immaturum nati funus Henrici patris animum vehementèr excruciavit , nèc minima doloris pars , quòd ampliſſimam Nurvi dotem reſtituere teneretur ; erat enìm divitiarum appetens , quòd turpem ejuſdem gloriæ notam inuſſit : Modum igitùr meditatus , quo Filij viduam , dotemque apud ſe retineret , ex ſententiâ id futurum cenſuit , ſi illam Henrico filio alteri nuptui daret : Explorato itaquè Ferdinandi Regis animo , is Filiam ſpopondit, dummodò ſupèr his , quæ novo conjugìo obſtare poſſent Romanus Pontifex diſpenſaret : Igitùr â Regum utroque Alexander VI. Papa exoratus , ut auctoritate Apoſtolicâ

(a) *Boſſuet. Hiſtor. Variat. lib. 7. n. 1.*

(b) *Floremund. Hiſtor. de ortu Hæreſ. lib. 6. cap. 1. n. 2.*

ſtolica contrahendi facultatem impertiretur; ſed paulò poſt, ſecutâ Alexandri morte negotium infectum ad Pium III. devolvit, cujus ſub Pontificatu nihìl paritèr reportatum: Tandèm Julio II. ſucceſſori precibus renovatis, ipſe (*a*) de ſapientiſſimorum Theologorum conſilio diſpenſationem conceſſit, quapropter Henricus VIII.; qui paulò antè ob patris mortem regnum obtinuerat, die 3. Julij 1509. legitimum cùm Catharinâ Fratris Viduâ Matrimonium iniit. Connubii hujuſmodi Marìa fructus fuit, quæ à 1509
primâ uſquè Infantiâ Regni Hæres omnium conſenſu agnita, nèc longo annorum viginti ſpatio ullus de Matrimonii hujus validitate ſcrupulus Henrici animum agitavit, donèc perditè, & ad inſaniam uſquè blanditiis Annæ Boulen execrandæ recordationis fæminæ irretitus Catharinæ uxoris amplexus ægrè ferrè primò, deindè cœpit penitùs avverſari; morbos, in quos ipſa inciderat cauſatus: Id autèm Volſeo ut innotuit, conſilii omnium peſſimi Henrico auctor fuit, quo tandèm Regia Domus infamiâ, cædibuſque repleta eſt, ac florentiſſimum Angliæ Regnum fædo Schiſmate à Romanâ Eccleſiâ rebellavit. Thomas Volſeo lanio patre (*b*) natus, eâ quâ pollebat ingenij vi (utinàm uſus probè fuiſſet) adeò ſe in Henrici gratiam, animumque inſinuaverat, regiis amoribus, flagitiiſque aſſentando, ut Regis ejuſdem operâ S. R. Eccleſiæ Cardinalis, Archiepiſcopi Eboracenſis, & Apoſtolicæ Sedis Legati munera obtinuerit: Immani verò hic odio Carolum V. Imperatorem proſequebatur, quòd ſibi anteà amicè habito, dùm ejus ope indigéret, omnia Cæſareæ benignitatis teſtimonia in epiſtolis ad eum datis ademiſſet, quapropter impatiens injuriarum homo nihìl magìs habebat in votis, quàm ut inſignem aliquam de Carolo ultionem ſummeret, ac Henricum perpetuò ab ejus fœdere abalienaret: Cùm itaquè optatam ſui ulciſcendi occaſionem Regis nauſea in Catharinam Conjugem Imperatoris Materteram obtuliſſet, Henrici Confeſſarium ſubornavit, ut eidem ſuaderet, Matrimonium cùm Fratris Viduâ initum nullum eſſe, nèc supèr eo, tamquàm Naturali, ac Divino jure vetito Papam ullo modo diſpenſare potuiſſe, ideòque opus fore, ſi Animæ rectè conſultum vellet, Uxorem Catharinam repudiare: Res juxtà Volſeo ſententiam accidit; Henricus enìm de Coniugii invaliditate comonefactus, Annæque amore exæſtuans, facilè

M 3 virus

(a) *Boſſuet. Hiſtor Variation libr. 7. n 51. n. 5., & Orlean., Hiſtor. Anglic. libr. 8.*

(b) *Floremund. libr. 6. cap. 1.*

virus, pietatis titulo propinatum ebibit, proindè conſilium de Aragonenſi repudiandâ arripuit, illudque Archiepiſcopo, cujus de penu prodierat, arcanum veluti communicavit. Lætus ille proceſſiſſe artes Regis propoſitum, tamquàm cœlitùs immiſſum laudat; quinimmò ut Carolo noceret (a) acerbiùs, novas Henrico nuptias cùm Margareta Alanſonii Duciſsâ, Franciſci I. Galliarum Regis ſorore procuravit: De hoc facilè Reges intèr convenit, non eâdem tamèn perficiendi fide, ut exitus docuit. At quoniàm Henrici ad ſecunda vota tranſitus, ſuperſtite Catharinâ magnum in Eccleſiâ ſcandalum peperiſſet, Romanum Pontificem adire viſum eſt, ut Apoſtolicâ ſententiâ Matrimonium cùm Fratris Conjuge, non obſtante Julii diſpenſatione, nullum, irritumque pronunciaret, ac cùm Alanſoniâ contrahendi poteſtatem faceret: Eâ de re Volſeo machinæ totius Archetypus ad Clementem VII. legatus; ſed antequàm Romam perveniſſet, Henrici Litteræ redditæ ſunt, quibus in mandatis dabatur, ut primam legationis ſuæ partem, Repudii nempè adimpleret, alteram verò, Nuptiarum ſcilicèt cùm Alanſoniâ penitùs omitteret: Horruit Volſeo, nihil aliud quàm Annæ amores Regis mentem immutaſſe conjiciens, pœnituitque, quòd ſe auctore Angliæ univerſæ periculum immineret: Sed jam res eò devenerat, ut ab inceptis
1528 reſilire nequaquàm poſſet: Romam igitùr pervenit, ubì expoſitâ Pontifici, ſacroque Cardinalium cœtui adventus ſui causâ, maximo eorum animos dolore excruciavit, injuſta enìm, ac futilibus innixa rationibus Henrici inſtantia videbatur; nihilominùs Clementi placuit doctiſſimorum virorum Congregationi eam diſcutiendam demandare, cùm onere ſibi referendi: Igitùr Repudii cauſa Regis nomine agitari incæpta, Aragonenſis Procuratoribus ex adverſo validiſſimè reſiſtentibus. Totus autèm contentionis nodus ad Julii II. diſpenſationem (b) reducebatur, quam prò Rege intercedentes nullam, præſertìm ex defectu poteſtatis in concedente aſſerebant, eâ ratione quia in his, quæ de Jure naturali, & immutabili ſunt, Papa diſpenſare minimè poſſit: Hujuſmodi verò juri inniti dicebatur lex (c) Levitici, quâ intèr quoſdam conſanguinitatis, & affinitatis gradus Matrimonium prohibetur, præſertìm, ut in caſu, intèr Fratris Viduam, & Fratrem,

(a) *Pallavicin.*, *Hiſtor. del Concilio di Trento*, *libr.* 2. *cap.* 15. *n.* 6.
(b) *Pallavicin.*, *libr.* 2. *cap.* 15. *n.* 3., *e* 4, *&* *Boſſuet.*, *Variazion. libr.* 7. *n.* 52. 53. 54, *e* 62. (c) *Levitic. cap.* 18. 20.

trem, nè ſcilicèt reveletur defuncti turpitudo: Hùc etiàm ſpectare ajebant illud Joannis Baptiſtæ ad (*a*) Herodem: *Non licet tibi habere eam*, ſcilicèt Herodiadem uxorem fratris tui, undè concludebant Levitici præceptum ità ad naturalem legem pertinere, ùt in Evangelicâ lege ejùſdem relaxatiò permitti nequiret. At contrà, & egregiè quidèm prò Aragonenſi reſpondebatur primò, Levitici locum in casù expoſito perperàm intèr præcepta naturalia negativa, & immutabilia cenſeri; Deus enìm in (*b*) Deuteronomio poſteriorem condidit legem, quâ præcisè mandatum eſt, ut quibuſdam in caſibus Frater alter defuncti Fratris ſemen ſuſcitaret, quòd Deus naturæ Auctor, & conſervator minimè decrevìſſet, ſi Matrimonium hujuſmodi naturæ legibus repugnaret: Secundò, adeò hoc verùm eſſe ajebant, ut Patriarcha Juda Onæ filio imperaverit, Thamar fratris ſui Primogeniti Viduam in conjugem ducere: Tertiò, Præcurſoris dictum nequaquàm cauſæ officere; ìlle enìm Herodem exprobravit de adulterio cùm Herodiade Fratris adhùc viventis uxore. Alia etiàm congerebantur, quæ diſpenſationis Julii validitatem oſtendebant; itàut ipſi Germaniæ Proteſtantes, acerrimi de cætero Eccleſiæ 1531
Catholicæ hoſtes licitàm (*c*) fuiſſe, ideòque infringi non poſſe ſentirent. Dùm hæc Romæ agerentur, Henricus de rei exitu vehementèr ſollicitus celebriorùm Europæ Univerſitatum ſuffragia (*d*) emendicavit: Intèr alios, Almi Ferrarienſis hujus Gymnaſii Theologi, ac Juris utriuſque Magiſtri requiſiti ſunt, ut prò Rege ſcriberent, proùt liquet ex quatuor Cælii noſtri Calcagnini (*e*) Epiſtolis ad Riccardum Croco Anglum datis, qui eâ de causà Ferrariam venerat, Cælioque diſcedens curam Ferrarienſium vota procùrandi reliquerat; fuit enìm Calcagnini Henrico addictiſſimus antequàm ille ab Eccleſiæ unitate recederet; quinimmò in ejuſdem Epiſtolâ ad Regem ſcriptâ ſe quoquè in causâ (*f*) uxoriâ calamum exercùiſſe fatetur Cælius, quod tùnc fieri minimè nefas erat, adhùc enìm sùb ſupremo Romano Judice lis pendebat indeciſa. Narrat Anglicanæ (*g*) Reformationis Hiſtoricus Catholicorum Theologorum plurimos, magnis Henrici muneribus fuiſſe corruptos, Regiumque in Italiâ Procuratorem dixiſſe

(a) *Matthæi*, *cap.* 14. *n* 4. (b) *Deuteronom. cap.* 25. 5.
(c) *Boſſuet.*, *Variazioni*, *libr.* 7. *n.* 54. (d) *Orlean.*, *Hiſtor. Anglic. libr.* 8. (e) *Cælii Calcagnini Epiſtolar. lib.* 11. (f) *Dict. Calcagnin. Epiſtolar libr.* 11. (g) *Burnet.*, *Hiſtor. Reformat. Anglic.*, *Tom.* 5. *in præfation.*, *&* *libr.* 1.

xiſſe blaterat -- *Si multùm ſibi pecuniæ fuiſſet, omnes Italiæ Theologos divo tii ſententiæ ſubſcripturos* -- Nugæ prorsùs, ac Hæreticorum commenta, qui nihil penſi habent, dummodò Catholicis detrahant: Miramur effrontis Hiſtorici audaciam, ſummâ cùm fatuitate conjunctam; debuerat enìm animadvertiſſe, calumniam hanc in majus Reformationis ſuæ dedecus redundàre, Henricum enìm primum Eccleſiæ ſuæ Caput, de ſuo jure diffidentem Theologorum noſtrorum corruptorem pronunciat. Quod ad nos attinet, nonnulli in Ferrarienſi Univerſitate Sacræ Theologiæ Magiſtri prò Henrico, requiſiti ſcripſerunt, non ejuſdem pecuniâ capti, ſed quòd itâ ſentirent; non enìm venale Ferrarienſium genus: Id Henrico innotuiſſe crediderimus, vix nàmquè nummorum tantùm remiſit, ut ex Calcagnino videre eſt, quantùm debitæ mercedi Conſulentibus perſolvendæ ſufficeret; quòd sì cùm cæteris Italiæ Univerſitatibus, ac Theologis œconomicè adeò actum eſt, Henricum à ſubornationis crimine facilimè abſolvimus: Ille autèm morarum pertæſus, clandeſtinis cùm Boulen contractis (*a*) nuptiis Eccleſiæ juditium prævenerat, Clementique iratus quòd cauſam nondùm abſolviſſet, promptiorem ſibi in Regno Judicem delègit, qui ſanctum Catharinæ vinculum dirimeret, ac inceſtas Annæ nuptias approbaret: Thomas Cranmero hic fuit, Anglici Regni peſtis, ſacrique (*b*) ordinis dedecus, quem Gulielmo Varamo Archiepiſcopo Cantuarienſi Catharinæ partibus addicto è vivis ſublato Henricus ſucceſſorem dederat, hac turpiſſimâ conditione appoſitâ, ut, sì Romanus Pontifex favorabilem Aragonenſi ſententiam proferret, ipſe è contrà neceſſariò repudiandam eſſe pronunciaret; indignum profectò hominem Sede, ac nomine ſanctiſſimi Thomæ Cantuarienſis, qui ut Eccleſiæ jura adversùs Regum minas ſarta tecta ſervaret, animam ponere minimè dubitaverat: At quid facinoris non expectandum à Viro, qui cùm Lutheri Hæreſim ſectaretur Catholicum ſe ſimulabat, itaùt à Romano Antichriſto (impiorum verbis loquar) Archiepiſcopatus ſui Bullas petierit, ac obtinuerit; qui cùm Sacerdotio, ac Epiſcopatu fungeretur, Oſiandri (*c*) Hæreſiarcæ peſſimi Sororem, cui priùs vitium intuliſſe perhibetur, ſibi matrimonio junxerat; qui tandèm cùm Cathedram Angliæ primariam à Chriſti Vicario integram, intemeratamque accepiſſet, eam Sæculari poteſtati proſtituere

(a) *Orlean.*, *Iſtor. Anglic. libr.* 8. (b) *Flordemund. qui ſuprà*, *libr.* 6. *cap.* 3. *n.* 2. (c) *Boſſuet.*, *libr.* 7. *n.* 9.

tuere minimè erubuerit? Is igitùr virorum ſceleſtiſſimus, ut impiam Henrico Promotionis ſuæ mercedem maturè perſolveret, die 3. Maij 1533. Divortij (*a*) ſententiam pronunciavit: Ut ve- 1533
rò tanti facinoris nuncium Romam allatum eſt, Clemens è contrà Matrimonium cùm Catharinâ, tamquàm validè contractum 1534
in ſuo robore permanere ſolemnitèr (*b*) declaravit, Henricum excommunicationis vinculo juſtè alligans, ac Angliæ Regnum interdicto ſubjiciens: Quibus intellectis, Rex obdurato, contumacique animo imperium ſuum à debitâ Summo Pontifici obedientiâ iniquè ſubtraxit, Hæreſi januam aperuit; quinimmò ipſe Hæreticorum maximus, ut omnes impietatis numeros expleret, ſe Anglicanæ Eccleſiæ Caput, arbitrumque conſtituit. Sed ab horrendo Henrici Schiſmate ad meliora redeamus. Sequens annus
1535. circà res Studij noſtri hoc peculiare habet, quòd Philo- 1535
ſophus, ac Medicus celeberrimus Antonius Muſa Braſavola intèr Reformatores (*c*) deſcriptus primò legatur: Novæ etiàm in id tempus ortæ fuerant contentiones de Præcedentiâ intèr Juriſtarum, Artiſtarumque Rectores, quas ut componeret, modumque traderet, nè impoſterùm repullularent Ducale (*d*) Decretum Juriſtis favorabile interpoſuit Hercules, ac illud perpetuis futuris temporibus obſervari mandavit: Eſt autèm hujuſmodi.

In Chriſti Nomine, Amen. Anno ejuſdem Nativitatis milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto, Indictione octavâ, die verò vigeſimo ſeptimo menſis Septembris Ferrariæ, ſub Lodiâ Curiæ Ducalis, ſitâ antè Cancellariam Ducalem, præſentibus Teſtibus Vocatis ad hoc ſpecialitèr, atquè rogatis, Egregio Viro Ser Jacobo filio qu. Albertini de Pocaterris Notario, & Ser Petro Marìa de Gardo, ac aliis &c. ∫. Magnificus Vir Dominus Bartholomeus Proſper Ducalis Secretarius exiſtens ſub Lodiâ ſupradictâ impoſuit, & comiſit mihi Notario publico infraſcripto Antonio de Agolantibus, ſubſtituto à Genitore meo Notario XII. Sapientum Civitatis Ferrariæ infirmo, ut me rogarem, qualitèr Illuſtriſſimus Princeps, & Excellentiſſimus Dominus Noſter Hercules II. Dux Ferrariæ, Mutinæ, & Regii IV., Carnùti I., Rhodigii, Giſortique Comes, Carpi, & Montis Arguti Dominus, Viſis relationibus eidem Excellentiæ factis, & inveteratâ, ac antiquâ conſuetudi-

(a) *Orlean.*, *libr.* 8. (b) *Pallavicin. ſopra cit. libr* 3 *cap.* 15
(c) *Memorial. ann.* 1533 *fol* 34. (d) *Comiſſion. Ducal. anni* 1535. *fol.* 177.

tudine, obſervatâ uſquè in hodiernam diem in Gymnaſijs Almarum Civitatum Bononiæ, Patavijque, quòd Rectores Juriſtarum in omnibus actis publicis præcedant Rectoribus Artiſtis, & quòd ſempèr primum locum obtineant, ut patet ex litteris directivis Suæ Excellentiæ, ad evitanda ſcandala, quæ oriri poſſent hac de causâ, declarat Sua Excellentia auctoritate Ducali, quòd de cætero Rector Juriſtarum, qui in præſentiarum eſt Magnificus D. Joannes Bologninus Patavinus, & qui in futurum erunt, in omnibus actis publicis præcedant Rectori Artiſtarum, & primum obtineant locum ſupèr Dominum Rectorem Artiſtarum; Mandans mihi jàm dicto, & infraſcripto Notario, ut notam facerem, & publicum conficerem Inſtrumentum.

Ego Antonius de Agolantibus Notarius rogatus.

Ad hunc annum refertur etiàm Laudum, de mandato Comi-
1535 tis Hectoris de Sacrato XII. Sapientum Judicis prolatum in causâ intèr Commune Ferrariæ, & Fratres S. Dominici Civitatis ejuſdem, prò penſionibus Scholarum publicarum, ad Artiſtarum uſum in Fratrum Monaſterio inſervientium, quod pulcherrimum antiquitatis Academìæ noſtræ documentum eſt; liquet enìm ex ejuſdem (*a*) narrativâ, Scholas prædictas in Monaſterio S. Dominici uſqùe de anno 1297., nempè annis 94. antè Bonifa-
1539 tii IX. Privilegium extitiſſe: Anno verò ab hujuſmodi ſententiâ quarto Daniel Fini Rationum Publicarum Magiſter, Almique Gymnaſii Cancellarius maximo Urbis mœrore è vivis exceſſit: Viri præclariſſimi, optimèque de Litteris meriti cùm apùd Ferrarienſes ipſos memoria ferè fuerit oblitterata, operæ pretium ducimus, nonnulla, ſummatìm tamèn de eo dicere, ut in Patriæ decus ad promeritam ſibi gloriam renaſcatur: Is igitùr patrem habuit Finum Fini de Adriano Nobilem Ferrariæ Civem, Virum doctiſſimum, Fideique Catholicæ amplificandæ ſtudioſum adeò; ut ad disjiciendas Judaicæ perfidiæ tenebras Volumen ampliſſimum, itèmque prætioſiſſimum, cui titulus *Flagellum Judæorum* ediderit, in quo quidquid gravius, ac robuſtius in id argumentum excogitari poteſt ſummâ eruditione complexus eſt; ſed de hoc aliàs dicendum: Hoc igitùr patre ortus Daniel, egregiumque & ipſe nactus ingenium dùm puer adhùc ſcientiarum rudimenta ſuſciperet, magnâ animi alacritate ad Latinas Muſas ferebatur, immò (quemadmodùm de Ovidio ferunt) in eleganti Ele-

(a) *Libr. Decretor. Publicor. anni* 1535. *pag.* 101.

ti Elegiâ, quam ipſe Daniel jàm Senex ad Marcum Antonium Antimacho (*a*) ſcripſit de ſe teſtatur, anno ætatis ſuæ decimo ſecundo carmina multa, rudia tamèn, & impolìta compoſuiſſe; ſed aliquantulùm maturior factus Poeticæ Magiſtros ſibi delegit Ludovicum Carboni, ac Baptiſtam Guarini duo maxima Gymnaſij noſtri lumina, quorum documentis profecit adeò, ut intèr Latinos ævi ſui Poetas, ſivè ſententiarum nobilitate, ſivè ſermonis elegantiâ nulli poſthabendus, pluribus verò præferendus ſit: Ipſum verò in Elegiâ prædictâ audiamus.

Nondùm biſſenos ætas mea viderat annos,
Primitias verſus cùm mihi Muſa tulit;
In mea nativum forsàn præcordia carmen
Senſerat, & tenero pectore dulce melos.
Nàm mea cùm duri ferulæ ſubducta Magiſtri
Dextra foret, puero nil niſì carmen erat;
Verſus erat reſonans, ſed nullâ cultus ab arte.
Sæpèque prò curtâ ſyllaba longa fuit.
Per vada littoreos ſulcavi remige fluctus,
Paulatìm vires ars mihi vera dedit.
Doctrinam hanc celebris nulli Baptiſta ſecundus,
Candidus & Carbo me docuère diù.
Tempus abit puerile, alias me grandior ætas,
Atque viro dignas juſſit inìre vias.

Sic ille: Hæc tamèn amœniora Studia Fino patri cùm parùm utilìa ad rem domeſticam viderentur, validis rationibus hortatus eſt, quatenùs Muſis abrogatis, aliud ſibi profuturum magìs vitæ inſtitutum deligeret. His Daniel monitis (erat enìm patri obſequentiſſimus) faciles aures præbuit, ac ad publica ſuſcipienda munera animum convertit, Muſarum tamèn quibus cùm maximè conſueverat comercio numquàm derelicto: Pergit ipſe Patris hortatum, ſuique obedientiam sic exponere.

Admonitu patrio novi, lanuginis expers
Unda Cymaclenſis quot daret æra Duci.

Si

(a) *MS. Carminum Danielis Fini, apùd Heredes Advocati Cæſaris Favalli, pag.* 212.

Si medicus pater eſt, dat pharmaca filius ægris,
Scripturæ is Fiſci Protomagiſter erat.
Dedalus Icariis humeris cùm nexuit alas,
Non reor hunc tantùm præmonuiſſe priùs,
Admonuit quantùm Genitor, cùm duxit in Artem
Me propriam, ſuadens linquere plectra Chelys:
Quid facis (hæc dixit) ſequeris quod inutile eſt;
Qui ſequitur Muſas, eſurit indè ſenex.
Mæonides teſtis, teſtis celeberrimus ævo
Factus inops noſtro Carbo poeta tibi:
Integrat en totâ cantus æſtate cicada,
Sed premit hanc hyemis tempore dira fames;
Fas, & jura jubent natum parére parenti,
Mox ego ſic monitis ſub juga colla dedi.

Multa itaquè Daniel munera, tàm à Ferrariæ Ducibus, quàm à Reipublicæ moderatoribus ſibi commiſſa egregiè obivit: Primò, pecuniarum Ducalis Cameræ exactor fuit; deindè exigendi Buccatici vectigal, quod Sigiſmundi Eſtenſis, Herculis fratris in cenſu erat, ac Foro Piſcario præſidendi uno, eodemque tempore cura illi demandata: Tandèm, ut alia omittamus, quæ in ſequentibus Elegiæ ejuſdem carminibus recenſentur, ab Urbe noſtrâ Scripturarum Reipublicæ Magiſter, Almique Gymnaſii Cancellarius electus eſt: Illum audìre iterùm nè pigeat.

Militibus conceſſa diù ſtipendia mox ſunt,
Et belli, & pacis tempore nota mihi;
Et fuit à nobis exacta pecunia Fiſci,
Prò quà Dux vires Eleonora dabat;
Pòſt modò Buccarum ſolvenda pecunia Fratri
Principis, hìnc eadem plena favore fuit;
Piſcibus illatum vectigal novimus, hujus
Præfecti dùm nos fungimur offitio.
Per quoquè jus habui piſcoſi ſtagna Cymacli,
Gaſparis invalidi dùm vice fungor ego:
Publica mox noſtrum calcavit ſarcina dorſum,
Sarcina, quæ temnit Bellerofontis aquas;
Aſt ubì Caſtaliis inimica ſororibus hæc eſt
Nixa humeris, carmen more cubantis erat.

Expulit

Expulit ignavum Doctor mihi Ripa ſoporem ,
Fecit Nicoleos Paniciatus idem ;
Sic gemini Strozzæ , gemini fecere Guarini ,
Cælius & rarus , Pictor & ille ſenex .
Tùnc aberas , nàm te Phæacia , Marce , tenebat ,
Ut magè nota tibi lingua Pelaſga foret ;
Carmine , poſt reditum , me ad carmina protinus urges . &c.

Quinquaginta annis circitèr ſe totum Daniel Patriæ impendit , donèc ætate , laboribuſque confectus è vivis ſublatus eſt , vir ſummi ingenii , altæ eruditionis , miræque in Patriam charitatis : Nitido , facilique caractére ſcripſit , quòd conſtat ex multis Rationum Publicarum Libris Memorialibus ejuſdem manù exaratis ; Agros metiendi Artem calluit , pingendi quoquè haùd imperitus fuit , quòdque magìs illius perennem ad gloriam confert , intèr tot quibus diſtinebatur curas , ſuaviſſima Latina carmina , modis Tibullianis referta elucubravit ; quæ ſi omnia , ut brevi futurum ſperamus , in lucem prodeant , amplum ſatìs Volumen conſtituent . Præcipuos Daniel ævi ſui Latinos Poetas laudatores habuit , eos præſertìm qui tùnc Ferrariæ degebant , ex alienigenis nempè Marcum Antonium Antimaco , Hieronymum Cantalupo , Ludovicum Theſſira , Paulum Palioti , Hieronymum Pigafetta , ex noſtratibus verò Nicolaum Marium Paniciato , Jacobum Cagnacini , Lylium Gregorium Giraldi , Ludovicum Bigo Pittorio , Cælium Calcagnini , Baptiſtam , ac Alexandrum Guarini , Titum Veſpaſianum , & Herculem Strozza , alioſque , ut videre eſt in pulcherrimo Codice MS. in folio Carminum Danielis noſtri , ac aliorum Poetarum , pœnès Hæredes præclariſſimi olìm Juriſconſulti Cæſaris Pariſi Favalli , ad cujus manus pervenit Codex idem ex legato quondàm Dom. Joſeph Vaccari Gioia Philoſophi , Medici , Poetæ , omnigenæque eruditionis Viri , de quo aliàs ſermo erit : Placet hìc , prò coronide nonnihìl carminis Epiſtolaris per Titum Veſpaſianum Strozza ad Danielem ſcripti , ac Epitaphium eidem defuncto à Scipione Balbi (*a*) poſitum adijcere : Titus igitùr , poſt nonnulla , de Fini laudato sìc canit.

Quid

(a) *In MS. Finiano ſuprà citat. pag.* 4., *&* 221.

Quid loquar ingenuos mores? quid ſingula dicam,
Quæ meditata tibi certâ ratiône geruntur?
Proventus, ſumptuſque ſimul Reſpublica per te
Noſtra ſuos didicit, ſummâ tibi calculus omnis
Perſpicitur curâ, & ratio ſolidatur ad unguem.
Quòdque, licèt parvi id facias, tamèn id quoque ſummis
Laudibus accedit, facili quòd littera per te
Ducta manu gratum quiddam lectoribus affert.
Ars quoquè pingendi tibi non incognita, nec te
Alter inæquales metitur rectiùs agros.
Quid, quòd Apollineus docto de pectore ſurgit
Spiritus? atquè intèr tot magna negotia condis
Digna Tibulleâ ſuaviſſima carmina muſâ?

& paulò poſt

Fluminis ad ripas Mariæ venerabile Templum
Condendi, cultuſque ſacros quæ cura parandi
Te cùm Nicoleo teneat Ferraria novit.

loquitur Titus de Templo Mariæ Virginis, vulgò *Della Schappa*, quod ære (*a*) Communis Ferrariæ, in Burgo S. Georgii, ad ripas Padi Volanæ conſtructum eſt anno 1503.

Danielis Fini Tumulus, per D.
Scipionem Balbum.

Si ſupereſt ullus ſenſus poſt fata ſepultis,
Geſtiat, ò Daniel, Conjugis umbra licet:
Sejunctum voluit non te fortuna jacère,
Perpetuus cùm fas eſſe negaret amor:
Reddidit ergò illi tua mors, quem vita trahebat
Sempèr in ingratæ tempora longa moræ.
Vos modò conſortes tumulo requieſcite in iſto,
Unaque tamquàm unum contegat urna duos.

1539 Eodem, quò Daniel, anno, dùm Herculi II. Duci operam pingendo impenderet Ferrariæ (*b*) obijt Joannes Antonius Regillo,


(a) *Guarin, Chieſe, libr. 6.* (b) *Gio Franceſco Palladio degli Olivi, Hiſtor. del Friuli, part. 2. libr. 4. fol. 159.*

gillo, *Pordenone* à patriæ nomine nuncupatus, qui Georgii, vulgò *Giorgione* de Caſtro Franco Pictoris celeberrimi methodum ſecutus eſt, ac fæliciſſimè imitatus adeò, ut intèr præcipua Picturæ lumina jure meritò recenſeatur: Hunc Ferrariam accerſitum ajunt, ut in nobiliſſimo ejuſdem Caſtro pingeret, nèc non Aulæòrum, quorum intexendorum ars tùnc apùd Ferrarienſes efflorebat, typos efformaret: Ejus autèm corpus, ut teſtatum reliquit Eccleſiarum noſtrarum (*a*) Hiſtoricus, in Templo Sanctæ Mariæ Angelorum tumulatum eſt. Hoc etiàm labente anno (*b*) Donnus Hyppolitus Princeps Eſtenſis Archiepiſcopus Mediolani, Ducis Ferrariæ frater, dùm in Galliis eſſet, earum Rege inſtante Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis creatus eſt; itàque in Italiam reverſus, ut Romam peteret, Pontifici prò collatâ ſibi dignitate gratias acturus, die Auguſti ſextâ Ferrariam venit, dùm Civitas Annonæ penuriâ laboraret: Pauperùm tùnc decem millia, Duce jubente, in Urbe deſcripta, quòs omnes Princeps idem piiſſimus, ſubditorumque ſuorum amantiſſimus non tantùm eleemoſynarum copiâ ſublevavit, verùm etiàm eos in Nobilium, Civiumque opulentiorum domibus, ac in Regularium Cœnobiis collocavit, ut quotquòt rebus ad victum neceſſariis abbundarent, egenorum inopiæ pręſto eſſent, deque caritatis merito participarent: Multa quoquè pauperibus, hoc tempore ſubſidia, & largè quidèm ſubminiſtravit Hyppolitus fratris pietatem emulatus, quòd utiquè facere potuit, cùm & Sæculari ampliſſimo, quòdque tantum decebat Principem patrimonio, & ingentibus Eccleſiaſticis redditibus, in Gallijs, Italiâque ditaretur: Hic verò Hyppolitus ille, qui ſenioris Hyppoliti itèm Cardinalis Eſtenſis veſtigiis inhærens Litteras, ac Litteratos Viros ſummo ſempèr in prætio habuit, quorum, & quidèm præclariſſimorum magnam in Aulâ ſuâ ſplendidiſſimâ copiam alebat, itaùt maximus Ingeniorum Mecœnas appellari promeruerit: Ab omnibus ferè Seculi ſui Scriptoribus laudatur, quos intèr Marcum Antonium Muretti audiamus, qui in Epiſtolâ 23. libr. 1. ad Paulum Sacrato ſcriptâ, de tanti Principis Aulâ hæc habet -- *Referta erat Domus Hominibus eruditis*,

(a) *Guarini*, *Chieſe*, *libr.* 3.
(b) *Fauſtini*, *Hiſtor.*, *libr.* 1.

tis , ex quorum convictu , et ſ rmone aliquid perpetuò diſceres ;. itaquè domus ipſi s Academìa quæddam videri poterat – . Sed de Hyppolito aliâ in Hiſtoriæ noſtræ Parte ſermo erit , cùm de Ferrarienſibus doctrinâ illuſtribus , qui prætèr Gymnaſij noſtri Lectores floruère ſingillatim agemus , juxtà Operis œconomìam, de quâ , antequàm argumento manus admoverimus , ſatìs ſupèrque præſati ſumus .

ALMI



ALMI FERRARIENSIS
GYMNASIJ HISTORIA.
LIBER TERTIUS.

NObis Hiſtoriam proſecuturis occurrit primò Pauli III. Pontificis Ferrariam adventus; cùm enim, annuente Purpuratorùm Patrum Senatu, Petrum Aloyſium Farneſi Parmæ Ducem inaugurari decreviſſet, itèr ingreſſus Ferrariam venit, ubì triduo conſtitit, ab Hercule II. apparatu regio exceptus: Ipsâ adventus die, quæ fuit Aprilis vigeſima pri- 1543
ma ad veſperas, in Ducali Palatio pulcherrimo, cui *Belvedere* nomen, in Urbis conſpectu aſſurgente epulis magnificè recreatus Pontifex pernoctavit. Loci amœnitas, aeriſque ſalubritas jucundiſſimam tanto Hoſpiti ſtationem paraviſſe videbantur; nàm paulò procùl à Portâ (*a*) Caſtri Tedaldo triangularis formæ inſula, *Principis* vulgò nuncupata intèr Padi undas eminebat, mœniis venuſtè munìta, quæ ingredientium oculos ingentis Prati,

N her-

(a) *Agoſtino Fauſtini, Hiſtoria di Ferrara, libr.* I.

herbis, floribuſque refertiſſimi aſpectu jucundabat: Hunc virentes circùm buxi præcingebant, in medio verò æneus arboris truncus mirâ elaboratus arte, interniſque tubis perforatus, per quos Padi aqua ſaliens in tenues diſtincta rivulos erumpebat, ac in nitidiſſimâ marmoreâ conchâ colligebatur; hìnc autèm ad Ædem auguſtiſſimam patebat aditus, xiſtis, columnis, ſcaliſque forinſecùs ornatam adeò, ut intuentes in admirationem raperet, celebriores enìm Europæ Archetypi sùb Alphunſi imperio eâ in conſtruendâ omnes ingenii, artiſque vires inſumpſerant: Proximè parvum Sacellum formâ elegans, picturiſque dictatum pretioſiſſimis accedebat; inferiùs verò, aliâ in Inſulæ parte balnea, ſylvæ, nemora frugiferis referta arboribus gratiſſimam familiaribus, cicuribuſque brutis, ac univerſi generis avibus ſtationem præbebant: Sed ne Patriæ res amplificare videamur, eâ confidentiâ freti, quòd horum omnium nùnc nulla ampliùs extent veſtigia, ideòque à nemine mendacii argui poſſimus, teſtes edimus Auguſtinum (*a*) Fauſtini, ac ab eo citatos Fr. Leandrum Alberti, & Auguſtinum Steuco, qui Inſulam hanc noſtram Moyſis Paradiſo exæquare, quinimmò etiàm anteferre non dubitarunt: De eâ etiàm sìc cecinit, in ſecundo Carminum libro præclariſſimus Cælius Calcagnini.

Hæc, quæ ſidereis feſtum caput exerit undis
Inſula, & ætherias hìc quoquè jactat opes,
Non eſt mulciberis juſſu, non arte Cyclopum
Condita, apollineâ non nitet illa manu,
Verùm operâ aligerum raptìm ſuccrevit Amòrum,
Dùm certat Matri quiſque placére ſuæ;
Ipſa Charis reſoluta comas, ſuccincta papillas
Aggeſſit lapides dives Erythra duos;
Cinnameos viden ut flores fert Dædala tellus,
Et viden ut frondes blandiùs aura movet.
Hìc Venus, & Mavors, quantùm lubet oſcula miſcent,
Nèc metuunt laqueos, invide claude, tuos;
Quìn etiàm Alphonſus magni Herculis inclyta proles,
Se comitem ludis ſæpè utriuque facit:
Dùm ludunt, Veneri ceſtus, Marti excidit umbo,
Protinùs illa Heros induit apta ſibi:

Nùnc

(*a*) *Agoſtino Fauſtini, Hiſtor. di Ferrara, libr.* 1.

Nunc ceſto pectus, nunc læva umbòne coruſcat,
Civibus indè amor eſt, hoſtibus indè metus.

laudatur quoquè ab immortali noſtro Ludovico Arioſto, *Orland. Furioſo*, *Cant.* 43. *ſtanz.* 56. 57., *e* 58.

Così dicendo, pur tuttavia in fretta
Sù quel battel, che parèa aver le penne,
Scorrendo il Rè de fiumi, à l' Iſoletta,
Che à la Cittade è più propinqua venne:
E ben che foſſe allora erma, e negletta;
Pur s' allegrò di rivederla, e fenne
Non poca feſta, che ſapèa quanto ella
Volgendo gli anni, sarìa ornata, e bella.

Altra fiàta, che fè queſta via,
Udì da Malagigi, il qual ſeco era,
Che ſettecento volte, che ſi ſia
Girata col Monton la quarta Sfera,
Queſta la più gioconda Iſola fia
Di quante cinga mar, ſtagno, ò riviera:
Sì, che veduto lei, non ſarà, ch' oda
Dar più alla patria di Naſica loda.

Udì, che di bei tetti poſta inante
Sarebbe à quel'a sì à Tiberio cara:
Che cederian l' Eſperide à le piante,
Ch' auria il bel loco d' ogni ſorte rara;
Che tante ſpecie d' animali, quante
Vì ſien, nè in mandra Circe hebbe, nè in ara;
Che v' harìa con le Gratie, e con Cupìdo
Venere ſtanza, e non più in Cipro, ò in Gnido.

Hæc verò omnia, Arcis Ferrariæ condendę gratiâ periêre, quòd in ſuâ Hiſtoriâ deplorat Auguſtinus (*a*) Fauſtini. Die ſequenti Pontifex ad Divi Georgii Patroni Templum extrà muros (*b*) ſe contulit, nèc procùl Aloyſium infantem Herculis Ducis filium, cùm ſexaginta primæ Nobilitatis Scholaribus 1543
N 2 obviam

(a) *Hiſtor. di Ferrar. lib.* 5. (b) *Fauſtini ſopra citat.*

obviam habuit. Is cùm Paulum pronus adoraſſet, Ferrariæ claves obtulit, quas ſigno Crucis munitas ſubridens reſtituit Pontifex, monens, ut cautè ſervaret. Urbem deindè cùm decem ac ſeptem S. R. Eccleſiæ Cardinalibus, Principibus, Regum Oratoribus, ac innumeris Romanæ Curiæ Prælatis ingreſſus eſt, Ferrarienſis Populi animis in lætitiam effuſis, fauſtaque omnia Patri ſanctiſſimo à Deo precantibus: Nova tùnc Urbi facies ſuperinducta, in viis præſertìm, per quas Pontifex gradiebatur, pretioſiſſimis enìm aulæis, pictiſque egregiè tabulis exornatæ quamdam triumphi ſpeciem præſeferebant: Sìc Paulus ad Cathedralem Eccleſiam pervenit, precibuſque ad Deum fuſis ad nobiliſſimum Ducale Caſtrum deductus eſt, in quo Hercules omnia tantæ Majeſtatis hoſpitio opportuna regio ſumptu parari curaverat: Die verò ſolemni S. Georgii, in eâdem Eccleſiâ Cathedrali Papa divinis interfuit, Populo benedixit, Ducemque amantiſſimè deoſculatum Roſâ Aureâ donavit; noctù verò, ingenti animi oblectatione uniùs ex Terentianis Comædiis auditor fuit, quæ ab Infantibus, Pueriſque Eſtenſibus ſexus utriuſque Principibus mirificè acta eſt; demùm ſequenti die, maximi pretij munere Duciſſæ relicto, Parmam versùs iter arripuit. Hoc quoquè anno plurimùm Univerſitati noſtræ honoris acceſſit, conductione eruditiſſimi Legum Interpretis Andreæ (a) Alciati Mediolanenſis, cui ſtipendium annuum ſcutorum mille duocentum de auro in aurum conſtitutum eſt. At quoniam hiſce temporibus Scholas
1544 Artiſtarum, in Cœnobio S. Dominici poſitas Scholaribus recipiendis ſatìs non eſſe compertum eſt, pars quæddam atrii laqueati eodem in Cœnobio à Confratribus S. Crucis per Reipublicæ (b) Adminiſtratores conducta, ac ære publico ad Scholæ uſum parata. Hoc eodem labente anno, die 5. Novembris Lucia Narnienſis Virgo, primò Tertii Ordinis, deindè Monialis Clauſtralis D. Dominici, Cœnobiique noſtri S. Catharinæ de Senis Fundatrix, Ferrariæ ad Superos evolavit: Miris hæc virtutibus claruit, miraque vivens patravit; tantâ autèm intèr cætera in Jeſum Crucifixum charitate æſtuabat, ut ejuſdem Stigmatibus pedes, manus, latuſque inſigniri promeruerit: Hæc multi conſpexére, tantique prodigii teſtimonia perhibuerunt, quæ in proceſſibus ejuſdem Beatificationis deducta ſunt; nos unicum tantùm à celeberrimis qua-

(a) *Memorial. ann.* 1543., *fol.* 35. (b) *Memorial. ann.* 1544., *fol.* 57.

quatuor (*a*) Univerſitatis noſtræ Lectoribus ſubſcriptum hìc exhibemus.

Noverint Univerſi, & maximè Vos Domini Conſiliarii Civitatis Almæ Norimburgenſis has præſentes lecturi, aùt audituri. Qualitèr Nos infraſcripti Juris utriuſque Doctores in Almo Ferrarienſi Gymnaſio legentes vidimus Venerabilem Sororem Lucìam Narnienſem Tertii Ordinis S. Dominici, quæ in præſentiarum reſidet in hac Urbe noſtrâ Ferrariæ, cùm magnâ, & optimâ famâ. Quæ etiàm fertur Stigmata in corpore ſuo ferre in manibus, & pedibus, & latere, quorum Stigmatum ſigna quatuor propriis oculis vidimus, videlicèt manuum, & pedum: quintum verò in latere conſtitutum, proptèr honeſtatem nobis inſpicere non licuit. Quæ Stigmata nobis viſum eſt, & juditio communi eorum, qui ipſa viderunt, non arte humanâ, ſed à ſolo Deo conceſſa fuiſſe, & in fidem præmiſſorum propriis manibus nos ſubſcripſimus, & ſigillis noſtris, quibus Conſilia noſtra ſigillare conſuevimus, prò majori firmitate, & ſuprà narratorum fideli teſtimonio munivimus ad laudem Dei, qui fecit mirabilia ſolus. Ferrariæ die vigeſimâ ſextâ Januarij milleſimo quingenteſimo primo.

Ego Antonius à Leùtis Juris Utriuſque Doctor Civis Ferrarienſis ordinariam lectionem matutinam ibidèm in jure Pontificio legens propriâ manu me ſubſcripſi.

Ego Joannes Franciſcus Calcaneus de Corrigio Juris utriuſque Doctor, jus Civile in Almo Ferrarienſi Gymnaſio legens propriâ manu ſcripſi.

Ego Joannes de Puteo Juris utriuſque Doctor, ac Illuſtriſſimi Domini, Domini Ducis Ferrariæ Regius Conſiliarius, prò merâ, & purâ veritate atteſtor dicta Stigmata in manibus, & pedibus Vener. Dominæ Sororis Luciæ vidiſſe, quæ omni ſani capitis recto, & communi juditio, non à naturâ data, ſed potentiâ cœlitùs ab eo, qui omnia poteſt demiſſa judicarentur. In fidem præmiſſorum manu propriâ me ſubſcripſi, & ſolito magno ſigillo ſigillavi die ſextâ Auguſti milleſimo quingenteſimo ſecundo in Civitate Ferrarienſi.

Ego Joannes Valla Legis Doctor, & Syndicus Generalis &c. atteſtor, ut ſuprà ſcriptum eſt, & præſente Illuſtriſſimo Domino, Domino noſtro Duce, ac Magnifico Domino de Monteſono Regis Chriſtianiſſimi Capitaneo, & aliis duobus, ſeù tribus Chriſti Servis, cùm quo Capi-

(a) *Domenico Ponſi, Vita della Beata Lucìa da Narni, numero X., fol. 223.*

taneo tamquàm Legatus iturus eram in Galliam ad præfatum Chriſtianiſſimum Regem, & cujus Capitanei precibus præfatus Illuſtriſſimus Dominus Dux ſuaſit ipſi Venerandæ Sorori Luciæ, quòd nobis ipſa Stigmata oſtendere vellet, antè diſceſſum noſtrum, & ità nobis conceſſum fuit ipſa Stigmata vidère. Quæ quidèm nobis miranda res, & cœlitùs conceſſa viſa fuit, & in fidem præmiſſorum manu propriâ me ſubſcripſi, et meo ſolito ſigillo ſigillavi die ſextâ Auguſti milleſimo quingenteſimo ſecundo in Civitate Ferrariæ.

At poſt fæliciſſimum Narnienſis tranſitum, inſignem mœroris cauſam præbuit Clariſſimi Patriæ noſtræ luminis Cælij Calcagnini
1546 mors: De tanti viri ſapientiâ, operibuſque ab eo editis dicturi ſumus, cùm de Lectoribus Studij noſtri ſermo erit; nùnc tantùm ſummæ ejuſdem in Patriam charitatis argumentum proferemus: Is igitùr die 4. Maij anni 1539., rogitu Galeacij Schivazappi Ferrarienſis Notarij ſuum, cùm quo deceſſit Teſtamentum condidit, quo, intèr cætera, prælegati jure Monaſterio S. Dominici Ferrariæ copioſiſſimam Bibliothecam ſuam, unà cùm quibuſdam Mathematicis inſtrumentis reliquit, onere tamèn Legatariis injuncto, ut ea omnia ad uſum publicum, Calcagnini præſertìm Familiæ, eorum in Bibliothecâ exponerent: Particula Teſtamenti hujuſmodi eſt. -- *Itèm jure Prolegati, amore Dei, et omni alio meliori modo, quo potuit, reliquit Monaſterio, et Fratribus Prædicatorum Sancti Dominici Civitatis Ferrariæ omnes, et ſingulos Libros, quos tempore ſuæ mortis reperietur habere ipſe Dominus Teſtator in quibuſcumque Scientiis, et Facultatibus, unà cùm omnibus, et ſingulis Inſtrumentis Mathematicis, et duabus Sphæris, et Globo cæleſtium Conſtellationum manu factis Excellentiſſimi Domini Jacobi Ziegleri Germani, et Horologium ipſius Domini Teſtatoris, cùm capſâ Turritâ, cùm onere, gravamine, et reſtrictione, quòd dicti Fratres teneantur, et debeant, et sìc juſſit dictus Dominus Teſtator, illos, ac illas, et illa exponere in eorum Librariâ, ſeù Bibliothecâ, factâ, vel fabricandâ, et hæc omnia ad uſus publicos; cùm hoc, quòd ſi aliquis, aùt aliqui de Domo, Agnatione, et Familiâ Calcagninâ, qui ſtuduerint, ſtuduerit, aùt ſtudère vellet, vèl vellent, uno, vèl pluribus ex illis indigerent, vèl indigeret, teneantur, et debeant dicti Fratres unum, vel plures ex illis eidem, ſeù eiſdem, sìc ſtudenti, vèl ſtudentibus accomodare, recepto, ſeù receptis priùs ab eo, vèl eis pignore, vel pignoribus, & cautione de reſtituendo illum, ſeù illos eiſdem Fratribus, & Monaſterio, & reſtitutum, vèl reſtitutos reponendum,*

dum, & reponendos in ejus, vèl eorum locum, ſeù loca, priſtinum, vèl priſtina ordinatè in Bibliothecâ prædictâ ſtandos, & permanendos in eâ, & ulteriùs alitèr non amovendos. Quibus quidèm Fratribus, ultrà prædicta, prò aſſidibus, catenis, & ſerulis emendis, prò conſtruendis Scamnis, ſeù Bancis dictæ Bibliothecæ dictus Dominus Teſtator, jure prædicto reliquit ſcutos quinquaginta auri in auro, ex pecuniis ſibi debitis per dictum Dominum Paulum, & exigendos per eos, & conſequendos à dicto Domino Paulo in ſecundo termino, ſeù deſtinatâ obligatione, & ſolutione, ut in dicto Inſtrumento rogato me infraſcripto Notario continetur, poſtquàm Cadaver ipſius Domini Teſtatoris fuerit in dictâ Arcâ repoſitum &c.

Secutâ igitùr Calcagnini morte, Fratres S. Dominici legatum confecuti in ampliſſimâ Bibliothecâ, columnis marmoreis in tres diſtinctâ naves Libros Cælij noſtri omnes, in Armariis quinquaginta ſex ordinatè collocarunt; Cælij verò corpus, ac ſi ad librorum ſuorum cuſtodiam excubaret, & tamquàm avarus in theſauro ſuo, ut jocatur Gallus (*a*) Auctor, ſupèr Bibliothecæ januâ in Arcâ marmoreà, quam ſexennio antè ſibi Calcagnini idem vivens paraverat, unà cùm ſequenti inſcriptione conditum eſt.

Quùm Cælius Calcagninus nihil magìs optaverit vivens, quàm de omnibus prò fortunæ captù quàm optimè mereri, decedens Bibliothecam, in quâ multò maximam ætatis partem egit, in ſuorum Civium gratiam publicari, & in eâ ſe condi mandavit: Tù, quiſquis es, rogo, ut hominis B. M. manibus Deum Optimum Maximum propitium preceris. Ex diuturno Studio in primis hæc didicit, mortalia contemnere, & ignorantiam ſuam non ignorare. H. M. H. N. S. Jo. Hieronymo Monferrato gratiſſ. ejus alumno procurante.

Cælius Calcagninus Apoſt. Sedis Protonotarius vivens ſibi poſuit. Hoc deerat temeritati humanæ, ut eorum cura ſuſciperetur, quæ nequè mortuis eſſent profutura. Anno Sal. MDXL.

Anno à Calcagnini obitu tertio Civitas noſtra ad legendum Aymonem Cravetta de Saviliano, magni nominis (*b*) Juriſconſultum conduxit. Urbem deindè peſtis invaſit, quam nonnulli à nefariis hominibus conſultò illatam (*c*) crediderunt, aliis è con- 1549

N 4 trà

(a) *Anton. Teiſſier, Elogi degli Huomini Letterati, part.* 1.
(b) *Memorial. ann.* 1549. *fol.* 81. (c) *Fauſtini, libr. citat.*

1550 trà, & veriùs, plagam hanc Divinæ ultioni immediatè aſcribentibus: Itaqùe Lectorum pauci publicè docuerunt; at cùm Civitas ſequenti anno convaluiſſet, Doctores omnes intermiſſum opus
1551 reaſſumpſere, quinimmò ipſis acceſſit inſignis Legum (*a*) Interpres Joannes Coraſi de Tholosâ, ad primariam Juris Civilis Ca-
1552 thedram aſſumptus; ipſi quoquè Artiſtarum Rotuli locupletiores in eo redditi, quòd Rhetoricæ, Poeſeos, Græcarumque Litterarum Lectura demandata ſit eruditiſſimo (*b*) Joanni Baptiſtæ Nicoluzzi, aliàs *Pigna* Ducali Secretario, ac Eſtenſis Genealogiæ Scriptori egregio: Vix dùm injuncti muneris partes is implere
1553 incæperat, cùm eloquentiam ſuam exercere opus habuit in funere inſignis (*c*) Equitis Baptiſtini Strozza, quem Dux, ac tota Eſtenſium Familia adeò intèr caros habuit, ut ab Aloyſio Principe uſquè ad tumulum fuerit comitatus. Per idem tempus deceſſit etiàm nobilis, ac ſapientiſſimus Juris Conſultus (*d*) Ludovicus Cato, qui Principibus, ac Patriæ inſerviens immortalem ſibi gloriam comparavit. Quoniam verò Luterana, ac Calviniana Hæreſes his quoquè temporibus aliqua Italiæ Loca infecerant, Hercules, nè Urbs noſtra fœdiſſimâ earum ſanie pollueretur vehementèr ſollicitus Societatis Jeſu Patres apùd nos ſede per-
1554 petuâ (*e*) firmavit, ſapientèr quidèm, nàm doctiſſimum, ſanctiſſimumque D. Ignatij Lojolæ Agmen in Hæreſum prædictarum, ac vitiorum omnium perniciem natum eſſe videbatur. In ipſo tamèn Societatis exordio Hercules I. Dux à Beato Patriarcâ Claudium Lajo Gallum, unum ex primis (*f*) ejuſdem Sociis impetraverat, qui etiàm dicti Principis à Confeſſariis fuit, ac in Venerabili Divæ Annæ Xenodochio morabatur: Huic Gallus alter Paſchaſius Brojet ſucceſſerat, cui ſex Societatis ejuſdem Præsbiteri laborum comites adiuncti ſunt; Brojet verò deindè in Galliam revocato, Joannes Peletani Sociis præfuit, ac primus omnium Ferrariæ Rectoris nomen aſſumpſit, ſibi parvâ (*g*) Eccleſiâ, ac Domo Puellarum S. Mariæ à Rosâ aſſignatis eò loci, ubì poſtmodùm inſigne Templum, pulcherrimumque Patrum prædictorum Collegium conſtructum eſt. Leges intèr, quas Divino dictante Spiritu D. Ignatius conſtituerat, ea non minima eſt, quòd Societatis Filii ubiquè locorum bonis litteris, optimiſ-

(a) *Memorial ann* 1551. *fol* 58. (b) *Memor. ann* 1552 *fol.* 64.
(c) *Fauſtini*, *Hiſtoria di Ferrara*, *e Guarini*, *Chieſe*, *libr.* 2.
(d) *Fauſtini*, *ubi ſuprà*. (e) *Fauſtini*, *ubi ſuprà*.
(f) *Guarini*, *Chieſe*, *libr.* 4. (g) *Fauſtini*, *detto*, *libr.* 1.

miſque moribus juventutem inſtituant, nullam ab Hominibus, totam à Deo laboris mercedem expectantes. Tùnc igitùr admiſſis, ſeù potiùs conſtabilitis ab Hercule Societatis Patribus, eorum, aliorumque Sanctiſſimorum Ordinum vigilantiâ Cives noſtri ad meliorem redacti frugem, Adoleſcentuli ſcientiis, ac piétate formari cœpti, quòdque maximum beneficiorum eſt, omnis Hæreticæ contagionis timor ſtatìm exulavit: Renata ipſa Ludovici XII. Galliarum Regis filia, Herculis Ducis conjux Calvinianæ Sectæ incauta virus ebiberat, clàmque Sectariis favebat; quaproptèr nonnulli Calvini aſſeclæ in Aulam noſtram irrepſerant, jàmque Aulicorum ſexus utriuſque quorumdam, Litteratorum præſertìm animos infecerant, aliis peſtem communicaturos, nisì Herculis auctoritas, indefeſſa Animadverſorum in hæreticam pravitatem cura, ac Patrum Societatis charitas cæteris proſpexiſſent: Hanc Renatæ labem, pòſt ejuſdem laudes, modeſtè, ut ſubditum decebat, carpit Jacobus Lebetius Lavezoli noſter, in primo Carminum ſuorum libro; cui titulus *Helicon* ad Herculem II. Ferrariæ Ducem hiſce carminibus.

Hunc etiàm ornabit thalamis Hymeneus honeſtis,
Chriſticolumque omnis ſuberit cui Gallia, regis
Connubio junget ſtabili, natamque Aloyſii
Adjiciet, propriamque viro dabit Iræneam,
Fæmineum decus, atquè ingens quæ gloria ſæcli,
Ætatiſque ſuæ, quæ ſola hoc Principe digna
Sit tanto: nì fortè mala, ehèu, pocula Circes
Imbibat, ac ſe ſe monſtris immiſceat atris,
Et pravo ſanctos infuſcet dogmate ritus,
Simplicitate ſuâ, atquè dolis eluſa malorum
Illa hominum; Deus infaſtum quod maximus omen
Optimus avvertat.

Ità Lebetius Poeta de Renatæ prævaricatione; sèd apertiùs, liberiuſque Hiſtorici, apùd quos in confeſſo eſt, Calvinum è Galliâ Ferrariam veniſſe, & clàm per dies aliquos in Renatæ Aulâ conſtitiſſe: Non adeò tamèn latere potuit, quìn Dux nefarij hominis præſentiam, audaciamque perſentiſceret, jamquè de eo actum erat, nisì ab Aſſeclis periculi certior factus Ducis iræ ſe properè ſubduxiſſet. Fugientem potentèr inſecutus eſt Hercules noſter, ut læthalis Hydræ capita igne conficeret, at magno Catho-

tholicæ Reipublicæ malo Principis ſollicitudinem fefellit, flammaſque promeritas devitavit: Ut autèm Aulæ, ac Urbis indemnitati proſpiceret, ac quidquid hæreſis irrepſerat eradicaret, Renatam (*a*) ad dies aliquos ſeorsìm in Ducali Palatio, magnificè tamèn detinuit Hercules, Principes filias in Corporis Chriſti Monaſterio ad tempus incluſit, totamque Duciſſæ Familiam, quàm error polluerat, in Galliam remiſit: Hæc autèm omnia cùm ſtatìm poſt admiſſos Societatis Patres acta ſint, eorum, magnâ ſaltèm
1554 ex parte id eveniſſe conſilio creditum, & noſtratum Hiſtoricorum aliquis apertè teſtatur: Magnas profectò grates Ferrariam Societati debere, haùd minimas rependiſſe fatendum eſt, in tribus illis Orbis luminibus Joanne Baptiſtâ Riccioli, Nicolao Cabeo, ac Daniele Bartoli, quos grato, lubentique animo Societati obtulit: His acceſsére etiàm Ferrarienſes alii Societatis filii præclariſſimi, hoſque intèr, ut de cæteris taceamus, Proſper Malavolta, Hieronymus Zambotto, Marcus Antonius Vincenzi, Alexander Fiaſchi, Alphunſus Novara, Franciſcus Hercolani, Sigiſmundus Nigrelli, Julius Negri, Antonius Mileſi, & ex viventibus Octavius Freguglia, Joſeph Gregori, Bernardinus Arienti, Antonius Franciſcus Bellati intèr Oratores eloquentiſſimus, aliique plures: Sed & aliud inſigne amoris, ac grati animi argumentum ſtatìm edidit Civitas; cùm enìm de Societate in Galliarum Regno primò
1555 admittendâ, ſtabiliendâque ageretur, Almæ Univerſitatis noſtræ Lectores ſolemne, Patrum favore teſtimonium protulére, quod Hercule Duce curante Sorbonæ, Theologis exhibitum eſt, plurimùmque apùd eos momenti habuit, ut in Gallias Societas induceretur. Rem narrat, ac documentum tranſcribit laudatus Daniel (*b*) Bartoli, his verbis -- *Volle oltre di ciò il Duca, che à Teologi della Sorbona ſi mandaſſe un ſolenne giudizio fatto di noi dall'Univerſità di Ferrara, la quale ſotto que magnanimi Principi gareggiava in valor d'Uomini con le più rinomate d' Italia. Era in quel tempo Riformator dello Studio il Protomedico Anton Muſa Braſavola, di nome, e di memoria anche oggidì glorioſa, e degnamente al merito del ſapere, e de libri, per cui vien contato fra' migliori Trattatori, e Padri della Medicina. A lui, per cagion dell' Uffizio, fù commeſſo dal Duca, l' adunar con ſolenne chiamata l' Univerſità de Maeſtri, & in iſpecificandogli à che far di loro così adunati, che era aver-*

(a) *Fauſtini*, *Hiſtor. di Ferrara*, *libr.* 1.

(b) *P. Daniele Bartoli*, *Italia*, *libr.* 3 *cap.* 11.

averne in aperta dichiarazione, il bene, ò male, che lor pareſſe della vita, della dottrina, de Miniſteri de Noſtri, e reccarne à valida, e autorevol forma il commun loro giudizio. Confeſſa egli ſteſſo, che à maniera di inorridito addimandò, come, e per cui, ò ignoranza, ò malizia poſſibil foſſe metter in dubbio l'evidente, e abbiſognar di giuſtificazione, di teſtimonianze, di prove, ſopra qual ſia la Compagnia di Gesù, la quale . . . . e proſeguì dicendone quel che gli parve ancora da ſcriverſi (come fece a' Dottori della Sorbona) lodi da non poterſi quì rapportare, ſalvo alla modeſtia il ſuo dovere. Congregati adunque nella Chieſa di San Romano trentadue Dottori, e Maeſtri di quell' Univerſità il dì venteſimo di Aprile dell'anno 1555. *eccone, per più vero ſcrivere il loro Giudizio, con le loro ſteſſe parole: Contati per nome eſpreſſo à un per uno tutti, e trentadue, ſoggiunge il Cancelliero.*

Qui Domini Magiſtri omnes, uno ore, unoque animo, tamquàm eodem Divino afflati Spiritu in hæc verba prorupére -- Schola Jeſu, & Societas, ſicùt, & cæteræ aliæ debent, juxtà Chriſti documentum ex Operibus judicari. At omnes cenſuerunt, nihìl ab his fieri, quìn ſit ob ſanctitatem admiratione dignum. Nàm in primis liberales Artes, & utramque linguam, græcam dico, & latinam gratìs docent, & talibus moribus cereos Puerorum animos inſtituunt, ut nullus eorum ſit, quì in puerili ætate ſenium contraxiſſe non videatur. Deindè publicè concionantur, Evangeliumque omni Creaturæ exponunt. Miſſarum ſolemnia celebrant, & nihìl intactum prætermittunt, quod ad Religionem attineat. Nàm & Xenodochia frequentant, ægros ſolantes, eos relinquunt probè ædificatos: quæ omnia oſtendunt, ipſorum Opera an ſint receptione, an repulſione digna. Itaquè concludebant, *ſi non eſſent in hàc almâ Patriâ, undiquè eſſe conquirendos, & nullis parcendo impenſis, ad Urbem rectè ordinatam eſſe convocandos: ex eorum enìm converſatione tot prodeunt bona, ut nihìl melius inveniri poſſit. Hoc fuit de his Viris noſtræ Univerſitatis Judicium, quod ad illos mittimus, ut ad viros probos, qui judicent, an ſint ab Urbibus expellendi, an potiùs quærendi, & recipiendi, & sì non adſint, ubiquè Terrarum inveſtigandi: nulli enìm ad hæc uſquè tempora Urbibus magìs utiles iſtis, et magìs ad Chriſtianam pietatem ædificandam neceſſarij.*

Così appunto i Maeſtri di quell'Univerſità: e di eſſi, e del Duca Hercole vagliami per iſconto di gratitudine l'averne laſciata a' tempi avvenire queſta riverente memoria. -- Hactenus Bartoli.

Cal-

Calvino, ac Calviniſtis Urbe pulſis Julius III. Pontifex Romæ deceſſit, cui cùm à Sacro Cardinalium cœtu Marcellus Cervini fuiſſet ſucceſſor datus, Hercules Romam petiit, ut ejuſdem pedes oſcularetur, ſeque, ac ſua Apoſtolicæ Sedis patrocinio commendaret. Poſt hæc Viri duo celeberrimi ad legendum in Univerſitate noſtrâ acciti, Perinettus Parpaglia Pedemontanus Juris Utriuſque Interpres, qui etiàm Juſtitiæ à Conſiliis fuit, & Silvius Antoniano (*a*) Romanus, *Poetino* vulgò dictus Humanarum Litterarum profeſſor; ſed paulò (*b*) poſt publicæ in Gymnaſio exercitationes intermiſſæ, Lectoribuſque ſtipendia adempta, quorum in cauſâ bellum fuiſſe arbitramur, quod à Philippo Hiſpaniarum Rege Urbi noſtræ parari (*c*) timebatur; nàm Dux cæteris poſthabitis curabat, ut hanc imperii ſui Metropolim, quâ facilior hoſtibus aditus patère poſſet, novis propugnaculis munìret: At dùm hæc agerentur, Venetorum, ac Ducis Hætruriæ operâ omnia pace compoſita; Eâ tamèn frui Hercules in terris minimè potuit, nàm febri correptus, quæ nullum malignitatis indicium præſeferebat, repentè exarſit adeò, ut illum vixdùm extremis Eccleſiæ auxiliis roboratum enecarit; Magnum ſanè Principem, omnibus, quæ Regem decent virtutibus decoratum: Has intèr clementia emicuit, quâ illatarum ſibi injuriarum oblivìſci conſueverat, itaùt Hiſtoricus (*d*) noſter ſcribere non dubitaverit, nullum fortaſsè Principum extitiſſe, qui Herculem, parcendo ſuperaverit: Rebus Lycei noſtri favit maximè, ac Litteratos ſummo ſempèr in pretio habuit, cùm & ipſe ſcientias ſit ſectatus, ac præſertìm ſolutâ Oratione, carminibuſque Adoleſcens adhùc ſtylum venuſtè exercuerit. Juſtis extincto Principi de more perſolutis, ejus cadàver in Eccleſiâ interiori Sanctimonialium Corporis Chriſti ſepultum eſt, Alphunſoque II. defuncti Primogenito, per Galeatium Eſtenſem (*e*) Taſſoni Comitem Sapientum Judicem imperium ſolemnitèr delatum: Cùm igitùr tranquilla omnia in Urbe eſſent, Populuſque ob Ducis inaugurationem lætaretur, Studium quoquè apertum eſt, ſtipendiis Doctorum unicuique reſtitutis: Hìnc Joannes Baptiſta (*f*) Nicoluzzi, cognomento *Pigna* Ducalis Secretarius intèr Gymnaſij Reformatores locum obtinuit, utquè Clariſſimi Juris Conſulti Ferrarienſis Joannis Ceſali, qui ad legendum in Ticinenſi

(a) *Memorial. ann.* 1557., *fol.* 27. (b) *Mario Equicola*, *Annali*, *fol.* 133. (c) *Fauſtini*, *libr* 1. (d) *Fauſtini*, *ubì ſuprà*. (e) *Fauſtini*, *libr.* 2. (f) *Memorial. ann.* 1560. *fol.* 24.

cinenſi Lyceo conductus fuerat jactura repararetur, Juriſtarum Rotulo adſcriptus eſt Joannes Franciſcus Terzani Cremona inſignis (*a*) Legum Interpres: Infauſtum tamèn quid hoc eodem anno Humanarum Litterarum ſtudioſis accidit, Scholæ enìm ad Periſtylium Caligariorum poſitæ repentino (*b*) incendio conflagrarunt, quo loco paulò pòſt ab Hominibus Artis prædictæ reparato, in ſuperiori Periſtylij parte, ubì Scholæ fuerant, elegans Oratorium in honorem D. Criſpini Martiris conſtructum eſt. Id infortunij animos eorum, qui Rempublicam adminiſtrabant primùm ſolicitos reddidit, ut de Scholis omnibus uno, eodemque in loco ſtatuendis cogitarent, quòd poſtmodùm actum eſt, ut infrà dicemus. Cùm autèm in hoc tempus incidant Equeſtria ſpe- 1561
ctacula, mirâ magnificentiâ Ferrariæ edita, eorumdem nudam ſaltèm mentionem facere pretium erit; horum autèm nonnulla quibuſdam in Voluminibus publici juris factis deſcripta ſunt, ut Ferrarienſium ſtudia non in Litteras tantùm, ſed in Arma etiàm innoteſcant. Martiales animos, uſquè ab Urbis origine nacti ſunt Ferrarienſes, eorumque virtus in poſteros traducta adeò, ut maximam ſempèr intèr cæteros Italiæ Populos, ſivè in veris, ſivè in ludicris certaminibus gloriam ſint conſecuti. Quo ad ludicra (horum ordinandorum Magiſter celeberrimus Thomas Bombagi Ferrariæ floruerat ſæculo XIV., à Franciſco Petrarcâ, in ſuis Epiſtolis, ut aliàs dicturi ſumus, Roſcio Amerino exæquatus) multa ab Eſtenſibus Principibus, alia ab ipſis Ferrariæ Nobilibus, vèl ob inſignes Nuptias, vèl ob Principum adventum, vèl etiam recurrente Baccanalium tempore celebrata ſunt, de quibus ſingulis, præſertìm antiquioribus dicere miſſum facimus, ea tantùm, quæ ſub Alphunſi II. Ducis imperio acta ſunt recenſentes. Anno igitùr 1561., dùm Mantuæ Dux Ferrariæ eſſet 1561
lætis Baccanalium diebus, in magnâ Ducali Aulâ excantatum *Gorgoferuſæ* Caſtrum regio ſumptu erectum (*c*) eſt, ibidèmque à Ferrariæ Principibus, Nobilibus, ac Civibus haſtis concurſum, & id paritèr pòſt dies aliquos, adſtante Florentiæ Principe actum eſt ad *Feroniæ Montem*, quèm brevì lectiſſima Artificum manus Gorgoferuſæ Caſtro, in Aulâ eâdem ſubſtituerat: Anno verò 1565., dùm Nuptiæ (*d*) intèr Alphunſum Ducem Ferrariæ prædictum, & Barbaram Auſtriacam celebrarentur, magnificentiſſi-

(a) *Dicto Memorial.*, *fol.* 23. (b) *Memorial. dict.*, *fol.* 24.
(c) *Fauſtini*, *Hiſtor.*, *lib.* 2. (d) *Fauſtini*, *ubi ſuprà*.

tiſſimum, cæteriſque aliis præclarius Torneamentum, hoc verbo uti liceat, peractum fuit in Viridario, in quod ex Ædibus Duciſſæ aſſignatis proſpectus erat; ibì enim arboribus cunctis ſolo exæquatis, pulcherrimum *Amoris Templum*, undè ludo nomen, Palatia, Montes, Nemora, Prata, aliaque id genus excitata ſunt, ibiquè à centum Ferrariæ nobiliſſimis equeſtri partìm, partìm pedeſtri pugnâ dimicatum eſt, tot, tantiſque Decertantium apparatu, Excantationum miraculis, Monſtrorum varietate, rerum Metamorphoſi, Nympharum, Paſtorumque condecoratione, facularum (noctù enim ſpectaculum actum eſt) multitudine, eoque ſuaviſſimo Vocum, Tubarum, Fidiumque concentu, ut Principes ipſi, Populique, qui undequaquè convenerant in admirationem rapti, ac veluti ſenſibus abalienati, auguſtius nihil vidiſſe, nèc viſuros umquàm ſperare ſe ſe profiterentur. Sed elegantiſſimam ſpectaculorum trium prædictorum deſcriptionem unico volumine italicè ſcripto Ferrariæ edidit anno 1566. Anonymus Auctor, qui Joannes Baptiſta Pigna communitèr creditur. Anonymo eidem aſſeritur etiàm deſcriptio, Ferrariæ quoquè typis data regii alterius ſpectaculi, noctù exhibiti in Foveis Urbis noſtræ, tumulum versùs, quem nos *La Montagnuola* nuncupamus, anno 1569. ob adventum (*a*) Sereniſſimi Caroli Auſtriæ Archiducis: Inſula mirâ arte Aquarum in medio conſtructa, ac in eâ Caſtrum pulcherrimum aſſurgebat, quod magicis præſtigiis excitatum fingebatur; illìc verò lectiſſimi Principum, ac Nobilium Ferrarienſium, loco circùm undiquè facibus innumeris coruſcante incantamentum diſſoluturi dimicarunt; ſed celebritatis lętitiam Equitum ſex præclariſſimorum, Guidonis ſcilicèt, & Hannibalis Bentivoglio, Herculis Montecucolo, Nicolucij Rondinelli, Hannibalis Eſtenſis, & Herculis Bevilaqua interitus funeſtavit; hi enim cùm ab Urbis muro in cymbam deſcendiſſent armati, ut in Inſulam traijcerent, quoddam ſtrepitu in ſuperiori muri parte audito, repentino perculſi metu, ne pinnæ in cymbam, quæ nondùm loco mota erat deciderent, omnes in adverſum naviculæ latus ſe recepère; quapropter eâ nimio inversâ pondere, miſerrimè ſubmerſi ſunt. Sed & annis 1579. in magno Theatro ad Ducale ſtabulum, & 1585. à Nobilibus haſtâ concurſum eſt, ac ad metam (*b*) convolatum; quinimmò anno 1594. ipſæ etiàm Nobiles Fœminæ, Equitum inſtar venuſtè armatæ ad tibiarum leges

(a) *Fauſtini*, *libr.* 2. (b) *Fauſtini*, *libr.* 2.

ges choreis luſerunt, innocua interdùm ſpicula (*a*) in eos, qui aderant, Maurorum more jaculantes. Nèc tantùm equeſtribus ſtudijs florebat Civitas, ſed omnia etiàm Alphunſo II. imperante, muſicis concentibus reſonabant: Quotquòt utriuſque ſexus Muſici, vel canendi, vel pſallendi arte in Italiâ primas obtinebant, ſedem Ferrariæ conſtituerant, nullumque ferè Nobilium Civium reperiſſes, qui non Muſicæ operam daret: Omnia itèm Sanctimonialium (*b*) Cœnobia, Duce ipſo ſuadente ſtudium hujuſmodi coluére adeò, ut Muſicis earumdem choris nihìl ſuaviùs exaudiri poſſet. Quid verò de Theatrorum Ferrarienſium in illud tempus amplitudine, pulchritudine, magnificentiâ dicendum foret? quid de Drammatìbus frequentiſſimo Exterorum concurſu muſicè recitatis? omnia cùm paucis complecti nequeant, noſtrum ad argumentum revertimur, hoc dumtaxat adijcientes, Aulam ſcilicèt Ferrarienſem cæteris Italiæ omnibus ſplendidiorem extitiſſe, aliasque magnifica agendi ab eâ exemplum fuiſſe mutuatas. Rotuli intereà Doctorum clariſſimorum, tam exterorum, quàm noſtra- 1561
tum copià locupletabantur: Primos intèr recenſemus Joannem (*c*) Baptiſtam Laderchi de Imolâ; intèr Ferrarienſes verò Proſperum Paſetti, Hyppolitum Riminaldo, & Joannem Roncagalli omnes Juris utriuſque conſultiſſimos. Ingens etiàm Univerſitatis noſtræ hæc laus fuit, quòd ex eâ aſſumerentur Viri præſtantiſſimi, ut in celebrioribus Gymnaſiis publicè docerent; id autèm per hoc tempus accidit Joanni (*d*) Baptiſtæ Giraldi Ferrarienſi, Cinthio nuncupato, qui in Sabaudiam ſe contulit, ut ejuſdem Duci, à quo 1563
fuerat ad legendum invitatus morem gereret: Nè tamèn quidquàm Lyceo noſtro ademptum videretur curavit Civitas, Antonio (*e*) Montecatino Philoſophiæ, ac deincèps Aſtrologiæ Cathedram 1564
conferendo; is verò injuncto ſibi muneri adeò par fuit, ut cognomento *Philoſophus* omnium conſenſu fuerit appellatus: At ſequenti anno Dominicus Bondè Ferrarienſis, unus ex Univerſitatis 1565
noſtræ in Philoſophiâ, & Medicinâ Lectoribus, latinarum, græcarumque Litterarum peritiſſimus, morte ſublatus eſt: Ingenuis fuit ille moribus, ac in ægenos magnificus, quibus etiàm decedens majorem, uberioremque aſſis ſui partem poſtremis tabulis reliquit: Sacrarum hic quoquè (*f*) Litterarum Lecturæ, quæ ad noſtra

(a) *Fauſtini, libr.* 2. (b) *Fauſtini, loc. cit.* (c) *Memorial ann.* 1561 *fol.* 27. (d) *Memor ann.* 1563 *fol* 27. (e) *Memor. ann.* 1564 *fol.* 19. (f) *Guarini, Chieſe, libr.* 3.

noſtra uſquè tempora, ſingulis anni Feſtis diebus in Cathedrali Eccleſiâ exercetur Inſtitutor fuit, libris centùm Ferrarienſis monetæ quotannis Lectori aſſignatis, proùt conſtat ex ejuſdem teſtamento, per Hieronymum Terzani Cremona Ferrariæ Notarium recepto: Bondè cadaver in D. Dominici Æde tumulatum eſt antè Sacellum olìm D. Petri Martyris, nùnc S. Dominici, Sepulcrali operculo Diſticon inſculpto unà cùm eleganti Epitaphio, quod duobus græcis carminibus concluditur, in Guarini citato opere extantibus: Epitaphium verò eſt hujuſmodi.

D. O. M.

Dominici Bondii qui à primâ adoleſcentiâ Græcis, Latiniſque litteris politiſſimè imbutus, ingenii, atquè induſtriæ laude ſempèr claruit. Philoſophiam verò Medicinamque Ferrariæ multos annos publicè profitendo acutiſſimè, diligentiſſimè, atquè integerrimè, cum omnium favore docuit, ac exercuit, de universâ Auctorum antiquitate, ut de ſuâ ipſiuſmet ætate optimè meritus, niſì fortè nullo tantæ eruditionis ſuperſtite monumento ambitionis etiàm aliquid in modeſtiſſimo viro deſiderare poſſit poſteritas.

In Sepulcrali Lapide.

Dominicus Bondius Medicus, quiſquis ac Philoſophus.
Mi Domus hæc requies curarum ſola mearum,
Omnibus una meis certa Medela malis.
Vitam vixit ann. XLIX. Men. III., die XX. Mortem obiit
V. Idus Julij Anno MDLXV.

Intereà cùm Reipublicæ Moderatores arbitrarentur, ad majorem Studii majeſtatem pertinere, ſi publicæ Scholæ per Urbem diſperſæ in unum cogerentur, ubi aptè, & prò rei dignitate id fieri poſſet conquirebant; multis idcircò ædibus conſideratis, ea tandèm opportunior viſa eſt, quàm, ſub Divi Clementis Paræciâ Albertus Eſtenſis Marchio Ferrariæ Dominus conſtrui curaverat, quamque nos *Paradiſi* Palatium appellamus: Amplum illud ſatìs, Palæſtriſque ibidèm Facultatum unicuique parandis aptiſſimum, quìn etiàm celebritatis ergò cæteris omnibus anteferendum videbatur; in eo enìm hoſpitio olìm receptos (*a*) conſtat Balthaſarem Coſſa Cardinalem (poſteà Romanus Pontifex sùb Joan-

(*a*) *Guarini, Chieſe, libr.* 4.

Joannis XXIII. nomine dictus eſt) dùm prò Sede Apoſtolicâ ad Nicolaum III. Eſtenſem legatione fungeretur, ac deindè Joannem Paleologo Græcorum Imperatorem, dùm Ferrariam Œcumenico Concilio intereſſendi gratiâ ſe contuliſſet: Re approbatâ, fa- 1567
cilè convenit cùm Hippolyto Eſtenſi Cardinali ampliſſimo, cujus Ædes in cenſu erat, ut eàm, annuâ ſub (*a*) præſtatione Scutorum octuoginta de auro in aurum, ad Lycei publici uſum locaret: Quoniàm verò intèr Partes ſtipulatum, ut in Feſto S. Michaelis conductio exordium ſumeret, jamquè Studiorum inchoan- 1567
dorum tempus imminebat, Joannis Antonii Rondinelli Sapientum Judicis curâ, ſtatìm (*b*) cubicula novem, in inferiori, alia in ſuperiori Palatii parte, ac laqueatum atrium in uſum Scholarum totidèm immutata ſunt, ſcamnis, exedriſque inſtructa: His omnibus oportunè paratis ibidèm in Feſto D. Lucæ Studio- 1567
rum univerſorum Sedes conſtituta eſt, veteribus Scholis Juriſtarum, Artiſtarum, Rhetorumque Cœnobiis D. Franciſci, D. Dominici, ac Caligariorum Arti reſpectivè, reſignatis: Quò loci Scholæ D. Dominici reperiebantur, Beati Caroli Borromei Societas ſacro Roſarii Sodalitio aggregata, anno 1571. Oratorium (*c*) conſtruxit, ſed cùm poſt annos triginta graves intèr eam, ac S. Dominici Fratres controverſiæ eſſent obortæ, loco cedere, diùque ſedem querere coacta eſt, donèc pietate, ac ſumptibus Caroli Emanuelis Pio de Sabaudiâ Ferrarienſis Cardinalis ampliſſimi, elegans dictæ Societati Eccleſiâ à fundamentis, ſub D. Caroli titulo fuit excitata anno 1613., propè Templum D. Annæ, ubì anteà Sacellum parvum SS. Apoſtolis Philippo, & Jacobo dicatum cernebatur; dictum verò Roſarii (*d*) Oratorium Venerabilibus in Hæreticam pravitatem Animadverſoribus anno 1614. traditum eſt, prò cauſis ſacri Tribunalis ibidèm pertractandis, ut patebat ex ſequenti inſcriptione, quæ uſquè ad ætatem noſtram ſupèr januâ ſuperioris Atrii legebatur.

D. O. M.

Paulo V. P. M. ſedente, Horatio Spinolâ Legato Ferrariæ, Hæ Ædes, olìm Artium Lectoribus Publici Gymnaſii Ferrarienſis, deinde annis quadraginta Confratribus S. Roſarii conceſſæ. Poſtremò in multis reſtau-

O

(a) *Memorial. ann.* 1569. *fol.* 25. (b) *Memorial. ſud fol.* 3.
(c) *Guarini, Chieſe, libr.* 4. (d) *Andrea Borſetti, Supplemento all'Hiſtor. del Guarini delle Chieſe di Ferrara, fol.* 49.

reſtauratæ Sanctiſſimæ Inquiſitionis cauſis pertractandis perpetuò dicatæ 1614. Fr. Jo. Baptiſta Scarella Brixienſe Inquiſitore Ferrariæ, & ad hanc comodiorem, & ampliorem formam redactæ 1662., Fratre Caſimiro de Cremonâ S. T. M. Inquiſitore.

Sed Ædes hujuſmodi temporis injuriâ læſas, ſituque ſquallidas paucis retrò annis reparare, ac reformare aliquantulùm aggreſſus eſt Reverendiſſimus Pater Hermes Viſconti Mediolanenſis Inquiſitor, deindè verò opus vix inchoatum nobiliſſimè abſolvit, ornavitque adeò ejuſdem ſucceſſor Reverendiſſimus Pater Andreas Cortini Forolivienſis, ſummæ Vir doctrinæ, ac humanitatis, ut ejuſdem curæ, ſumptuique omnia prorsùs accepta referri debeant: Hujus autèm nuperrimæ reformationis occaſione vetus monumentum prædictum deletum eſt, novumque aliud in parvo quoddam cubiculo ſubſtitutum. Circà memorata translationis Scholarum tempora (annus præcisè ignoratur) mors contigit Petri Caſtagna natione Hiſpani, recolendi nominis Medici, quem, eſtò intèr Gymnaſii noſtri Lectores locum habuiſſe minimè reperiamus, tamquàm de Ferrarienſi Republicâ optimè meritum præterire nefas duximus: Hic, uſque de anno 1528. ab iis, qui Patriæ præerant magnis ſtipendiis ad annos viginti conductus fuerat, ut peſtis morbo correptis mederetur, quâ in curâ plurimùm excelluit, eo quiâ nobiliſſimum illud Antidotum *Olio contro Peſte* vulgò nuncupatum, ejuſdemque conficiendi artem unicus poſſideret. Conductione (*a*) expletâ, Ferrariâ diſceſſerat, quò tandèm iterùm ſe recepit anno 1561. animo permanendi, modò honeſtam ab Urbe conditionem conſequi poſſet: Proptereà Joanni Antonio Rondinelli Sapientum Judici, ac Magiſtratus Sapientibus ſupplicem libellum obtulit, quò ſe, ac Joannem Paulum Caſtagna filium, in Peſtiferatorum curâ perpetuò operam daturos pollicebatur, nec non ſe Antidoti prædicti conficiendi arcanum ipſis, publico nomine aperiturum, dummodò ſibi ſuburbanus locus, *Il Boſchetto delli Ammorbati* nuncupatus in annos viginti fruendus traderetur: ſed præſtat ipſas audire preces, proùt extant in Decreto Magiſtratus edito die 6. Novembris 1561.

Molto

(a) *In libr. Deliberat. Public. anni* 1561. *pag.* 115.

Molto Magnifico Signor Gio. Antonio Rondinelli dignißimo Giudice &c.

Eſſendo io Pietro Caſtagno Medico della Peſte deſideroſo gratificar queſta Magnifica Communità de Ferrara, per la affezione hò ſempre havuto à quella, & anche per deſiderare far coſa grata à V. S., ſerò contento perſeverar nella condotta, e obligo de medicar queſta Città, per tempo de Peſte, ſenza che mi ſia dato li Salarij paſſati, ne manco gravar eſſa Communità de Salario alcuno per l'avvenire, però con li patti, et condizioni infraſcritte.

In prima io domando, che mi ſia dato il Boſchetto delli Ammorbati in godimento, con tutte le ſue pertinentie, e intrade libero, & exente per anni XX. continui proſſimi avvenire, con patto, che ſe frà detto tempo io moriſſi, che io ne poſſa diſporre fino à tanto ſaranno finiti detti anni XX., mà però quella tal perſona, che havrà cauſa da me, habbia la medema obligazione di medicare, che ho io in eſſo tempo de anni XX.

Itèm mi obligarò in tempo de Peſte, che Dio nol voglia, medicare li appeſtati nella Città de Ferrara.

Itèm che in eſſo tempo de Peſte ſe poſſa prevalere la Communità delle Stantie di eſſo Boſchetto ſenza danno del loco, et la ſtantia prima grande, dove abitarò io, non mi habbia eſſer impedita in conto alcuno.

Itèm per moſtrar la mia corteſìa, et la benivolentia verſo queſta Republica, prometto voler revelare a V. S., et ad altri, che parerà a lei il Secreto de fare el compoſito contra Peſte, con el vero regimento, facendo veder de paſſo in paſſo a V. S., et a chi lei piacerà farlo, et componerlo, facendolo notar al ſuo Notaro de punto in punto; ſi come ſe andarà facendo, et prometto ſerrare tutta quella quantità piacerà a V. S. appreſſo della Communità, come è ſolito.

Itèm, vivendo io, il detto Secreto del Compoſito non ſi habbia a publicare, anzi mettere in loco, dove io ne habbia una chiave, e V. S. un' altra.

Itèm, che tutto il Compoſito fatto, ò che ſi farà, io non ne habbia eſſer diſpenſatore, ma V. S., ò ſuoi Agenti, affine non ſi poſſa dire, che io facia marchantia di eſſo Compoſito, ma però in tempo di Peſte io ne habbia avere, per biſogno delli infermi.

Itèm, che quelli vedranno fare detto Compoſito, ſotto giuramento promettano non lo revelare ad alcuna perſona, affine non ſi publichi nelli altri loci fuori del Dominio de Ferrara.

Itèm mi offeriſco medicare liberamente ogni perſona in tempo di

Peſte, ſenza premio alcuno; ne chiedere coſa alcuna a perſona, eccetto Hebrei, e Portughesi, et da quelle perſone, che ſpontaneamente mi voleſſino uſar corteſia ne poſſa tuor, perche il medeſimo ordine ſi oſſervò l'anno del 1528., promettendo aver bona cura alli appeſtati, et robbe loro, et delle altre coſe a beneficio de queſta Communità de Ferrara.

Item, che delle predette coſe ſe habbi a fare publico Inſtrumento, in valida, et ampla forma per il Magnifico Signor Giudice de Savij, de quanto ſara ſtabilito.

Notatu dignum pactum illud à Caſtagnâ appoſitum, de aliquid ab infirmis non petendo, Hebræis tamèn, Luſitaniſque exceptis, quòd redolet Hiſpanum hominem, nationis utriuſque, minimè amicum. Cùm autèm XII. Viralis Magiſtratus omnia, & ſingula oblationis capita ad trutinam revocaſſet, eaque Reipublicæ in utilitatem, ac decus cedere cognoviſſet, eadem firmandi, paucis tantummodò minimè ſubſtantialibus immutatis, Sapientum Judici provinciam reliquit, (*a*) quemadmodùm ſolemni ſtipulatione interveniente actum eſt. Quòd autèm ad Peſtiferatorum nemus Caſtagna traditum ſpectat; illud in Caſſanæ Villâ, ac parvâ quaddam Inſulâ à Padi aquis circumſeptâ ſitum erat: Hoc, Borſio Duce (*b*) imperante per Antonium Sandei Sapientum Judicem à Dionyſio Specia comparatum fuerat, ſumptibus Hæreditatis Peregrini Ponzinelli, qui decedens in mandatis dederat, Hoſpitale pro curâ Epidemicâ lue laborantium ex ipſius aſſe fundari, ut refert Peregrinus Priſciani, cujus verba infraſcripta tranſtulit Guarini in ſuâ (*c*) Eccleſiarum Ferrariæ Hiſtoriâ.

Patres noſtri, Borſio tùnc Duce, Policinio, quod in conſpectu Eccleſiæ S. Matthæi, et B. Mariæ in Bethlem conſpicimus, ab Dionyſio Dionyſii alterius Spetiæ acquiſito, Epidemiétas malignæ peſtis Hoſpitale firmaverunt hæreditate Peregrini Ponzinellæ in eâ conſtructione erogandâ, ut moriens delegaverat pius vir ille.

Optimè autèm concordat cùm eo, quod de hac Nemoris acquiſitione ſcriptum cernitur in Regiſtro Publicorum (*d*) Decretorum anni 1466., ubì etiàm liquet, Hoſpitale D. Sebaſtiano Martiri

(a) *Deliberat. public.* 1561 *pag* 115 (b) *Guarin. Chieſe*, *lib* 6.
(c) *Idem d. loco.* (d) *Regiſtr. public. Decret. anni* 1466. *pag* 64.

tiri tùnc fuiſſe dicatum: Ære publico in ampliorem deindè formam redactum eſt, curâ Philippi Ceſtarelli Plebis Tribuni, qui in dicto nemore mansjunculas plùs quàm centum ægrotis recipiendis ædificari curavit, Xyſtumque longiſſimum, Septemtrionem versùs lateritiis innixum columnis addidit manſionibus omnibus adherentem, itaùt ex earum unaquâque aditus ad ipſum pateret: Inſcriptionem ſequentem marmori inſculptam, in quaddàm Xyxti prædicti parte ſuo etiàm tempore extitiſſe narrat Guarini, libr. 6.

Cùm peſtilentiæ temporibus cognoviſſet Populus Ferrarienſis plurimos inopiâ, aùt incuriâ perìre, hoc Hoſpitium ægris ex ærario ædificari ſtatuit pietatis ergò, regnante Hercule Duce Secundo, Philippo Ceſtarello Judice Sapientum procurante, Anno Salutis MCCCCVIIC.

Loco igitùr Petro Caſtagna tradito, ille ut promiſſi fidem ſolveret anno 1561. methodum olei, ſeù Antidoti componendi, unà cùm regimine prò eo utilitèr adhibendo Sapientum Judici, Sapientibuſque conſignavit, ac in Capſulâ quaddam apùd Commune Ferrariæ depoſuit, clavibus duabus clausâ, quarum una apùd Sapientum Judicem, altera apùd Caſtagna ipſum remanſit, nè ſecretum, niſi ſecutâ ejus morte, juxtà conventa palàm fieret: At deindè anno 1564., libris ſexcentum Ferrarienſis monetæ, muneris titulo ſibi perſolutis arcanum manifeſtandi quibus libéret Caſtagna plenam, ac liberam (*a*) facultatem Judici, Sapientibuſque impartitus eſt; quinimmò libras undecìm Antidoti ejuſdem propriis ſumptibus jàm confecti Communi Ferrariæ dono dedit: Illius verò conficiendi modus per Cæſarem de Sacrato Magiſtratus Ferrariæ tùnc temporis Notarium, de verbo ad verbum ab originali ipſius Caſtagna ſumptus in Communis Tabulario diligentèr aſſervatur; continetur autèm in parvo quoddàm libello ex membranis confecto paginarum novem & triginta: In libelli exordio habetur Regimen, ſivè methodus Auctoris Caſtagna, prò Antidoto adhibendo, in duabus chartis papyraceis typis impreſſum; ars compoſiti efformandi plenè, & dilucidè explicata ſubſequitur, dicti Cæſaris de Sacrato Notarij teſtimonio, annuloque roborata: Poſt hæc in eodem libello forma ponitur, pillulas quaſdam conficiendi à tribus clariſſimis Me-

O 3 dicis

(a) *Deliberation. anni* 1564. *pag.* 139., *& ſeqq.*

dicis, adverſùs Peſtem excogitatas: Prima eſt celeberrimi Joannis Manardi Ferrarienſis Regis Pannoniæ Medici, ſecunda Nicolai de Grottariâ Calabri, tertia Alphunſi Aloyſii Carrara Alphunſi Regis Neapolis Medici, quibus Regna prædicta à morbi peſtilentialis infectione ſervata ſunt: Recenſet tandèm libellus curas adversùs contagium ſummâ felicitate adhibitas in Flaminiâ, ac Piceno per Tiberium de Faventiâ, & per Anonymum quemdàm in Galliarum Regno. Ad noſtra uſquè tempora Olei prædicti *Contro Peſte* arcanum, quod apùd omnes ferè Orbis univerſi Populos maximo in pretio eſt apùd Ferrarienſem Rempublicam reſidet; illa verò ſtatuto Pharmacopòlæ conficiendi artem communicat, arctiſſimo tamèn, de non revelando juramento priùs exacto. Hæc de Petro Caſtagna ſatìs ſint, cujus obitum circà annum 1570. contigiſſe autumamus, eo argumento ducti, quòd Paulus Caſtagna filius, anno 1572. in quoddam (*a*) ſupplici libello, nemus prædictum Peſtiferatorum reſpiciente, Patrem jàm è vivis exceſſiſſe aſſeruerit. Sed præſtat ad annum 1569. revertamur, ut de ultimâ voluntate celeberrimi Juris Conſulti Joannis Ronchegalli Nobilis Ferrarienſis, Legum Studioſis favorabili aliqua attingamus: Is die 28. Septembris anni ejuſdem, rogitu Raynaldi de Hectore Ferrariæ Notarij ſuum, cùm quo deceſſit Teſtamentum condidit, ac in eo, poſt Hæredis inſtitutionem, ac ſubſtitutiones varias inſtituit, & ſubſtituit unum Legum Doctorem, ſivè Scholarem Ferrarienſem, his verbis.

1569

Et ubì non extarent Filii dicti D. Hippolyti qualitatis prædictæ, & obſervantes in caſibus prædictis conditionem prædictam, vel extarent, & poſteà quandocumquè decederent omnes, & eis omnibus defunctis, tùnc, & iis caſibus, vèl eorum aliquo Teſtator ipſe voluit, & ordinavit, eligi unum ex Doctoribus pauperioribus, & junioribus Almi Collegii Juriſtarum Ferrariæ bonis litteris, & moribus imbutum, & bonæ ſpei excellentiæ futuræ, & ubì non extaret Doctor dicti Collegii qualitatum prædictarum, mandavit eligi unum Scholarem Ferrarienſem Legum Profeſſorem, qui ſit bonis moribus, & litteris imbutus, ac bonæ ſpei excellentiæ futuræ, & qui indè efficiatur Doctor Legum, & hanc electionem fieri voluit per Reverendiſſimum Dominum Epiſcopum Ferrariæ, qui tùnc temporis fuerit prò unâ voce, per prædictum Collegium Juriſtarum prò aliâ voce, & per Magnificos Do-

(a) *Deliberat. Public. anni* 1572. *pag.* 40.

Dominos Conſiliarios Signaturæ, & Juſtitiæ Illuſtriſſimi D. N. Ducis Ferrariæ prò aliâ voce, & caſu quò duæ voces non concordarent, imbuſſolentur, & imbuſſolari debeant illi tres qui proponerentur, & extrahatur unus ſorte, qui extractus ſit electus, & habeatur prò electo ab omnibus, & quandocumque decedente, ſic concorditèr, vèl per imbuſſolationem electo, vel eo electo, ejus culpâ, deſerente ſtudium Legum, idque non exercente, intentio enìm dicti Teſtatoris eſt, ut ipſe electus publicè in Scholis legat, Doctorque Excellentiſſimus efficiatur, fiat per prædictos electio, vèl extractio alterius Doctoris, vèl Scholaris qualitatum prædictarum his modo, & formâ, quibus ſupradictum eſt, quo mortuo, vèl deſerente ſtudium Legum, ejus culpâ, & ut ſuprà, vèl nòn ſuccedente Doctore Excellentiſſimo, ut ſuprà, eligatur alius Doctor, ſivè Scholaris qualitatum prædictarum his modo, & formâ, quibus ſuprà dictum eſt, adeò quod ſempèr in perpetuum, abſquè ullâ temporis præfinitione, mortuo uno electo, vèl deſerente ſtudium, aùt non ſuccedente Doctore Excellentiſſimo, aliquo iſtorum caſuum eveniente, fiat ſemper electio alterius Doctoris, ſivè Scholaris his modo, & formâ, & qualitatum, quibus, & ut ſuprà dictum eſt in primo electo, eoſque omnes, tàm primum, quàm alios ſucceſſivè uſquè in infinitum ſinè aliquâ præfinitione eligendos, ut ſuprà, inſtituit, & ſubſtituit ejus Hæredes univerſales, durante ejus, & eorum electione, & quouſquè ipſa ejus, & eorum electio duraverit, eoſque omnes, tàm primum, quàm alios ſucceſſivè eligendos, ut ſuprà, gravavit ad ſe vocandum, & vocari faciendum de ejus Teſtatoris Familiâ, & ad utendum ejus Signis, & ut ſuprà, & ubi aliquis ex dictis electis non ferret Cognomen, & Signa prædicta, & defecerit in legendo publicè in Scholis, ejus culpâ, vèl legeret, ſed tamèn juditio prædictorum Dominorum, qui eligere debent, non eſſet futurus Doctor Excellentiſſimus, tùnc, & iis caſibus advenientibus, vèl eorum aliquo adveniente, eum ſic electum privavit, & privat bonis ejus hæreditatis, & omninò mandavit, & mandat, alium eligi qualitatum prædictarum, eiſdem modo, & formâ, & cùm obligationibus, de quibus ſuprà, & iſto ſic electo non adimplente prædicta omnia, vèl non ſuccedente Doctore Excellentiſſimo, fiat electio alterius qualitatum prædictarum, & iis modo, ac formâ, et cùm obligationibus, de quibus ſuprà, adeò quòd ſemper in perpetuum ſinè aliquâ temporis præfinitione, et in infinitum adſit unus electus qualitatum, & his modo, & formâ, quibus ſuprà dictum eſt, qui vocetur de Familiâ prædictâ, ejuſque Signis utatur, & ſit Doctor Excellentiſſimus, vel ſit in ſpe ſuccedendi Doctorem Excellentiſſimum.

Evacuatis hæredum, ac ſubſtitutorum aliorum lineis à Ronca-
galli Teſtatore vocatis, jàm diù locus factus eſt ſubſtitutioni
Doctoris, ſivè Scholaris, de quibus in §. ſupradicto, quapropter
multi Legum Doctores, & fortaſsè etiàm Scholaris aliquis ab-
indè ſucceſſivè uſquè in hodiernam diem, juxtà Teſtatoris man-
datum electi ſunt à Vocalibus tribus ab eodem conſtitutis, ſci-
licèt à Reverendiſſimo Ferrariæ Epiſcopo, â Collegio Juriſta-
rum, & à Rotâ, ni fallimur loco Conſiliariorum Signaturæ,
& Juſtitiæ celſiſſimi quondàm Ferrariæ Ducis, omneſque Hære-
ditatis commodis, Cognomine, & Signis Familiæ Roncagalli,
eorum durante electione uſi ſunt. Nùnc Hæreditas eſt penès
D. Joſeph Minio Roncagalli J. U. D., ultimò electum, qui Ro-
mæ prò Ferrarienſe Patriâ Procuratoris munus in præſentiarum
cumulatiſſimè exercet. Pòſt annum verò 1569., in quem Ron-
chegalli prædicti Teſtamentum incidit, ſubſequentium Rotuli
quoſdam nobis celebriores Doctores exhibent, nempè Joannem
1571 Franciſcum (*a*) Seraglio, virum in Philoſophiâ, ac Medicinâ
egregium, ad Lecturam Hypocratis græco idiomate, quod pro-
1572 bè callebat obeundam aſſumptum, Antonium Bariſano (*b*) de
Chio ad Cathedram Linguæ Græcæ promotum, celeberrimum-
1574 que, nèc prò meritis ſatis laudatum umquàm Torquatum (*c*)
Taſſo, ad Sphæræ, atquè Euclidis Lecturam evectum. Deindè
Carolum Regem Gallia, Maximilianum Imperatorem Germa-
1575 nia fato ereptos ingemuére, quibus ſibi affinitatum jure perti-
1576 nentibus Alphunſus Dux Ferrariæ parentandum cenſuit, qua-
proptèr Carolo (*d*) priùs, Maximiliano deindè in Cathedrali Ec-
cleſiâ exequias apparatu ſplendidiſſimo celebravit, poſtremiquè
in laudem Orationem è ſuggeſtu habuit inſignis in Gymnaſio
noſtro Litterarum Humanarum Doctor, ac Ferrariæ decus Eques
1578 Joannes Baptiſta Guarini junior. Ab his autèm ſecundo labente
anno, Franciſco (*e*) Patrizi de Cliſsâ (trium, qui eodem hoc
nomine, ac cognomine appellantur celebrior hic fuit, ut fuſiùs
ſuo loco dicemus) Viro omnium conſenſu ſapientiſſimo Philoſo-
phiæ Cathedra collata eſt. Hic autèm uſquè à primo ſuæ con-
ductionis anno ſcientiam hujuſmodi juxtâ Platonis mentem do-
cuit, quòd Urbi noſtræ tùnc temporis peculiare fuiſſe memora-
tur,

(a) *Memorial. dell'anno* 1571 *fol.* 10 (b) *Memorial del* 1572 *fol.* 22.
(c) *Memorial del* 1574. *fol.* 20. (d) *Fauſtini, Hiſtor. di Ferrara, libr* 2.
(e) *Memorial.* 1578. *fol.* 22.

tur, cùm in cæteris Italiæ Univerſitatibus Ariſtotelis doctrina obtinéret. Nova quoquè ſelectiſſimorum virorum copiâ Gymnaſium floruit, Municipiis ipſis ejuſdem ad augendam dignitatem concurrentibus: Cæſar (*a*) Cremonini Centenſis nulli Philoſo- 1579
phorum ſuæ ætatis ſecundus, Alexander (*b*) Galvani itèm Centenſis peritiſſimus Legum Interpres, Julius Oricalchi, ſeù 1581
Recalchi (*c*) Ferrarienſis egregius Philoſophiæ, ac Medicinæ profeſſor, Hieronymus (*d*) Billaccioni Æſinus, Camillus (*e*) 1582
Coccapani Mutinenſis, Joannes Jacobus (*f*) Orgiazzo Gallus, 1584
omnes præclari nominis Rhetores Rotulis noſtris adſcripti ſunt. 1586
In tantâ rerum felicitate hoc dumtaxàt Univerſitatis noſtræ amplitudini deerat, quòd Sedem propriam non haberet, res enìm periculi plena videbatur, eam in alienis ædibus congregari, undè prò Domini arbitrio deturbari poſſet; idcircò Comes Alphunſus Eſtenſis Taſſoni Sapientum Judex, Ducaliſquè Conſiliarius, Magiſtratu unanimitèr approbante, de Æde Paradiſi, ad quam Scholæ, ut diximus anno 1567. fuerant translatæ ære publico ab Aloyſio Cardinali Eſtenſe Hippolyti Cardinalis hærede comparandâ conſilium iniit; cùmque alienare paratum comperiſſet, facilè de pretio conventum, quod in ſummâ ſcutorum quinque millium auri à libris ſex Ferrarienſis monetæ prò ſcuto quolibet pactum eſt; quoniàm verò pecuniæ minimè in promptu erant, à Sacro Pietatis Monte Studii nomine mutuo acceptæ, præſtitâ tamèn (*g*) priùs cautione de reſtituendo, quòd religiosè obſervatum, mediante Collectæ ordinariæ anni 1586. augmento 1586
uſquè ad ſummam ſolidorum quadraginta prò quolibet Æſtimi civilis denario: Emptionis, ac ſolutionis prædictæ publicum extat Inſtrumentum, rogitu Michaelis Salani Ferrariæ Notarii, sùb die 21. Januarii anni ejuſdem 1586. Cùm autèm contractus ſtipulatio intèr Sapientum Judicem, ac Cardinalis Romæ degentis Procuratorem eâ sùb pactione fuiſſet concepta, ut intrà menſem Aloyſius quidquid ejus nomine geſtum fuerat ratum haberet, propterèa inſtrumento per Antonium Guidotti Romæ Notarium die 4. Februarii anni ejuſdem 1586. recepto, cuncta Cardinalis ampliſſimus approbavit: Authenticum hujus ratificationis exem-

(a) *Memorial del* 1579 *fol* 16. (b) *Memorial* 1581 *fol.*
(c) *Memorial. ann* 1579 *fol* 16. (d) *Memorial* 1582 *fol.* 18.
(e) *Memorial* 1584 *fol* 38 (f) *Memorial* 1586. *fol.* 42.
(g) *Memorial. dell'anno* 1586. *fol.* 2., *e* 49.

exemplar, in quo venditionis Inſtrumentum de verbo ad verbum translatum eſt Reipublicæ noſtræ in Archivio ſervatur, ejuſque talis eſt tenor.

In Nomine Domini. Amen. Præſenti publico Inſtrumento cunctis pateat evidentèr, et ſit notum, quòd Anno a Nativitate D. N. Jeſu Chriſti milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Indictione decimâ quartâ, die verò quartâ menſis Februarii, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, et D. N. D. Sixti Divinâ providentiâ Papæ Quinti, anno primo. In mei Notarii publici, teſtiumque infraſcriptorum præſentiâ perſonalitèr exiſtens Illuſtriſſimus Princeps, et Reverendiſſimus D. D. Aloyſius Tituli S. Mariæ in Viâ Latâ Diaconus Cardinalis Eſtenſis nuncupatus, habens plenam notitiam, et certam ſcientiam de venditione cujuſdam ſui Palatii del Paradiſo *nuncupati, poſiti in Civitate Ferrariæ, in Contratâ S. Agnetis juxtà ſua notiſſima latera, de expreſſo ordine, et mandato ipſius Illuſtriſſimæ Dominationis factâ per Illuſtrem D. Comitem Alexandrum de Comitibus Maſſæ procuratorio nomine, et cùm promiſſione de rato ad favorem Illuſtriſſimæ Communitatis Ferrariæ, et prò eâ valdè Illuſtri Dom. Comiti Alphonſo Eſtenſi Taſſono Conſiliario Status Sereniſſimi D. D. Ducis Ferrariæ, ac Judici Duodecim Sapientùm, prædictæ Illuſtriſſimæ Communitatis nomine ſtipulanti, et acquirenti prò pretio Scutorum quinque millium ad rationem ſolidorum ſeptuaginta ſex Marcheſanorum prò quolibet Scuto, ità jàm convento, et definito cùm Illuſtriſſimâ D. Iſabellâ de Bendedeis, et quòd pretium fuit integrè ſolutum nomine dictæ Communitatis in manibus Magnifici D. Pauli Zerbinati publici Campſoris Ferrariæ, et Theſaurarii ipſius Illuſtriſſimi, et Reverendiſſimi D. Cardinalis, et quia in tractatu de vendendo dicto Palatio eidem Illuſtriſſimæ D. Iſabellæ, concedebatur illi dilatio trium annorum ad ſolvendum Scuta duomillia, et eadem Illuſtriſſima Communitas totum ſolvit in Contanti, et propterea ne damnum patiatur, conventum fuerit pro intereſſe hujuſmodi pecuniarum anticipatè ſolutarum eidem Illuſtriſſimæ D. Communitati ſolvere Scuta octuaginta ſimilia in termino trium annorum proportionabilitèr, et cùm aliis pactis, et capitulis, de quibus in publico indè confecto Inſtrumento per acta D. Michaelis Salani Notarii Ferrarienſis, ſub die vigeſimâ primâ Menſis Januarii ultimò præteriti, cujus Inſtrumenti tenor eſt, qui ſequitur, videlicèt: IN CHRISTI NOMINE.. Amen. Anno ejuſdem Nativitatis milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſexto, Indictione quartâ decimâ, die vigeſimâ primâ Menſis Januarii Ferrariæ, in Offitio Duodecim Sapientum Communis*

Fer-

Ferrariæ ſito intrà mœnia Curiæ Ducalis, in Camerino dicti Offitii, præſentibus Teſtibus vocatis, et rogatis Egregio Viro D. Cæſare de Sacrato filio D. Melchioris, Notario, et Cive Ferrarienſi de Contractâ S. Stephani, et D. Vincentio filio D. Jacobi Philippi a Caligis, Cive Ferrarienſe de Contractâ Policinii S. Antonii, et aliis. Valdè Illuſtris D. D. Co: Alexander filius qu. D. Comitis Achillis ex Illuſtribus D. D. Comitibus Maſſæ, habitator Ferrariæ in Palatio Epiſcopali, Commiſſarius generalis, et Procurator Illuſtriſſimi, et Reverendiſſimi D. D. Aloyſii Eſtenſis Tituli S. Mariæ in Viâ Latâ S. R. E Diaconi Cardinalis de Eſte nuncupati, agens procuratorio nomine prædicti Illuſtriſſimi, et Reverendiſſimi D. Cardinalis, et vi ejus Mandati, quod habet ad plura negotia rogati per egregium virum D. Lucam de Zanino Notarium Publicum Ferrariæ anno Domini 1581. die vigeſimâ nonâ menſis Aprilis, et ut ipſe D. Lucas præſens celebrati hujus Inſtrumenti publici atteſtatus eſt, et in ſpecie virtute quarumdam litterarum ejus Illmæ Dominationis, et ejus manu ſignatarum, Dat. die quarto menſis Decembris anni 1585. proximè lapſi, et die quarto menſis, & anni prædicti; Quæ omnia quidèm capita agentia de vendendo Palatio infraſcripto in fine Inſtrumenti deſcribentur, factâ priùs diligenti auſcultatione cùm Originalibus à me Notario viſis pœnès dictum valdè Illuſtrem D. Commiſſarium Procuratorem exiſtentibus, et proùt d. D. Commiſſarius etc. Teſtium ſupradictorum, et aliorum & c. Hoc Inſtrumento Titulo venditionis jure proprio, et in perpetuum dedit, vendidit, et traddidit Illmæ Communitati Ferrariæ, et prò eâ valdè Illuſtri D. D. Comiti Alphunſo Eſtenſi Taſſono Conſiliario Status Sereniſſimi D. D. Ducis noſtri, et Judici Duodecim Sapientum prædictæ Illmæ D. Communitatis, præſenti, ementi, ſtipulanti, et recipienti prò eâ ſ. Palatium ipſius Illmi, et Revmi Cardinalis del Paradiſo *nuncupatum, cupatum, muratum, et ſolaratum, cùm Curte, et Viridario, et omnibus ſuis immunitatibus, et exemptionibus, et quibuſcumque aliis ſuis pertinentiis, et ad illud quomodolibèt ſpectantibus, non comprehenſis tamèn cantinis, et horreis poſitis ex oppoſito dicti Palatii, et ſeparatis ab ipſo, poſitum in hac Civitate Ferrariæ in Contratâ S. Agnetis, juxtà uno capite, et ambobus lateribus vias Communis, altero capite pro parte Magnificos de Arioſtis, et prò parte . . . . vèl juxtà alios ſuos plures, meliores, et veriores confines, ſi qui forent, et eſſe reperiantur. ſ. Et rem predictam prædictus valdè Illuſtris D Commiſſarius, et Procurator vendidit prædicto valdè Illuſtri D. Judici, nomine quo ſuprà ementi, cùm introitibus, et exitibus ſuis, ſuiſque certis, juſtis finibus, et coherentiis, et cùm omnibus, et ſingulis ad ipſam*

rem

rem ſpectantibus, et pertinentibus, et quæ habet in ſe, ſupèr, infrà, ſeù intrà ſe habitis in integrum, et cùm omni jure, actione, uſu, ſeù requiſitione ipſi Illmo, et Revmo D. Cardinali, et ipsâ re, vel ipſi rei modo aliquo ſpectantibus, et pertinentibus. §. Inſupèr prædictus valdè Illuſtris D. Comiſſarius Procurator, et venditor ut ſuprà, et ut ſuprà agens titulo, et ex causâ præſentis venditionis, et ſùb prætio infraſcripto dedit, ceſſit, tranſtulit, atquè mandavit prædictæ Illmæ Communitati, et prò eâ prædicto valdè Illuſtri D. Judici, ut ſuprà recipienti omnia, et ſingula jura, omneſque, et ſingulas actiones reales, perſonales, utiles, directas, tacitas, expreſſas, ſivè mixtas, et cujuſcumque alterius generis, et ſpeciei, quæ, et quas prædictus Illuſtriſſimus, et Reverendiſſimus D. Cardinalis habet, habere poſſet, ſeù ſperaret in futurum in dicto Palatio, aùt ejus occaſione contrà ſuos authores, et quamcumque aliam perſonam, quæ de ipſo in totum, vèl prò parte illis renuntiaſſet. §. Et poſuit prædictus valdè Illuſtris D. Comiſſarius, et Procurator, ut ſuprà agens prædictam Illuſtriſſimam Communitatem, et prò eâ prædictum Valdè Illuſtrem D. Judicem Procuratorem irrevocabilem conſtituit, ut de cætero ipſa Illuſtriſſima Communitas, ſuo nomine proprio Juribus, et actionibus antedictis poſſit agere, experiri, excipere, replicare, conſequi, et ſe tueri, et omnia alia, et ſingula, tàm in Juditio, quàm extrà facere, & exercere, quæ, & quemadmodùm præſcriptus Illmus, & Revmus D. Cardinalis facere poterat, & antè præſentem contractum venditionis facere potuiſſet. §. Prò pretio, & mercato, jàm convento, definito, & declarato intèr prædictum valdè Illuſtrem D. Commiſſarium, & Procuratorem nomine prædicto, & Illuſtriſſimam D. Iſabellam de Bendedeis, relictam quondam Illmi D. D. Cornelii de Bentivolis Marchionis Gualterii, in tractatu venditionis dicti Palatii, quod pretium dicitur eſſe Scutorum quinque millium, & sìc definitum, & declaratum fuit intèr dictas partes, in ratione, & ad rationem ſolidorum ſeptuaginta ſex monetæ, pro quolibet Scuto: Quod pretium totum, & integrum, in præſentiâ Teſtium infraſcriptorum, et mei Notarii infraſcripti Magnificus Dominus Paulus Zerbinatus publicus Campſor Ferrariæ, et Theſaurarius prædictæ Communitatis, de pecuniis dictæ Communitatis penès eum exiſtentibus ad prædicti valdè Illuſtris D. Judicis mandata in ſcriptis habita, dedit, ſolvit, numeravit, dimiſit, et relaxavit prædicto valdè Illuſtri D. Comiſſario, et Procuratori præſenti, recipienti, et ad ſe trahenti, ac in ſuâ poteſtate retinenti in tot monetis argenti, et quæ Scuta quinque millia prædictus valdè Illuſtris D. Comiſſarius, et Procurator ſtatìm dedit, et conſignavit, ac reli-

quit

quit penès prædictum Magnificum D. Paulum paritèr Theſaurarium prædicti Illm̃i, & Revm̃i D. Cardinalis ad creditum ejus Illuſtriſſimæ Dominationis; Et quià in tractatu ſupradictæ venditionis cùm prædictâ Illuſtriſſimâ D. Iſabellâ, ipſa petebat dilationem trium annorum prò ſolutione Scutorum duorum millium pretii prædicti, quæ in promptu non habebat, & ſolvere volebat omni anno dictorum trium annorum ratam eorum, actum, & concluſum fuit, ut ipſa Illm̃a D. Iſabella deberet eos invenire ſub aliquo honeſto intereſſe, partem cujus ipſe Illm̃us, & Revm̃us D. Cardinalis ſolvere convenerat ipſi Illm̃æ Dominæ, quæ pars aſcendebat ad ſummam duorum prò quolibet centenario dictorum duorum millium Scutorum pro dictis tribus annis tantùm extinguendo omni anno ratam, ſicùt etiàm ſolvenda erat portio dictorum Scutorum trium millium; Ideò prædictus valdè Illuſtris D. Comiſſarius, & Procurator, qui notam habet mentem, & voluntatem Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi ejus Domini, & à quo toto corde diligi hanc Communitatem certò ſcit, & libentiſſimo animo cognovit ex ejus litteris, & aliis argumentis velle, ut eundemet Contractum cùm eâ dictus valdè Illuſtris D. Comiſſarius peragat, quem initurus erat cùm prædictâ Illm̃a D. Iſabellâ, promiſit, & convenit, agens procuratorio nomine, ut ſuprà prædictæ Illm̃æ Communitati, & prò eâ prædicto valdè Illuſtri D. Judici præſenti, & ut ſuprà ſtipulanti, & recipienti, eidem Illm̃æ Communitati, vel Agentibus prò eâ ſolvere eandem ratam, quam ſolvere convenerat ad utilitatem prædictæ Illm̃æ D. Iſabellæ, hoc eſt ſcutos octuaginta valoris, de quo ſuprà in tribus annis proxime futuris, præſenti die cœptis, videlicèt in fine hujus primi anni Scutos quadraginta, in fine ſecundi Scutos viginti ſex, & duos tertios, & in fine tertii Scutos treſdecim, & unum tertium, qui erunt prò parte ſublevationis redditunm pecuniarum, quas prædicta Illm̃a Communitas accepit ſub honeſtis redditibus, pro præſenti acquiſitione fiendâ, & quos ſolutura eſt. §. Et ſi dicta res, ut ſuprà vendita nùnc plùs dicto prætio valet, vel valeret, in modicâ, magnâ, vel maximâ quantitate, totum illud plus, quantumcumquè ſit, vèl fuerit, etiàm ſi excederet dimidium juſti prætii, aſſerens prædictus valdè Illuſtris D. Comiſſarius, & Procurator, ut ſuprà agens, ſe ſcire, & cognoſcere verum, & juſtum prætium, & valorem ipſius, & renuntians beneſitio Leg. 2. C. de Reſcind. vendit., proùt valdè Illuſtris D. Comiſſarius, & Procurator, ut ſuprà agens titulo, & ex cauſâ donationis intèr vivos, quæ nullâ poſſit injuriâ, ingratitudine, vèl offenſâ revocari dedit, donavit, & remiſit prædictæ Illm̃æ Communitati, & prò eâ prædicto valdè Illuſtri D. Judici, ut ſuprà ſtipulanti, & recipien-

pienti, pactumque perpetuum fecit de plùs aliquid non petendo occaſione prædictâ, nec quæſtionem aliquam ullo unquàm tempore movendo, nec moventi conſentiendo. §. Dans, & concedens prædictus valdè Illuſtris D. Comiſſarius, & Procurator, ut ſuprà agens prædictæ Illuſtriſſimæ Communitati, & prò eâ prædicto valdè Illuſtri D. Judici, ut ſuprà acceptanti liberam licentiam, & omnimodam poteſtatem, ſuâ propriâ auctoritate intrandi, ſtandi, & apprehendendi tenutam, & corporalem poſſeſſionem dictæ rei, ut ſuprà venditæ, ad habendum, tenendum, poſſidendum, vèl alienandum, & quidquid ipſæ Illuſtriſſimæ Communitati, vèl ejus Agentibus deincèps placuerit perpetuò faciendum. §. Conſtituens ſe prædictus valdè Illuſtris Dom. Comiſſarius, & Procurator, ut ſuprà, rem prædictam venditam tenere, & poſſidere nomine prædictæ Illmæ Communitatis, quoùſque ipſa, vel ejus Agentes tenutam, & corporalem poſſeſſionem acceperint, & apprehenderint, quam cùm acceperint, eam ipſi relaxari promiſit, nec non, & in vacuam, liberam, & expeditam poſſeſſionem inducere, & imponere, & inductam, & impoſitam, vel inductos, & impoſitos manutenere, & conſervare omnibus ipſius Illmi, & Revmi ejus principalis ſumptibus, juditiis, & periculis. §. Quam quidèm rem, ut ſuprà venditam prædictus valdè Illuſtris Dom. Comiſſarius, et Procurator agens procuratorio nomine prædicto, obligando prædicti ejus Illmi, et Revmi Domini Principalis omnia, et ſingula bona præſentia, et futura per ſe, et ſuos hæredes, promiſit prædictæ Illmæ Communitati, et prò eâ præfato valdè Illuſtri D. Judici præſenti, et ut ſuprà ſtipulanti, et recipienti, tàm reſpectu proprietatis, quàm poſſeſſionis legitimè defendere, auctorizare, et disbrigare in Juditio, et extrà ab omni perſonâ, Communi, Collegio, & Univerſitate, omnibus ipſius Illmi, et Revmi ejus D. Principalis ſumptibus, periculis, et expenſis, et omnem litem, cauſam, moleſtiam, et controverſiam, libellum, et totum onus cauſæ, ſi quæ fuerit mota, in ſe dicto nomine ſuſcipere, defendere, proſequi, mediare, finire, et terminare, et in juditio, ac lite ſtare, et perſeverare uſquè ad finem litis, et cauſæ omnibus ipſius Illmi, et Revmi D. Cardinalis periculis, juditiis, et expenſis. §. Remittens eidem Illuſtriſſimæ Communitati òmne onus, et omnem neceſſitatem denuntiandi, et appellandi, quod, et quæ tempore litis motæ, vel alio quocumque tempore in caſu evictionis de jure requiritur, in tantùm ut nullo unquàm tempore poſſit ullatenùs prò parte prædicti Illmi, et Revmi D. Cardinalis excipi ſibi non fuiſſe denunciatum. §. Prætereà prædictus valdè Illuſtris D. Comiſſarius, et Procurator agens in hac parte ſuo proprio nomine, et unà cùm eo valdè Magnificus D. Pochinteſtius

de

de Pochinteſtis, filius quondàm Domini Joannis Matthei, Civis Nobilis Ferrariæ de Contratâ Buccacanalium, ſcientes ſe non teneri, ſed teneri volentes, m ti eor m ſpontè, obligantes ſe, eorumque bona omnia, & ſingula præſentia, & futura per ſe, & ſuos hæredes, & principalitèr, & in ſolidum, renuntiantes beneſitiis Novarum Conſtitutionum, et omni, ac cuicumque alio beneſitio, et Legum, ac Statutorum auxilio illis competenti, et competituro, certificati à me Notario infraſcripto reſpectivè quid ſint dicta beneſitia, et quid eis renuntiare importet; Spontè, et ex certâ eorum ſcientiâ, ac omni alio, quo potuerunt, et poſſunt meliori modo Promiſerunt prædictæ Illuſtriſſimæ Communitati, et prò eâ prædicto valdè Illuſtri D. Judici, ac mihi Notario infraſcripto præſentibus, et ſtipulantibus nomine, et vice ejuſdem Illm̃æ D. Communitatis, Quòd prædictus Illm̃us, et Revm̃us D. Cardinalis infrà terminum unius Menſis proximè futuri, hac præſenti die cœpti ratificabit, approbabit, et emologabit hanc præſentem venditionem, et omnia alia, et ſingula in præſenti Inſtrumento contenta de verbo ad verbum, etiàm per publicum, et ſolemne Inſtrumentum, per publicum Notarium rogandum, cùm clauſulis, bonorum obligationibus, renuntiis, pactis, pœnis, et aliis in ſimilibus tàm de jure, quàm de conſuetudine apponi ſolitis, et conſuetis; aliàs ipſi perpetuò teneri voluerunt de eorum proprio ut ſuprà principalitèr, et in ſolidum ad omnia, et ſingula in præſenti inſtrumento contenta, et promiſſa, ut ſuprà prædictæ Illm̃æ Communitati; et ſic promiſerunt, et convenerunt, ut ſuprà agentes, et obligantes eidem valdè Illuſtri Domino Judici, et mihi jam dicto, et infraſcripto Notario, ut ſuprà ſtipulantibus. ſ. Quod inſtrumentum Ratificationis in publicam, & authenticam formam relevatum, & cùm litteris legalitatis tradere, & conſignare promiſerunt prædictæ Illuſtriſſimæ Communitati, & prò eâ dicto valdè Illuſtri Domino Judici, vèl alii ejus legitimo agenti infrà terminum p ædictum, omnibus eorum ſumptibus, & expenſis. ſ. Et inſupèr convenerunt ipſæ partes, ut præſens inſtrumentum extendi poſſit ad ſenſum Sapientis eligendi prò parte dictæ Illuſtriſſimæ Communitatis, quandocumque dictæ Illuſtriſſimæ Communitati, aùt Agentibus prò eâ placuerit in ampliſſimo, & omni meliori modo. ſ. Et nihilominùs ad cautelam renuntiaverunt prædicti valdè Illuſtris Dom. Commiſſarius, & Procurator, ac Magnificus D. Pochinteſtius, ut ſuprà agentes exceptioni non fa ti, & non celebrati præſentis Inſtrumenti, & omnium in eo contentorum non factorum, et non promiſſornm modo quo ſuprà, reique non ſic geſtæ, Fori privilegio, exceptioni doli mali, actioni in factum, condictioni indebiti, et ſinè causâ,

quòd

quòd metus, vèl ex injuſtâ, fictâ, turpi, aùt ſimulatâ causâ, omnique alii exceptioni, ſeù juri, benefitio, & lgum auxilio, ſibi ipſis quomodolibèt competenti, & competituro. §. Quæ omnia, & ſingula ſupradicta in præſenti Inſtrumento contenta, prædicti valdè Illuſtris D. Comiſſarius, & Procurator, & Magnificus D. Pochinteſtius, ut ſuprà agentes, & obligantes promiſerunt prædictæ Illuſtriſſimæ Communitati, & prò eâ prædicto valdè Illuſtri D. Judici, ac mihi Notario, ut ſuprà ſtipulantibus firma, rata, & grata perpetùo habere, tenere, ſolvere, attendere, obſervare, & adimplere ſpetialitèr Ferrariæ, Bononiæ, Mutinæ, Mantuæ, Veronæ, Venetiis, & Romæ, & generalitèr in omni alio Loco, Terra, Caſtro, Foro, & Juriſdictione, & prædictis quantumcumquè diſtantioribus, & in dictis locis, & eorum quolibèt gravari, & conveniri poſſe voluerunt, nullâ fori, vel Feriarum exceptione obſtante, diebus feriatis, & non feriatis, ferius aliquibus alicujus conditionis præſentibus, vel futuris non obſtantibus, quibus ex nùnc, proùt ex tùnc, & è contrà ſpontè, per pactum renunciaverunt expreſsè. §. Et voluerunt præfati valdè Illuſtris Dom. Comiſſarius, & Procurator, & Magnificus D. Pochinteſtius, ut ſuprà agentes, & obligantes licere prædictæ Illmæ Communitati, vel ejus legitimis agentibus, ſuâ propriâ auctoritate, & ſinè requiſitione alicujus Judicis, Officialis, Poteſtatis, vel Rectoris ingredi, ſtare accipere, & apprehendere Tenutam, & corporalem poſſeſſionem omnium, & quorumcumque bonorum ſuorum, ac prædicti Illmi, et Revmi Cardinalis ubicumquè, & de quibus prædicta Illuſtriſſima Communitas, vèl ejus Agentes eligere voluerint, vel voluerit, & ea bona vendere, donare, alienare, & penès ſe juſto pretio retinere, tanquàm bona propria prædictæ Illuſtriſſimæ Communitatis, juſto pretio empta, & acquiſita, uſquè ad integram ſolutionem, & ſatisfactionem totius tùnc ipſi Illmæ Communitati debiti, ſuorumque damnorum, intereſſe, & expenſarum. §. Quæ damna, intereſſe, & expenſas prædicti valdè Illuſtris Dom. Comiſſarius, & Procurator, ac Magnificus D. Pochinteſtius, ut ſuprà agentes, & obligantes promiſerunt prædictæ Illuſtriſſimæ Communitati, & prò eâ prædicto valdè Illuſtri Domino Judici, ut ſuprà ſtipulanti reficere, & reſtituere, & de eis ſtare, & credere ſimplici verbo ejus agentium, abſque onere Sacramenti, vel aliâ Teſtium, aùt Juris probatione, remotis etiâm in quocumque caſu quibuſcumque appellationibus, et nullitatis dictionibus, certificati à me Notario infraſcripto de viribus dicti pacti de non appellando, juxtà formam Statutorum Ferrariæ, et præmiſſis omnibus non contrafacere, vel venire, dicere, nec oponere per ſe, vèl alios modo aliquo, ratione, vel causâ,

de

de jure, vel de facto. ʃ. Sùb pœnâ ſolemni ſtipulatione promiſsâ ſcutorum quinquaginta auri, & obligatione antedictâ; quâ pœnâ ſolutâ, vèl non, prædicta omnia, & ſingula ſint nihilominùs perpetuò firma: Volentes, & aſſentientes prædicti valdè Illuſtris D. Commiſſarius, & Procurator, ac Magnificus D. Pochinteſtius, ut ſuprà agentes, quòd præſens inſtrumentum exequatur in omnibus, & per omnia, perindè ac ſi in eo juramentum quamtumvis amplum appoſitum fuiſſet, &ità juratum. ʃ. Sequuntur capita litterarum, de quibus ſuprà, videlicèt: Capitulo d' una lettera del Signor Cardinale d' Eſte al Molto Illuſtre Signor Co: Aleſſandro Commiſſario Generale di Sua Signoria Illma, data in Roma li 4. Decembre 1585. Quanto al prezzo del Palazzo del Paradiſo, io mi contento di darlo per li cinque milla Scudi, mà vendendolo per biſogno vorrei li danari contanti, quando bene, come vi ſcriſſi, e vi replico adeſſo ancora, io doveſſi concorrere a pagare parte delli intereſſi, durante la dilazione, che ſi farà delli due milla Scudi, che dite. ʃ. Capitulo d' un' altra lettera di Sua Signoria Illuſtriſſima al medemo, data in Roma li 4. Genaro 1586. Quanto alla vendita del Palazzo del Paradiſo, con l' ordinario paſſato vi ſcriſſi che diceſte al Montecatino Segretario, che ſebbene ſi era promeſſo alla Signora Iſabella di laſciarglielo per li cinque milla Scudi, come à lui avete detto, che ad altri però non lo laſſarei, ſe non per quel, che vale; mà con tutto ciò, per ſervizio dello Studio, e per beneſizio della Città, che mi contentarei anco, che ſe gli deſſe per il medemo prezzo, e che però concluderebbe il partito, con quei modi, che mi avete ſcritto &c. Quali originali di queſte lettere ſono appreſſo il Signor Commiſſario ſudetto, per eſſervi altri particolari, & altre lettere del medeſimo contenuto. ʃ. Ego Michael Salanus filius quondàm D. Antonii Mariæ Apoſtolicâ, & Imperiali auctoritate Civis, & Notarius publicus Ferrariæ ſupradictis omnibus, & ſingulis prædictis præſens fui, & ea rogatus ſcripſi, & circà alia occupatus, alienâ manu tranſcribi feci; In quorum fidem me ſubſcripſi, & ſignum meum conſuetum appoſui. Locus ✠ Signi. VOLENS IDEM Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Cardinalis ea, quæ ſuo nomine geſta fuerunt ratificare, & approbare: Hinc eſt, quòd ſpontè, & ex certâ ſuâ ſcientiâ, ſpontaneâque, ac liberâ voluntate, & animo deliberato, omnibus melioribus modo, viâ, jure, causâ, & formâ, quibus magìs, meliùs, validiùs, & efficaciùs de jure potuit, & debuit, ac poteſt, & debet, ſupradictam venditionem ſupradicti Palatii del Paradiſo, ut præfertur factam, receptionem Scutorum quinque millium factam per ſupradictum D. Paulum Zerbinatum ejus Theſaurarium, ac promiſſionem

nem de ſolvendo eadem ſcuta octuaginta in terminis, & paghis prædictis, ac omnia alia, & ſingula in præinſerto inſtrumento contenta ratificavit, emologavit, & approbavit, ac rata, grata, & firma habere, & tenere promiſit, & in nullo contrafacere, dicere, de jure, vel de facto, aliquâ ratione, jure, modo, titulo, ſivè causâ, aliàs teneri voluit ad damna, expenſas, & intereſſe per quoſcumque præmiſſorum occaſione quomodolibèt patien., ſuſtinen., & incurren., de quibus quidèm damnis, expenſis, & intereſſe ſtare, & credere voluit ſoli, & ſimplici verbo, proùt in præinſerto inſtrumento, damnum paſſi. Pro quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis ſic obſervandis, tenendis, & firmitèr adimplendis ſe ſe ipſum, ejuſque hæredes, & ſucceſſores quoſcumque, ac bona omnia mobilia, immobilia, præſentia, & futura ubiquè exiſtentia in ampliori formâ Cameræ Apoſtolicæ cum ſolitis clauſulis, citrà tamèn Procuratorum conſtitutionem obligavit, & hypothecavit, & tacto pectore, more Illuſtriſſimorum DD. Cardinalium, ad Sancta Dei Evangelia juravit. Supèr quibus omnibus, et ſingulis præmiſſis petitum fuit à me Notario infraſcripto unum, vèl plura, publicum, ſeù publica fieri, atquè confici inſtrumentum, et inſtrumenta. §. Actum Romæ in Palatio Montis Trojani, in Stantiis ſolitæ Reſidentiæ ipſius Illmi D. Cardinalis, ibidèm præſentibus Magnificis DD. Camillo Perutio Clerico Senogallien. Diocesis, Secretario ejuſdem Illmi Dom. Cardinalis, et Magnifico, et Excellenti J. U. D. Fulvio Theophilo Romano, ejuſdem Illuſtriſſimi D. Cardinalis Auditore, Teſtibus ad præmiſſa omnia, et ſingula vocatis, adhibitis, atquè rogatis.

Et quià Ego Antonius Guidottus, Romanus, publicus Dei gratiâ, Apoſtolicâ auctoritate Notarius de præmiſſis rogatus fui, Ideò præſens Inſtrumentum in fidem præmiſſorum ſubſcripſi, et publicavi requiſitus. Locus ✠ Signi.

Collegium Archivii Romanæ Curiæ Scriptorum Univerſis etc. Salutem &c Notum facimus, et atteſtamur prædictum D. Antonium Guidottum de retroſcripto Inſtrumento reſpectivè rogatum fuiſſe, et eſſe Notarium publicum in Noſtro Archivio deſcriptum, et collegam noſtrum fidelem, et legalem, ejuſque inſtrumentis fidem indubiam adhibitam fuiſſe, et adhiberi, in Curiâ, et extrà; In quorum fidem præſentes fieri, et per alium collegam noſtrum infraſcriptum ſubſcribi, Sigillique noſtri appenſione communiri mandavimus, et fecimus. Datum Romæ in Palatio Apoſtolico, et Camerâ dicti Archivii. Anno, Indictione, die, menſe, et Pontificatu, quibus ſuprà.

Joannes Maria Bucca Scriptor etc.

Non

Non tamèn in ſolâ harum Ædium comparatione Sapientum Judicis acquievit animus, quìn etiàm de illas elegantiorem in formam redigendo cogitavit; cùmque novo ſumptui Reipublicæ vires minimè ſuppeterent, facilè ab omnibus Gymnaſii Lectoribus, 1588
quorum commoditati, ac decori laborabat impetravit, ut de ſtipendiis, ſibi prò (*a*) anno 1588. debitis in libris duabus prò centenario quolibet gravari paterentur: Tandèm Ferrariâ ad Pontificem devolutâ, ſub Ferrante Trotti Sapientum Judice, anno ſcilicèt 1610., in nuperiorem elegantiſſimam formam ſunt redactæ, earum capite, quod viam S. Agnetis reſpicit in latus nobilius immutato, & Turri, aliiſque additis ornamentis, proùt icon Libro huic tertio præpoſita oſtendit: Hæc autèm inſcriptio ſupèr januâ, in reparationis prædictæ monumentum legitur.

Apoſtolicæ Sedis munificentiâ, Paulo V. Pontifice Maximo ſedente, sùb auſpiciis Horatii Spinulæ Card. Leg. Ferdinando Trotto Judice Sapientum, Galeatio Gualenguo March. Paulo Contugo J. C. Gymnaſij moderatoribus Anno à Partu Virg. MDCX.

Aſt ad annum 1588., undè aliquantulum digreſſi ſumus revertimur, quo recurrente ad legendum in Univerſitate noſtrâ conductos legimus Equitem eruditiſſimum Leonardum (*b*) Salviati Florentinum, ac Cæſarem Samio natione Græcum, primoque Moralium Ariſtotelis, alteri Græcæ Linguæ Cathedram fuiſſe demandatam; ſequentibus verò graviſſimas Civitas noſtra in ærumnas incidit; nàm fames, quæ in pluribus Italiæ Urbibus multa hominum millia perimebat Ferrariam quoquè aggreſſa (*c*) eſt, plurimùm in eâ cædium patratura, niſì Alphunſi Ducis pietas ingentem pecuniarum vìm in Annonâ comparandâ impendiſſet, Subditorumque, eorum præſertìm qui ægeſtate magìs premebantur anguſtias ſublevaſſet: Peſſimum etiàm die 8. Martii patratum facinus in perſonam Alphunſi Banchi Nobilis Ferrariæ Civis, J. U. D., ac in Almo Lyceo noſtro Lectoris meritiſſimi, quem Manaſſes quidam Judæorum nequiſſimus, Conjuge Herculis Banchi Alphunſi prædicti fratris mandante, pugione perſonatus confodit: Deplorata omnibus viri mors, quàm longæva perempti ætas octuageſimum tertium annum pertingens, probi, illibatique mores

(The margin dates 1588, 1590, 1590 stand beside the lines "Aſt ad annum 1588.", "rumnas incidit", and "Peſſimum etiàm die 8. Martii patratum".)

P 2

(a) *Memorial.* 1588. *pag.* 66. (b) *Memorial. ann.* 1588. *fol.* 54. (c) *Fauſtini, libr.* 2.

moreſ, necis cauſa, viliſſima deniquè, ac ſervilis Sicarij conditio acerbiorem reddidére; ſed ſontium uterque pœnas luit, nàm in ſceleris ſuſpicionem poſiti, cuſtodiæque traditi, crimen, quæ-
1590 ſtionibus adhibitis faſſi ſunt, quapropter die 30. Aprilis Mulier capite mulctata, Judæus verò plauſtro (a) impoſitus, Rabbinis comitantibus, eumque in Judaicâ perfidiâ confirmantibus, ad locum patrati criminis deductus eſt, ibidèmque manu eidem amputatâ, ad Plateam ductus, in loco ſuppliciorum conſueto laqueo ſtrangulatus. Sed & famis adhùc ſævienti malo Hyemis
1591 rigor acceſſit, itaùt hominum corpora glacie obrigerent, quapropter jejuniis eleemoſynis, precibuſque publicis Deo litatum eſt, ut debitas alioquìn corruptis moribus pœnas revocaret. Dum his
1593 Ferraria anguſtiis præmeretur, Comiti Alphunſo Eſtenſi Taſſoni Sapientum Judici vitâ functo Antonius (b) Montecatini cognomento Philoſophus, præclariſſimus in Gymnaſio noſtro Profeſſor ſucceſſor datus. Urbs deindè iterùm in luctum rediit, ob mortem
1594 Duciſſæ Mantuæ, Ferrarienſis Duciſſæ matris, cui in Principum (c) Sacello exequiæ ſummâ magnificentiâ celebratæ ſunt, Paulo Contughi Lycei noſtri Doctore de eximiis Defunctæ laudibus prò
1595 roſtris diſſerente. At quamvìs gravia hæc omnia viderentur, pejora timebantur, crebri (d) enìm, validique ſtrepitus ad tumulum Beatæ Beatricis Eſtenſis in Sanctimonialium D. Antonii Eccleſiâ auditi infauſtum quid, quemadmodùm vaticinari ſolent Eſtenſi ſanguini, vèl Urbi noſtræ imminere portendebant: Hæc Alphunſus Dux ætate gravis, multiplicique tàm corporis, quàm animi ægritudine confectus ad ſe pertinere ratus, rebuſque ſuis conſulendi tempus deſignari, extremas primò tabulas condidit, deindè noxis expiandis magnâ animi alacritate vacavit, nè cùm mors, quam parùm abeſſe arbitrabatur adveniret, imparatum, humaniſque detentum curis oſſenderet: Nèc ſua illum fefellit ſollicitudo; anno etenìm 1597. menſe Octobris ægrotavit, morbo-
1597 que in dies ingraveſcente, tandèm præſidiis omnibus Eccleſiæ munitus die 28. menſis ejuſdem, poſtremus Eſtenſium Principum qui Ferrariæ imperaret animam Deo (e) reddidit. In eo nihìl dùm adhùc in vivis ageret non magnum, admirandumque ipſa deprehendiſſe potuit invidia; puriſſima enìm in Deum religio

(a) *Libro dei Giuſtiziati, appreſſo la Ven. Confrat. della Morte, all'anno* 1590.
(b) *Fauſtini, libr.* 2. (c) *Fauſtini, luogo cit.* (d) *Fauſtini, luogo cit.*
(e) *Fauſtini, luogo cit.*

gio Virtutum omnium ſodalitio copulata, ſummâ in Sacerdotes obſervantia, in ægenos charitas, in familiares, ac neceſſarios beneficentia, caſtigata, & quæ Cœnobium ſaperet in voluptatibus temperantia, ſingularis tandèm in regendis Populis, juſtitiâque adminiſtrandâ ſapientia numeris omnibus abſolutum Principem conſtituère, feliciſſimum quoquè dixerimus, ſi Prolem, quæ in florentiſſimo ejus imperio ſuccederet reliquiſſet. Alphunſi cadaver Ducalibus ornatum inſigniis ad Curiæ Sacellum deductum eſt, ubì innumera interìm prò ejuſdem Animâ ſacrificia Deo oblata; nullum tamèn habuit, qui à ſuggeſtu laudandum, de more ſuſciperet, quòd conqueritur Hiſtoricus (*a*) noſter, præſertìm cùm de Principe ageretur, qui ingentem Litteratorum turbam maximis benefitiis cumulaverat: Itaquè Alphunſi Corpus, horâ noctis primâ ad Corporis Chriſti Eccleſiam, nullâ pompâ translatum eſt, ibìque apùd Majores depoſitum. Quæ deindè intèr Clementem VIII. Pontificem Maximum, ac Cæſarem Eſtenſem Mutinæ, & Regii Ducem acta ſint, quibuſve hic de cauſis Urbem Ferrariæ, cùm toto Ducatu Pontifici vacuam dimiſerit, cùm apud Scriptores ſatìs in aperto ſit, ad ea, quæ circà noſtram Studiorum Univerſitatem ſub feliciſſimo, ſanctiſſimoque Romanæ Sedis Imperio uſquè in hodiernam diem acta ſunt referenda convertimur. Rerum potitus Pontifex Ferrariam venit anno 1598., die 7. Menſis Maij, Divo Maurelio Urbis Patrono dicatâ, ut nobiliſſimam hanc Divo Petro adiectam Provinciam inviſeret, novis inſtitueret Legibus, Populoſque plurimis collatis beneficiis in Eccleſiæ devotione firmaret. Præcipua verò Summi Antiſtitis cura fuit, ut novam Reipublicæ adminiſtrandæ formam induceret, ſeù potiùs eam, quæ antè obtinuerat reformaret: Igitùr ſub Datum Ferrariæ die 15. Julii Conſtitutionem (*b*) edidit, quam vulgò *Centumvirale* appellamus, quâ Senatorum centum Ferrariæ Civium Conſilium inſtituit, Duodecimviralem Magiſtratum ad Decemviralem reduxit, Publicæ rei adminiſtrandæ Œconomiam tradidit, munerum publicorum collationem permiſit, Urbem annuis redditibus, vectigalibuſque magnificè donavit, ac alia id genus plura conſtituit: Quòd autèm ad argumentum pertinet, Conſilio eidem Almi Gymnaſii Moderatorum, Lectorumque (*c*) electionem, itèmque Stipendiorum taxationem 1598

P 3 Pon-

(a) *Fauſtini, libr. 2. nel fine.* (b) *Privileg. Ferrariæ Tom. 1. pag. 1.*
(c) *Conſtitut. prædict. §. Ad idem Conſilium.*

Pontifex indulſit. Ab Alphunſi obitù uſquè ad annum 1602. Lectorum Rotuli deſiderantur; abindè verò typis mandari cœpti, unà cùm notulâ dierum Lectionibus præſcriptorum, quam nos Diarium vocamus idquè ſucceſſivè uſquè in præſens obſervatum.
1600 Intereà Pontifex de Studii noſtri dignitate nèdùm ſervandâ, verùm etiàm amplificandâ ſollicitus ejuſdem immunitates, ac Privilegia ſpeciali (a) hoc Diplomate confirmavit.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

Romanum decet Pontificem Studiorum Generalium Univerſitatibus, ac Studioſis, et Scholaribus benigni favoris gratiam libentèr imperti-ri, ut illi, Apoſtolico ſuffulti præſidio alacriùs Litterarum, et Bonarum Artium ſtudiis incumbant, et ad eorumdem Studiorum metam faciliùs valeant pervenire. Idcircò Nos Univerſitatem Studii Generalis Civitatis noſtræ Ferrarienſis, ejuſque Rectores, Reformatores, et Scholaſticos ſpecialibus favoribus, et gratiis proſequi volentes, et eorum ſingulos à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, et interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, et penis, à jure, vel ab homine, quavìs occaſione, vel causâ latis, ſi quibus quomodolibèt innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxàt conſequendum, harum ſerie abſolventes, et abſolutos fore cenſentes: Supplicationibus eorum nomine Nobis ſupèr hoc humilitèr porrectis inclinati, omnia, et ſingula Privilegia, indulta, exemptiones, facultates, conceſſiones, et gratias eidem Univerſitati Studii Generalis, ejuſque Rectori, Reformatoribus, Scholaſticis, et aliis perſonis quibuslibet, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, et Apoſtolicam Sedem, nec non Ferrariæ Duces prò tempore conceſſa, ipſiuſque Univerſitatis Statuta, et laudabiles conſuetudines, quatenùs tamèn licita, et boneſta ſint, et ſacris Canonibus, et Concilii Tridentini decretis, nec nòn libertati Eccleſiaſticæ, Noſtræque, et Apoſtolicæ Sedis auctoritati, debitæque obedientiæ non adverſentur, nèc ſint revocata, aùt sùb aliquibus revocationibus comprehenſa, auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium perpetuò confirmamus, et approbamus, illiſque perpetuæ, ac inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, eaque omnia, et ſingula perpetuò valida, firma, et efficacia eſſe, et fore; ſicque ab omnibus cenſeri, et ità per quoſcumque Judices Ordinarios, et delegatos ubìque judicari, & de-

(a) *Privilegior. Ferrariæ Tom. 1.*

& definiri debere, et irritum, et inane quidquid ſecùs ſupèr his à quoque, quavìs auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari decernimus. Quocircà Venerabili Fratri Epiſcopo Ferrarienſi, ac dilectis Filiis Archidiacono, et Primicerio Eccleſiæ Ferrarienſis per præſentes committimus, et mandamus; quatenùs ipſi, vèl duo, aùt unus eorum præſentes litteras, et in eis contenta quæcumque ubì, et quandò opus fuerit, et quotiès prò parte dictorum Rectoris, Reformatorum, et Scholarium, aùt alicujus eorum fuerint requiſiti ſolemnitèr per ſe, vel alium publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtrâ Univerſitatem, Rectorem, Reformatores, et Scholares prædictos, privilegiis, indultis, et gratiis ſupradictis perpetuò pacificè frui, et gaudere, non permittentes eos deſupèr à quoque quavis auctoritate quomodolibèt moleſtari, perturbari, vel inquietari. Contradictores quoſcumque per cenſuras, et pœnas Eccleſiaſticas, aliaque oportuna Juris, et Facti remedia appellatione poſtpoſitâ compeſcendo, invocato etiâm ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachii Secularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, et Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ apùd S. Petrum, ſub Anulo Piſcatoris, die 12. Junii 1600. *Pontificatus Noſtri anno Nono.*

M. Veſtrius Barbìanus.

Hoc eodem anno Publica INTREPIDORUM Academia Litterarum amœniorum, Armorumque initium ſumpſit, cui congregandæ, in horreo novo propè D. Laurentii Eccleſiam Theatrum pulcherrimum fuit paratum, Jo: Baptiſtâ Aleotti, aliàs Argenta, Ferrarienſe præclari nominis Archetypo opus dirigente. Vincentius Gonzaga Mantuæ Dux Academiæ Protector declaratus, ac in eâ primùm Orationem publicè (*a*) habuit doctiſſimus Comes Guido Ubaldus Bonarelli, Ferrarienſes Adoleſcentes exorans, ut Majorum ſuorum veſtigiis inhærentes litteras excolerent: Intrepidorum Principatum hæc circà tempora geſſit illud omnigenæ doctrinæ, ac eruditionis lumen Jacobus (*b*) Mazzoni Forolivienſis; hæc autèm Academìa (quòd fortaſsè Urbìs noſtræ intèr cçteras ſingulare) Publica eſt, annuoque ſcutorum centum Ferrarienſis monetæ redditu, quæ ex Communis ærario auctoritate Apoſtolicâ perſolvuntur ſtabilita, undè ſumptus, prò nobilibus utriuſ- 1600

(a) *Fauſtini, Hiſtor. libr. 5.* (b) *Nicolaus Comneno Papadopoli, Hiſtor. Gymnaſ. Patavini, Tom. 2. libr. 2. cap. 36.*

que generis experimentis, Litterarum ſcilicèt, ac Armorum, quæ in eleganti Theatro ad id deſtinato quotannis edi ſolent ſupportari poſſint: Doctiſſimis ab ejuſdem origine uſquè in præſens, eruditiſſimiſque Viris referta fuit; ac eſt Intrepidorum Academìa, tantùmque ſibi apùd Italos dignitatis vindicat, ut præclariora ingenia huic nomen dare ſibi decorum putent. Academiæ noſtræ Inſigne eſt Prælum, quò utuntur Typographi librarii, cùm Epigraphe PREMAT DUM IMPRIMAT, de cujus pulchritudine, atquè elegantiâ ſcripſerunt viri doctiſſimi; & hoc de Intrepidorum cœtu attigiſſe ſatìs ſit. Quonìam verò de Academiis hìc ſermo incidit, ſciendum alias, ultrà laudatam Ferrariæ variis temporibus floruiſſe, quarum nonnullas memorat Vincentius *(a)* Gimma, ac Auctor *(b)* Prohemii *Alle Rime Scelte dei Poeti Ferraresi Antichi, e Moderni*. Prima Ferrarienſium Academiarum, & quidèm florentiſſima LEONELLUM Marchionem Eſtenſem Ferrariæ Dominum, Principumque litteratiſſimum Auctorem agnovit, ac in eâ excelluerunt Guarinus Veronenſis, Theodorus Gaza Theſſalonicenſis, Titus Veſpaſianus Strozza, Albertus Coſtabili, aliique plures. ELEVATORUM Academìa in Domo præclariſſimi Alberti Lollio anno 1540. inſtituta, in quâ floruere Bartolomei Ricci, & Ferrini, Joannes Franciſcus Leoni, ac alii. Academìam PHILARETARUM fundavit Alphunſus Calcagnini. In Ædibus Alphunſi Cortile J. U. D. Legum Academìa AFFLATORUM titulo congregata, ibidèmque Hieronymus Mattheucci Firmanus Theſes Juris Utriuſque ſuſtinuit. Alia Legalis Academìa OLIMPICORUM dicta celeberrimi Juris Conſulti Joannis Franciſci Terzani Cremona operâ inſtituta, in hàc autèm Marcellus Boſio, & Auguſtinus Dena Mutinenſis Theſes propugnandas exhibuère circà annum 1567. FERRARIENSIS Academìa, cui Hercules Cato, immortalis Torquatus Taſſo, alijque nomen dedere. SERENORUM Academìæ Joannes Emiliani Philoſophus, ac Medicus inſignis auctor fuit; hæc verò, intèr cæteros Ludovicum Giraldi Academicum habuit. PARTICORUM in Ædibus eruditiſſimi Joannis Baptiſtæ Pigna erecta, quæ Bonaventurâ Augeli, aliiſque ſummæ eruditionis viris gloriatur. Academìa CONCORDIUM, in quâ sùb Alexandro Margotti Mattheus Stuffio Viennenſis anno 1581. mille duocentum Philoſophicas Con-

(a) *Italia Letterata*, *Tom. 2. cap 37.* (b) *Stampata in Ferrara l'anno 1713., per gli Eredi Pomatelli.*

Concluſiones earum quamlibet defenſurus propoſuit: Viguit quoquè TERGEMINORUM Academìa, eique nomen dedit Franciſcus Muti Conſentinus, qui anno 1589. Thæſes pulcherrimas *De pulchritudine* in eâdem ſuſtinuit. Ex PHILENORUM Academiâ Fridericus Co: Miroglio prodiit, ex aliâ TENEBROSORUM nuncupatâ Aloyſius Taſſi. Ferrariæ itèm floruerunt Academiæ HUMORISTARUM, INGENIOSORUM, CONFUSORUM, ELECTORUM, PARTENIORUM, PIA à Dono Aloyſio Pio de Sabaudiâ Cive Ferrariæ nobiliſſimo propriis in Ædibus circà tranſacti Sæculi dimidium inſtituta; noſtrâ verò ætate Ferrarienſis ARCADUM COLONIA, SILVA, VINEA, nèc non THEOLOGIÆ MORALIS Academìâ, à D. Canonico Franciſco Saraſini Cathedralis noſtræ Theologo meritiſſimo, RERUM MATHEMATICARUM à præclariſſimo Dom. Doctore Romualdo Bertaglia domi inſtituta, aliæque plures, quæ calamum effugiunt. Quantùm autèm hujuſmodi Litterarum Paleſtræ ſtudioſis profuerint, Ferrarienſibus præſertìm, qui in eis omni Scientiarum, bonarumque Artium genere exculti ſunt, norunt univerſi: Quòd dumtaxât ad Poeſim pertinet, illìnc abſolutiſſimi prodiere Poetæ noſtri, qui Patriæ hujus nomen, gloriamque eorumdem vigiliis, ac laboribus ſupèr Urbes cæteras (nèc veterem Romam, vel Athenas ipſas excipimus) extulerunt: Maxima hæc equidèm laus, vera tamèn, quæque nos tibi, Lector, ſuſpectos reddere minimè poſſit, cùm eam à doctiſſimo Viro Franciſco Patrizi Veneto mutuati ſimus: Ejus verba (*a*) audias, quæ ad multarum Civitatum decus ſatìs eſſent.

Quanto poi alla Poesìa, certa coſa è, che ſotto Hercole I. quì (in Ferrara) primieramente la Scenica per Commedie di Pandolfo Collenuccio, e di Lodovico Arioſto. E ſotto Hercole II. Padre voſtro per Tragedie di Gio. Battiſta Giraldi vi ſi accrebbe. Riſorſe quì anco la Satira, anzi quì nacque la Satira di queſta lingua per opera dell'Arioſto. Quì ſimilmente ſe non rinacque, fù al rinaſcer vicina la Lirica Latina per Ercole, e Tito Strozzi, e la Toſcana per l'Arioſto. Ed ora con tanta felicità vi fioriſce nel Cavallier Battiſta Guarini, e in Torquato Taſſo, e in Tarquinia Molza, e in tant'altra Gioventù, che di ſe ben toſto ſpargerà il grido. In Ferrara ſimilmente ſotto a' me-

(*a*) *Franceſco Patrizi, Poetica, nella Dedicatoria alla Ducheſſa di Urbino.*

a' medeſimi favori l' Eroica Poesìa, che altri chiamò Romanzi, prima ſi rabellì, e ſi fece grande per Franceſco Cieco, per il Co: Matteo Marìa Bojardo: e fù ſeguito da Nicolò Agoſtini pur Ferrareſe, e da Lodovico Arioſto; Il quale con la grandezza ſua ſupera ogni invidia degli Antichi. Appreſſo al quale il Giraldo ſopradetto compoſe in altro genere Eroico Poema. E quì da Torquato Taſſo, et il Rinaldo ſuo, e la Geruſalemme fù fabricata. Si che in una Città, ſotto la prottezione de Principi ſuoi, l' uno ſeguente all' altro, ſei Poeti di ſette Poemi Eroici ſono ſtati Compoſitori. Di che niun' altra Città, non Roma antica, non Atene ſi può dar vanto. Non quaſi Italia tutta, non altra Provincia veruna altrettanti ne hà prodotti, a' tempi più moderni. Qui medeſimamente, ſe non rinacque, ebbe almeno il ſecondo latte l'arte de Poeti da Vicenzo Maggio. Qui tornò in vita l' arte della Comedia, e nacque l' arte del Romanzo dal Giraldi, e da Gio: Battiſta Pigna. E dal Taſſo l'arte dell' Eroico. E quì fù compilata l' arte Poetica del Caſtelvetro, e quì da noi una più ampia ſe ne fabbrica. Ne altra Città ſi può gloriare d'aver nodrito ſette Scrittori dell' Arte Poetica, fuor che Ferrara ſola &c.

1600 Dùm Clemens antiqua Univerſitatis noſtræ privilegia Apoſtolicis Litteris inſtaurabat, Publica in eo cura detinebatur, ut annuos tot ex cenſu Civitatis redditus Gymnaſio ſegregaret, quot ſatìs eſſent Lectorum ſtipendiis perſolvendis, ad ſummam librarum duodecim millium ad minùs anno quolibèt aſcendentibus; id autèm neceſſarium magìs viſum eſt, quòd eorum nonnulli ſegniores in munere explendo redderentur, cauſantes quòd laboris merces, poſtquàm ſolutionis dies advenerat minimè in promptu eſſet: Durum quoqùe Lectoribus videbatur, prò quolibet pacti ſtipendii librarum centenario libris ſex mulctari, ſcilicèt ſcuto uno Scholaribus reſponderi conſueto, annuis in eorum Tripudiis erogando, ac dimidio ſcuti uniùs, quod in cauſam reparationis Scholarum, ut aliàs dictum eſt detrahi conſueverat. His maturè perpenſis cenſuit Civitas, in Studii manutentionem infraſcriptos redditus à Pontificiâ largitate Communi Ferrariæ perpetuò donatos deſtinari poſſe, videlicèt Quatrenum (*a*) unum ſupèr unaquâque librâ Salis, in Civitate, & diſtrictu Ferrariæ vendendi, nèc nòn Datia Damnorum datorum, Fornacis Vitrorum, & Collectionis Centonum nuncupata, quæ omnia quotannis redditum librarum treſdecim millium quingen-

gen-

(a) *Conſtitut. Centumviral. §. Prætereà eoſdem.*

gentarum quadraginta quatuor conſtituebant, ſtipendiaque integra, ac nulli obnoxia oneri Lectori cuilibet in futurum perſolvere opportunum duxit, ut alacriori animo demandatum docendi munus explerent: Ne verò Scholares ademptum ſibi conſuetum Tripudiorum aſſem conquererentur, viſum eſt ex prædictâ rcddituum ſummâ libras centum, in eam cauſam cuilibet Univerſitatum, Juriſtarum nempè, & Artiſtarum Rectori anno quolibet conſtitui poſſe: Hæc fuit Magiſtratus ſententiâ, quâ ad Centumvirale (*a*) Conſilium die 27. Novembris anni 1600. habitum per Judicem, ac Sapientes delatâ, Patribus placuit, eam omnibus ferè ſuffragiis ratam habere, quapropter memorata Cenſus Publici membra Gymnaſio aſſignata ſunt. Sed cùm ſequenti anno Clemens idem Pontifex novis Apoſtolicis Litteris ſub Datum 21. Novembris, & de 1601
quibus paulò infrà, exactionem prædictam quatreni unius prò qualibet librâ Salis Urbi noſtræ donatam ad quatrenos duos ampliaſſet, eoſque Communi Ferrariæ in Studii manutentionem perpetuò fuiſſet clargitus, quòd ad ſumptus ejuſdem ſuſtinendos ſatìs eſſe videbatur, Damnorum Datorum, Collectionis Centonum, ac Fornacis Vitrorum redditus prædicti in liberam Reipublicæ noſtræ poteſtatem rediere. Hoc quoque anno 1601. Congregatio Rerum Almi Gymnaſii noſtri moderatrix (conſtat autèm DD. Sapientum Judice Reformatore, novem Sapientibus Magiſtratus, ac duobus aliis Reformatoribus ad vitam conſtitutis, omnibus à Magno Centumvirali Conſilio electis) exordium ſumpſit; nàm cùm frequentèr Conſilium idem cogere, prò Rotulorum reformatione, Lectorum electione, aſſignatione ſtipendiorum, aliiſque ad Studium pertinentibus opus eſſet, magnâ Vocalium incommoditate, iiſdem placuit in Magno Conſilio, 30. Auguſti 1601. legitime (*b*) congregatis, univerſam Studii regendi provinciam Judici, Magiſtratuique Sapientum, ac Reformatoribus impoſterùm demandare: Decretum hujuſmodi eſt.

Perchè ſi avvicina il tempo della riforma dello Studio per l' anno avvenire, & ſarà biſognevole non ſolo riformare il Rotolo, mà anche taſſare i Salarj a' Signori Dottori leggenti, il che ſpetta per ordine di Noſtro Signore al Gran Conſiglio, L' Illuſtriſſimo Maeſtrato è ito penſando, non poter eſſere che bene, per non averſi à chiamar così fre-

(a) *Regiſtro delle Publiche Determinazioni dell' anno* 1600. *fol.* 56.
(b) *Deliberat. public. dell' anno* 1601. *fol.* 85.

frequentemente eſſo Gran Conſiglio per coſe, ed affari dello Studio, & per altri ragionevoli riſpetti, l' avere auttorità da VV. SS. Illuſtriſſime di poter eſſere inſieme con li Signori Riformatori, per trattare, regolare, e concludere di tempo in tempo non ſolo la riforma di eſſi Rotoli, mà anche la taſſa de Salarij, conforme a' meriti, & valore de leggenti, & qualità delle Letture, & provedere inſieme à tutto quello, che occorrerà per ſervizio publico, & di eſſo Studio.

Però ſi pone à partito, ſe ſi dè dare l' auttorità al Maeſtrato di quanto ſi è detto, ò nò: Et à chi piacerà, che il Maeſtrato abbia la ſudetta auttorità, porrà la palla nel sì, altrimente nel nò.

Venutoſi però allo ſcrutinio paſsò il detto partito pel maggior numero de voti, cioè trentacinque pel sì, e ventiſette pel nò, e così fù publicato, & dichiarato da me Segretario.

Giulio Piganti Segretario.

Duobus quadrantibus ſupèr unaquâque Salis librâ, in hac Civitate, & Diſtrictù venalis prò Studii ſuſtentatione per Pontificem, ut ſuprà memoravimus aſignatis, cùm Eccleſiaſticorum tàm Sæcularium, quàm Regularium multi, nec non Pia Loca, ſub Privilegiorum quorumdàm prætextu Datium hujuſmodi honeſtum
1602 adeò, omnibuſque Litterarum ſtudio addictis proficuum ſolvere detrectarent, opus fuit (a) Apoſtolicis Litteris, ab eodem Pontifice datis die 14. Auguſti 1602. eos quoquè oneri prædicto obnoxios ſpecialitèr declarare: Tenor Litterarum eſt.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei Memoriam.

Decet Romanum Pontificem oportunè providere, ut gratiæ, & conceſſiones ab ipſo factæ eum, ad quem tendunt finem, & effectum liberè ſortiantur. Aliàs ſi quidèm Nos cupientes, ut generale Studium in Civitate noſtrâ Ferrarienſi jamdudùm erectum manuteneretur, et quotidiè magìs Lectorum doctrinâ egregiorum, et Scholarium concurſu augeretur, decrevimus dilectis Filiis Communitati, et Hominibus dictæ Civitatis, ut Lectores egregios honeſtis ſtipendiis conducere, aliosque neceſſarios ſumptus pro dicti Studii conſervatione ſubire valeant, donationem per Nos eis ad noſtrum, et Sedis Apoſtolicæ beneplacitum factam de uno quadrante in ſingulas libras Salis, qui in dictâ Civita-

(a) *Privilegior. Ferrariæ Tom. 1. pag. 80.*

vitate, & Diſtrictu venditur, perpetuò extendere, nec non alterum quadrantem in ſingulas libras ſalis prædicti eis paritèr concedere. Motu proprio dictam donationem, & conceſſionem unius quadrantis ſupèr qualibet librâ Salis, per Nos, & dictæ Sedis Apoſtolicæ beneplacitum eiſdem Communitati, & Hominibus Civitatis noſtræ Ferrarienſis, ut præfertur, factam perpetuò extendimus, ac illum, nec non alterum quadrantem, & ſic in totùm duos quadrantes ſupèr unaquâque librâ Salis in dicta Civitate Ferrarienſi, ejuſque Territorio, & Diſtrictu tantùm de cætero vendendi, eiſdem Communitati, & Hominibus perpetuò donavimus, & conceſſimus, ac plenam, & omnimodam facultatem, poteſtatem, & auctoritatem dictos duos quadrantes in ſingulas libras Salis prædicti ab omnibus, & ſingulis, ad quos in futurum ſpectaret, perpetuò, ac liberè, & licitè percipiendi, & exigendi dedimus, & conceſſimus, & ſupèr illorum perceptione, & exactione nullo unquàm tempore à Camerâ noſtrâ Apoſtolicâ, aùt à quocumque alio quavis occaſione, vel causâ moleſtari, impediri, aut perturbari poſſe decrevimus, & declaravimus, ſtatuimus tamèn, & mandavimus, ut dicti duo quadrantes in alium uſum, vel etiàm ipſius Civitatis urgentiſſimam neceſſitatem, nullo unquàm tempore converti poſſent, & idcircò donationem iſtam ab aliis ejuſdem Communitatis redditibus, & proventibus perpetuò ſegregavimus; ſegregatamque, & ſeparatam eſſe voluimus, quòdque de eâ Reformatores Studii, Magiſtratus Ferrariæ, qui prò tempore erunt, ad uſum ejuſdem Studii tantùm diſponere poſſent. Ut verò largitio iſta rectè, & ritè ad prædicti Studii augmentum, & manutentionem pervenire deberet, ſtatuimus, & ordinavimus, ut dicti Reformatores, in tribus tertiariis, atquè in qualibet earum prò ratâ Lectoribus quibuſcumque aſſignata ſtipendia effectualitèr dare nullo unquàm tempore prætermitterent, itá quòd Lectores omnes ſalarium annuum quolibet anno integrè conſequerentur, & obtinerent, & ſi ultrà ſtipendia, impendia, impenſas, & alia ad prædicti Studii conſervationem, & augmentum neceſſaria quicquam pecuniæ ullo unquàm tempore ſupereſſet, illud per eoſdem Reformatores in aliquam rem immobilem quotannis erogaretur, quæ res ejuſdem Studii peculium proprium efficeretur, ejuſdem juris, cujus & donatio ſupraſcripta. Si verò Reformatores id facere neglexiſſent, ſeù diſtuliſſent, vel etiàm in alium uſum pecuniam ejuſdem Studii convertiſſent, ſeù converti mandaviſſent, ſtatìm honore, & dignitate prædicta ipſo jure privarentur, & nihilominùs ad ejuſdem Studii damnum de pecuniis propriis reſarciendùm tenerentur, & obligati exiſterent, ac aliàs proùt in noſtris deſupèr in formâ Brevis ſub datâ die 21. Novembris Anni præteriti MDCI. expe-

ditis

ditis litteris plenius continetur: Cùm autèm ſicùt pro parte dilectorum filiorum Magiſtratus ejuſdem Civitatis Ferrarienſis nobis nupèr expoſitum fuit, perſonæ Eccleſiaſticæ, Sæculares, & Regulares, et aliæ quæ privilegia, & exemptiones, ac immunitates ab Apoſtolicâ Sede conceſſas, & ſeù confirmatas habent, ſe ad ſolutionem dictorum duorum quadrantum pro quolibet librâ Salis minimè teneri prætendant, et propterea donatio per nos facta hujuſmodi modici emolumenti, et commodi prædicto Studio generali exiſtat. Nos conſiderantes ex manutentione, et ampliatione dicti Studii generalis, ipſis quoquè Eccleſiaſticis, et præſertìm Regularibus, ac aliis privilegiatis perſonis, quæ in eodem Studio generali Litterarum, et præſertìm ſacrarum Studiis commodiùs, et minori cùm diſpendio vacare poterunt, quàm ſi ad alia Studia generalia extrà dictam Civitatem accedere cogerentur, et propterea, ut donatio noſtra prædicta ipſi generali Studio Ferrarienſi eum, quem ab initio ſperavimus fructum, et emolumentum afferat providere volentes. Motu etiàm proprio, et ex certâ ſcientiâ, ac merâ deliberatione noſtrâ, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, harum ſerie perpetuò decernimus, et declaramus perſonas Eccleſiaſticas, tàm Sæculares, quàm cujuſcumque Ordinis, et Inſtituti Regulares cujuſcumque dignitatis, gradus, et conditionis exiſtant, et alias etiàm quantumvis privilegiatas, et exemptas perſonas ad ſolutionem dictorum duorum quadrantum pro quâlibet librâ ſalis, in dicta Civitate Ferrarienſi, ejuſque Territorio, et Diſtrictu tantùm vendendi omninò teneri, et obligatas exiſtere, nec illis, aùt cuiquam illarum, quoad hujuſmodi ſolutionem quæcumque privilegia, immunitates, exemptiones, gratias, & indulta illis, cuilibet illarum, aut quibuſvis illarum Eccleſiis, Monaſteriis, Locis piis, & Ordinibus, quorum exiſtunt per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, et Apoſtolicam Sedem quomodolibèt conceſſa, confirmata, et approbata ullatenùs ſuffragari, ſicque, et non alitèr per quoſcumque Judices ordinarios, et delegatos, etiàm Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane quidquid ſecùs ſupèr his à quoque quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Quò circà dilecto Filio noſtro, et Apoſtolicæ Sedis in Civitate, et Ducatu Noſtro Ferrarienſi de Latere Legato, vel ejus Collegato, ſeù Vicelegato per præſentes committimus, et mandamus, ut per ſe, vel alium, ſeù alios præſentes litteras, et in eis contenta quæcumque ubì, quandò, et quotiès opus fuerit ſolemnitèr publicari faciat, præmiſſa ab omnibus, et ſingulis, ad quos ſpectat, inviolatè obſervari. Contradictores quoſcumque per cenſuras, et pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, et

facti

facti remedia appellatione poſtpoſitâ compeſcendo , invocato etiàm ad hoc , ſeù adhibito , ſi opus fuerit auxilio bracchii Secularis , non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis præſertìm felicis recordat . Pii Papæ V. Prædeceſſoris noſtri , quæ incipit . Dùm ad uberes , ac in Univerſalibus , Provincialibuſque , vel ſpecialibus Conſtitutionibus , & ordinationibus , ac quarumcumque Eccleſiarum , Monaſteriorum , Piorum Locorum , & Ordinum etiàm Mendicantium , juramento , confirmatione Apoſtolicâ , vel quavis firmitate aliâ roboratis , ſtatutis , et conſuetudinibus , privilegiis quoquè indultis , & litteris Apoſtolicis , etiàm Mare Magnum , et Bullâ aureâ , aùt aliàs quomodolibet nuncupatis eiſdem Eccleſiis , Monaſteriis , Locis Piis , et Ordinibus , eorumque Prælatis , Superioribus , et perſonis , aùt quibuſcùmque tenoribus , et formis , et cùm quibuſvis etiàm derogatoriarum derogatoriis , aliiſque efficacioribus , et inſolitis clauſulis , ac irritantibus , et aliis decretis in genere , vel in ſpecie , ac aliàs in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis , confirmatis , et approbatis . Quibus omnibus , et ſingulis eorum tenores præſentibus prò expreſſis , et ad verbum inſertis habentes , illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxàt ſpecialitèr , et expreſsè derogamus , cæteriſque contrariis quibuſcumque . Dat. Romæ , apùd S. Marcum ſub annulo Piſcatoris , die 14. Auguſti MDCII. , Pontificatus Noſtri Anno Undecimo .

Die Veneris octavâ Menſis Novembris Anni 1602. Præſentes litteræ in Camerâ Apoſtolicâ exhibitæ, ex illius decreto commiſſæ fuerunt per Illuſtriſſimo , et Reverendiſſimo D. Horatio Maffeo ejuſdem Cameræ Clerico dicto Præſidenti . Quo referente citato Illuſtri D. Laudivio Zacchiâ ejuſdem Cameræ generali Comiſſario , vigore ſpecialis Chirographi manu Sanctiſſimi ſignati , Die Veneris XVII. Menſis Januarii Anni MDCIII. in eadem Camerâ admiſſæ , et una cum dicto Chirographo regiſtratæ fuerunt in ejuſdem Cameræ libris , penès infraſcriptum illius Notarium exiſtentibus , nempè libro octavo Diverſorum , folio 64.

Prò Succeſſore , in Officio D. Lutii Calderini .

Joannes Baptiſta Cennus &c.

M. Veſtrius Barbianus .

Sed & eodem recurrente Anno , alias ſequentes (*a*) Pontifex Litteras dedit , quibus immunitates , ac privilegia Doctorum Collegiis , ac Scholaribus Ferrariæ impertitus eſt .

CLE-

(a) *Tom. 1. Privil. Ferrar. pag.* 84.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad Futuram Rei Memoriam.

Sanctæ Romanæ Eccleſiæ dignitati, & honori, ipſiuſque temporalis ditionis conſervationi, & augmento maximè conducere arbitramur, ut in præcipuis ejuſdem temporalis ditionis Civitatibus publicæ vigeant Studiorum generalium Univerſitates, in quibus, tùm ipſius imprimis S. R. E. ſubditi exteri, tùm etiàm optimarum Diſciplinarum ſtudiis vacare poſſint: Et propterea ut magis in dies efflreſcant. Nos illas amplioribus in dies favoribus, & gratiis libenter proſequimur, proùt in Domino ſalubritèr conſpicimus expedire. Cùm itaquè in Civitate noſtrâ Ferrarienſi ab antiquiſſimo tempore inſtituta ſit Univerſitas Studii generalis, Nos, qui Civitatem prædictam, per nos ſub immediatam noſtram, & S. R. E. juriſdictionem temporalem receptam peculiari quadam dilectione proſequimur, cupientes Univerſitatem Studii generalis hujuſmodi non ſolùm conſervari, ſed in dies majora ſuſcipere incrementa, illam ſpecialibus quibuſdam privilegiis, & gratiis duximus exornandam. Motu igitùr proprio, & ex certâ noſtrâ ſcientiâ, ac maturâ deliberatione, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine harum ſerie perpetuò concedimus, & indulgemus, quòd Profeſſores in dictâ Univerſitate Studii generalis Ferrarienſis, utriuſque Juris, ac Artium, & Medicinæ, cùm ſe opportunitas obtulerit, Rectores, ut in more eſt, creare poſſint. Quòd hujuſmodi Rectores pro tempore, & his non exiſtentibus, Reformatores Studii prædicti facultatem habeant juſdicendi de Cauſis, & Litibus Civilibus Scholarium dicti Studii, quoad ſummam decem Scutorum tantùm, tàm activè, quàm paſſivè, & privativè quoad alios Judices quoſcumque. Quòd iidem Rectores, unà cùm Conſiliariis, & Theſaurario, ſeù Reformatores, imploratâ antè omnia auctoritate, & obtentâ licentiâ dilecti Filii noſtri, & Apoſtolicæ Sedis in dictâ Civitate Ferrarienſi Legati, ſeù Gubernatoris prò tempore exiſtentis, Statuta dictæ Univerſitatis corrigere, & reformare poſſint, quæ sic correcta, & reformata, perindè ac ſi auctoritate Apoſtolicâ roborata eſſent, obſervari debeant. Quòd Scholaribus deſcriptis in Albo dictæ Univerſitatis, de prædicti Legati, ſeù Gubernatoris licentiâ, qui inſpectâ qualitate perſonarum, & morum hujuſmodi licentiam concedet Arma quæcumque, non tamèn expreſsè prohibita, diù, noctùque cum lumine, & ubiquè locorum deferre licitum ſit,

edi-

edictis, aùt proclamatibus, vel bannis quibuſcumque minimè obſtantibus. Quòd Doctores legentes, & Scholares tàm Ferrarienſes, & alii Subditi S. R. E., quàm alienigenæ quicumque Albo dictæ Univerſitatis adſcripti, veniendo, & recedendo, conducendo, & reconducendo libros, veſtes, ſupellectilia, utenſilia, ac ea etiàm emendo, prò ipſorum, & familiæ ipſorum uſu, & opportunitate, ab omnibus gabellis, vectigalibus, pedagiis, datiis, etiàm Bulletæ, & tranſitibus, aliiſque oneribus, prætèr quàm molituræ, & gabellâ, quæ dicitur di Piazza, nec non etiàm ab omnibus factionibus, angariis, & perangariis, ac oneribus perſonalibus, & realibus, tàm hùc uſqùe impoſitis, quàm impoſterùm ex quacumque causâ imponendis penitùs immunes, & exempti, ac liberi perpetuò exiſtant, proùt Nos illos, & quemlibet eorum liberos, immunes, & exemptos perpetuò facimus, & declaramus. Demùm Collegiis Doctorum, & Univerſitati Scholarium Studii generalis Ferrarienſis omnia, & ſingula privilegia, & indulta per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Apoſtolicam Sedem Collegiis Doctorum, & Univerſitati Scholarium Studii generalis Civitatis noſtræ Bononienſis conceſſa, etiàm ſi talia ſint, quæ ſpeciali notâ digna eſſent, quæ tamèn omnia, & ſingula præſentibus pro ſigillatìm expreſſis, & ſpecificatis haberi volumus, motu, ſcientiâ, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ità ut Collegia Doctorum, & Univerſitas Scholarium Studii generalis Ferrarienſis hujuſmodi privilegiis, & indultis, in omnibus, & per omnia frui, potiri, & gaudere poſſint, & valeant, perìndè ac ſi illis nominatìm conceſſa fuiſſent, concedimus, & indulgemus. Quò circà per præſentes committimus, & mandamus dilecto Filio noſtro, & S. R. E. Camerario, ac Præſidentibus, & Clericis Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ut eaſdem præſentes, in eâdem Camerâ admittant, & in ipſius Cameræ libris deſcribi, & regiſtrari faciant, nec non prædicto noſtro, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legato, ac Venerabili Fratri Epiſcopo Ferrarienſi, quatenùs ipſi, vel alter eorum, per ſe, vel alium, ſeù alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcumqne ſolemnitèr publicantes, ac eiſdem Doctoribus, Scholaribus, & aliis prædictis, in præmiſſis efficacis defenſionis præſſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtrâ illos præmiſſorum eorundem effectu pacificè frui, et gaudere, non permittentes eos deſupèr à quoquam quavis auctoritate quomodolibet moleſtari, perturbari, vel inquietari; Contradictores quoſcumque per cenſuras, et pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, et facti remedia, appellatione poſtpoſitâ compeſcendo; invocato etiàm ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio bracchii ſæcularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, et ordinationibus Apoſtolicis, et quibuſvis

Statutis, et conſuetudinibus etiàm Juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, privilegiis quoquè indultis, et litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, et approbatis. Quibus omnibus, et ſingulis eorum tenores præſentibus prò expreſſis, et ad verbum inſertis habentes hac vice dumtaxàt ſpecialitèr, et expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ, apùd S. Marcum ſub annulo Piſcatoris, die XXV. Octob. MDCII., Pontificatus Noſtri Anno Undecimo.

M. Veſtrius Barbianus.

Die Lunæ XVI. Menſis Decembris MDCII. Præſentes litteræ in Camerâ Apoſtolicâ exhibitæ ex illius decreto commiſſæ fuerunt Perilluſtri, et Reverendiſſimo D. Lælio Biſcia, ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ Clerico Præſidenti, pèr quem die Mercurii XVIII. ejuſdem Menſis, præviâ citatione contrà Illuſtriſſimum D. dictæ Cameræ Commiſſarium, factâ in eadem Camerâ relatione, ex alio ejuſdem Cameræ decreto admiſſæ, et regiſtratæ fuerunt in ejuſdem Cameræ libris, penès me infraſcriptum illius Notarium exiſtentibus, nempè libro octavo Diverſorum, folio quinquageſimo ſecundo.

Lutius Calderinus.

Auctis, firmatiſque Gymnaſii redditibus, ac privilegiis Doctorum Scholariumque favore per Apoſtolicam Sedem renovatis, Reformatoribus, ac Magiſtratui cura inſedit, celeberrimos ad legen-
1602 dum Doctores conducere, propterea Alexander Turamini Senenſis, qui Neapoli, ſummâ cùm laude legebat Ferrariam accitus ad Cathedram (a) Juris Civilis primariam aſſumptus eſt, ſcutis mille anno quolibet eidem ſtipendii nomine aſignatis, quo paritèr tempore Galeatius (b) Gualenghi Marchio à Magno Civitatis Senatu intèr Gymnaſii Moderatores numeratus. Deindè controverſiarum nonnihil intèr Ferrariæ Epiſcopum, ac Reipublicæ Moderatores accidit, quòd in causâ fuit, ut neceſſitate urgente magnum Conſilium convocandi, nolam Cathedralis Eccleſiæ, de more pulſari Præſul idem prohibuerit; hoc autèm Civitatem impulit, ut ad Senatus, Almæque Univerſitatis noſtræ uſum nolam ære publico comparari (c) decerneret, & ſupèr Turri Communis col-
1607 locari, ut preſtò eſſet quotiès opportunum videretur. Pòſt hæc Turamini mors principem Juris Civilis Cathedram doctore viduavit;

(a) *Regiſtr. dell' anno* 1602. *fol* 125. (b) *Detto Regiſtr. fol.* 85.
(c) *Regiſtro dell' anno* 1605. *fol.* 20.

vit; huic verò ampliſſimis conditionibus ultrò oblatis ſucceſſor deſignatus eximiæ doctrinæ vir Andreas (*a*) Facchinei, in Piſanâ Univerſitate primus Legum Lector; pacta autèm in conductione appoſita, quòd ipſi ſcuta mille anno quolibet ſolverentur, bina verò millia mutui nomine in primo ad Cathedram ingreſſu, quatuor ſucceſſivis annis ex ſtipendio Gymnaſio mutuanti ratatìm compenſanda, quòdque Philippo Facchinei ejuſdem filio Legalem ſcientiam paritèr profitenti una ex Ordinariis Inſtitutionum Civilium Lecturis conſuetâ sùb mercede aſignaretur. Stipendia quoquè Paulo (*b*) Contughi Juriſconſulto, & Thomæ Giannini Philoſopho Lectoribus uſquè ad ſcutorum quingentorum ſummam viritim aucta ſunt. Anno verò 1608., die 21. Septembris, rogitù 1608
Geminiani Teggia Ferrariæ Notarii, Hieronymus Curioni Civis noſter, primò in Lyceo noſtro Juris Lector, Romæ deindè Referendarius Utriuſque Signaturæ, Sabinæque Provinciæ Præſes ſuum, cùm quò obiit teſtamentum condidit, quò mandavit, ut deficientibus à ſe Vocatorum, & Subſtitutorum in eo Lineis, omnes hæreditatis ſuæ fructus in annos ſingulos deponerentur, & ſucceſſivè intèr eos de Agnatione, & Familiâ Curioni diſtribuerentur, qui Litterarum ſtudiis vacare vellent, donèc ad Doctoratus gradum conſequendum perveniſſent; quâ etiàm lineâ Curioni evacuatâ, juſſit Teſtator per Comiſſarios ab eo ſelectos, ipſiſque deficientibus, per Sacri Montis Pietatis Præſidentes, duos, vel tres eligi Juvenes familiæ Curioni proximos, cognatos, & affines legitimos, ac naturales bonæ indolis, ſtudioque, ut ſuprà, vacantes, ipſos gravando ad Curioni Stemma, & Cognomen aſſumendum; quibus etiàm deficientibus, voluit duos, ſeù tres Adoleſcentes alios, Cives Ferrarienſes qualitatum ſupradictarum eligi, cùm eodem onere Stemma, & Curioni Cognomen aſſumendi, ac intèr eos hæreditatem ſuàm, ut ſuprà, diſtribui, donèc Doctoralem Lauream obtinuerint, quâ conſecutâ, ab hæreditatis prædictæ commodo ſtatìm decidere eos deberel declaravit, ut fuſiùs conſtat ex Teſtamento memorato. Hæredum, Agnatorum, & Cognatorum abſolutis lineis, Adoleſcentium extraneorum vocationi locus patuit anno 1705., & abindè uſquè in præſens à Proviſoribus Sacri Montis Pietatis, Comiſſariis, ut ſuprà, in eorum Congregationibus plures Ferrarienſes Juvenes, alii S. Theologiæ, alii Legum, alii Philoſophiæ, & Medicinæ ſtudiis (ne-

Q 2 què

(a) *Regiſtro dell'anno* 1607. *fol.* 102. (b) *Regiſtro ſud. fol.* 226.

què enìm ſcientias præſcripſit Curioni Teſtator) vacantes electi ſunt, quos intèr ultimò obtinuit Ferdinandus Peſſi, cùm aſignatione ſcutorum quadraginta quinque anno quolibet, proùt patet ex Inſtrumento, rogìtu D. Franciſci Scutellari J. U. D., & Sacri
1608 Montis prædicti à Secretis meritiſſimi, ſub die 9. Aprilis 1733. At cùm Lectorum nonnulli lucro avidiùs inhiantes Moderatorum aures (*a*) obſtreperent, ſibi laborum præmium adaugeri efflagitantes, eorum cohibere licentiam oportuit, certum, ac ſtabile Cathedræ unicuique ſalarium conſtituendo, edicendoque, ut Lector quilibet ad triennium conductus haberetur, quo recurrente, vel minimum ſibi ſtipendii augmentum fieri petere non poſſet.
1609 Huic Doctorum importunitati florentem, his temporibus Gymnaſii cenſum anſam præbuiſſe crediderimus; ipſis enìm innotuiſſe facilè potuit, Datium Salis Studii dotale Joanni Baptiſtæ Bulgarelli locatum (*b*) fuiſſe, sùb annuâ reſponſione librarum 17400. Ferrarienſium, ac id ultrà per Moderatores prædictos ſcutorum quatuor millium (*c*) ſummam ex Gymnaſii redditibus biennio antè Civitati mutuo traditam; at re verâ reddituum perſpicuitati perſpicui ſumptus reſpondebant, ſolus enìm Claudius Acchil-
1612 lini Bononienſis, hoc tempore ad digniorem Juris Civilis Cathedram (*d*) conductus ſcutorum mille in annos ſingulos ſummam abſorbebat. Translatè verò in hoc tempus Ludovici Arioſto Ferrarienſis Poetarum maximi Cineres nobis in causâ ſunt, ut tanti Viri memoriâ decus iterùm Hiſtoriæ noſtræ comparemus: In Almâ Univerſitate Patriâ nullum equidèm Lecturæ munus eundem exercuiſſe conſtat; nihilominùs cùm in eâ bonis Litteris fuerit inſtitutus, ac vix annorum viginti adoleſcens elegantiſſimam in Studiorum aperitione ibidèm Orationem habuerit, ut ad annum 1495. retulimus, quis ad eam perneget pertinere? Accedit ingens Ludovici noſtri de Ferrarienſi Lyceo benemerentia, cùm in ſuo Furentis Rolandi (*e*) Poemate, cui Græca nihìl, nihìl Latina habet, vel Hetruſca lingua comparandum, Raynaldum inducat de Urbe noſtrâ, ejuſque Studiorum Univerſitate his Carminibus diſerentem.

O Cit-

(a) *Regiſtro dell' anno* 1608 *fol.* 226. (b) *Regiſtro dell'anno* 1609. *fol.* 29. (c) *Regiſtro dell'anno* 1607. *fol* 105 (d) *Regiſtro dell' anno* 1612. *fol.* 16. (e) *Lodovico Arioſto, Orlando Furioſo, Cant.* 43. *Stanz.* 55., *e* 60.

O Città bene avventuroſa, diſſe,
Di cui già Malagigi il mio Cugino,
Contemplando le ſtelle erranti, e fiſſe,
E conſtringendo alcun ſpirto indovino,
Nei Secoli futuri mi prediſſe,
(Giacchè io facéa con lui queſto camino)
Ch' anco la gloria tua ſalirà tanto,
Ch' avrìa di tutta Italia il pregio, e il vanto.

Et deindè.

E tuttavìa l' humil Città mirando,
Come eſſer può, che ancor (ſeco dicèa)
Debban così fiorir queſte paludi
Di tutti i liberali, e degni Studi?

Non tamèn tantì ſumus, ut de Arioſto virtutibus, prò dignitate fari poſſimus; ejus tantùm exuvias recolendas ſuſcipimus, idque effectum dabimus, nonnulla clariſſimorum Virorum inedita elogia penes nos exiſtentia in lucem proferendo, univerſus enìm Litteratorum cætus his cineribus ingenium devoverat: Obiit ille anno 1533. Octavo Idus Junii, ejuſque cadaver ad D. Benedicti Templum delatum, primò tumulatum eſt, depoſiti loco in anguſto quoddam cubiculo ad lævam ingreſſus primi Periſtilii, quà aditus ad Cœmeterium ſito, nullâque tumulo inſcriptione appoſitâ, quamquàm ipſe dùm adhùc in vivis ageret elegantiſſimum (*a*) ſequens, tantoque dignum Auctore Epitaphium ſibi elucubraſſet, quòd etiâm in translationibus, de quibus mox dicturi ſumus ommiſſum eſt, fortaſsè quià Vatem celeberrimum lepidè nimìs in re tàm ſeriâ jocatum eſſe viſum fuerit: Tale eſt.

Ludovici Areoſti humantur oſſa
Sub hoc marmore, ſeù ſub hac humo, ſeù
Sub quidquid voluit benignus hæres,
Sivè hærede benignior comes, ſivè
Opportunius incidens viàtor,
Nàm ſcire haùd potuit futura, ſed nèc
Tantì erat vacuum ſibi cadaver,
Ut urnam cuperet parare vivens;
Vivens iſta tamèn ſibi paravit,

(a) *Guarini, Chieſe, libr. 2.*

Quæ inſcribi voluit ſuo ſepulchro,
Olim ſi quòd haberet is ſepulchrum,
Nè cùm Spiritus exili peracto
Præſcripti ſpatio miſellus artus,
Quos ægrè antè reliquerat, repoſcet,
Hàc, et hàc cinerem hunc, et hunc revellens,
Dùm norit proprium, diù vagetur.

Sed annis quadraginta ab ejus depoſitione elapſis Auguſtinus (a) Moſti, Poetæ, dùm viveret amiciſſimus ægrè ferens, ejuſdem exuvias Mauſoleum promeritas tàm humili, abditoque loco neglectas jacére, illas in Eccleſiam transferri, ac in Sacello Nativitatis D. N. Jeſu Chriſti, quod Aræ principi, in Evangelii cornu adiacet humari curavit; nevè quidquàm piiſſimo neceſſitudinis offitio reliquum foret, monumentum erexit, ſimilimam Poetæ effigiem ex delecto lapide ſupèr imponens, ac Elogium, & pulcherrima infraſcripta carmina Laurentii Frizoli in Lydio lapide aureis litteris poſuit.

D. O. M.

Ludovico Areoſto Poetæ Patritio Ferrarienſi Auguſtinus Muſtus tanto viro, ac de ſe benemerenti tumulum, et effigiem marmor. ære proprio P. C. Anno Salutis MDLXXIII. Alphunſo II. Duce. Vixit Ann. LIX. Obiit Ann. Salut. MDXXXIII. VIII. Idus Junii.

Heic Areòſtus eſt ſitus, qui comico
Aures Theatri ſparſit urbanas ſale,
Satyràque mores ſtrinxit acer improbos,
Heroa culto qui furentem carmine,
Ducumque curas cecinit, atquè prælia.
Vates Coronâ dignus unus triplici,
Cui trina conſtant, quæ fuere vatibus
Graiis, Latinis, vixque Hetruſcis, ſingula.

Plura in Areoſti obitu Poetarum Epitaphia prodierunt; nos duo tantùm hìc edemus, primum celeberrimi Cœlii noſtri Calcagnini, quod intèr ejuſdem carmina editum cernitur, ſecundùm eſt Gui-

(a) *Guarin. d. loco.*

Guilielmi Modicii Montisferratenſis, impreſſum in Tom. 2. Deli- tiar. Poetar. Italorum.

Calcagnini.

Tu repetis cœlum, et terras Areòſte relinquis
Et loca jàm meritis inferiora tuis.
Nos miſeri, et curis longè mortalibus acti,
Non tibi, ſed nobis fundimus has lachrymas.
Gloria te niveis ſubducit in æthera bigis,
Nos, ſinè te luctu perpetuo opprimimur.

Modicii.

Verſibus Hyppolitum celebrans gratum eſſe probaſti,
In Mecænatem te, Ludovice, tuum.
Junior Hyppolitus ſtatuens, Ariòſte, ſepulchrum
Hoc tibi, pro Patruo gratus et ipſe fuit.

Poeticè loquitur Modicius, nullum enìm ab Hyppolito Eſtenſi Juniore Arioſto ſepulchrum ſtatutum legimus. Cum autèm in parietibus cellulæ, undè Vatis noſtri oſſa translata ſunt Italica plura carmina carbone ſcripta fuiſſent ab Indigenis, qui tanto viro parentandi gratiâ frequentes eò confluebant, quæ ſequuntur exſcripſit (*a*) Alexander Ceſtarelli Ludovici noſtri amantiſſimus, eidemque cognationis titulo obſtrictus, nè loco (ut contigit) alium in uſum deſtinato hæc, qualiacumque elogia penitùs interirent: Sunt autèm.

Volle l'Anima Iddio, la Fama il Nome,
La Madre antica l'oſſa; il reſto poi
Non prezza il Mondo, perchè non sà come.

Le vaghe herbette, e leggiadretti fiori
Fregi ſuperbi all' onorato Monte
. . . . . leva l' Huom dalli terren furori,
Facendo al tempo, e à Morte oltraggio, et onte,
Poichè chi cantò già d'Arme, e di Amori
Spento hà il ſuo Sol nel mar ver l' Orizonte,
Han perſo il primo nutritivo humore,
Poiche morto è il valor d' Arme, e d' Amore.

(*a*) *Filippo Rodi, Familie Nobili di Ferrara, Tom. 2.*

Quì giace quel, che 'l ſeme di Ruggiero
Cantò, e 'l valor del gran Signor d'Anglante;
Voi, che morſi d' ardente alto penſiero
Fermate i paſſi al ſuo ſepolcro avante
Dite (ne pur in parte andrete al vero)
Che 'n quanto è ſotto al gran peſo d' Atlante
Di cui non fù di Cintio al ſacro regno
Spirto più bel, ne più ſublime ingegno.

Piangon le Muſe, poichè di Parnaſo
Spenta è la gloria, e ſpenti ſon gli onori,
Piangon l' atroce, e miſerabil caſo
Le Donne, i Cavallier, l'Arme, e gli Amori,
Piangon da poi che in queſto oſcuro vaſo,
Degno di Lauro ſempre verde, e Fiori
Eſtinto giace il Divin Ariòſto,
A cui la Parca il fil troncò sì toſto.

Mentre vivran d' Amor l' arco, e la face,
O de Poeti altero unico Moſtro
Ariòſto divin, mai ſempre pace
Havran queſt' oſſa, e da te 'l Secol noſtro
Ornamento, e ſplendor, che il Tempo edace,
Ne Morte ci porran l' acuto roſtro:
Mà ſian del Sangue Eſtenſe eterni onori
Le Donne, i Cavallier, l'Arme, e gli Amori.

Poichè il valor dell' onorato ſtuolo
Voſtro canori Cigni (ahi Secol vile)
Spento quì giace, omai ſpiegate il volo,
E inſieme à gara, al ſuo valor ſimìle
Ergete l' Urna, qual l' ebbe Mausòlo,
Che non ſi dica dall' Aurora à Tile:
Dell' Arioſto divin l' Oſſa riſtrette
Sono ſotterra, incognite, e neglette.

Quì l' Ariòſto giace: Arabi odori
Spiegate, ò Aure, à queſta Tomba intorno,
Tomba ben degna d' immortali onori,
Mà troppo à sì gran Buſto umil ſoggiorno;

Oſſa

Oſſa felici, e voi d' incenſi, e fiori
Habbiate il vaſo ognor foſco, & adorno,
Che dagli Eſperij liti, e dagli Eoi
Vengan mille bell' Alme à veder Voi.

Digniùs hiſce Carminibus Arioſto Sepulchrum augurabantur inviſentes exteri: Huic tamèn Virginii filii pietas, in Hortis Paternæ Domus Mauſoleum excitaverat in Sacelli modum, ut ibìdem Parentis optimi Cineres à D. Benedicti Cellulâ trasferendi conderentur, ſicqùe ejuſdem præſentiâ, ac sì adhùc in vivis ageret, domi frueretur: Illùc, in Epiſtolâ ad Vincentium (*a*) Maggi datâ, unà cùm Laurentio Frizolio, ac Sylvio Antoniano ſe die quaddam contuliſſe ſcribit Bartholomeus Rizzi noſter, Vir intèr eos qui ſuâ ætate latinè ſcripſerunt facilè princeps, cumquè Comites ad ſalutandos Ludovici Manes invitaſſet, Sylvium ex tempore carmen hoc edidiſſe refert.

Salvete æternùm Cineres, Maneſque beàti.

moxque Laurentium hoc alterum addidiſſe

Florebit ſempèr queis Areòſta domus.

quod Diſticon ab Antoniano, in lateritio Mauſolei lapide, eâ de causâ per Bartholomeum noſtrum expolìto, clavo ferreo ibidèm reperto inciſum eſt: Hoc verò, quod Mauſoleum Ricci, Oratorium D. Laurentio dicatum appellat Eccleſiarum Ferrariæ (*b*) Hiſtoricus, illudque dirutum aſſerit ſub Clementis VIII. Pontificatu, eo quià in D. Benedicti Templo Areoſto Cineres aſſervari cupere ſe Pontifex idem declaraverit; ſed quæ mox dicturi ſumus, adversùs Guarini ſententiam oſtendunt Ædiculam prædictam in Mauſolei formam extructam uſqùe ad ætatem noſtram perduraſſe: Domus autèm præclariſſimi Poetæ noſtri ære ædificata adhùc viſitur Ferrariæ, in Viâ *Miraſole*, ejuſdemque in fronte tegulas ſupereminet pinnaculum quoddam inſcriptione hujuſmodi exaratum.

SIC DOMUS HÆC AREOSTA PROPITIOS
DEOS HABEAT OLIM VT PINDARICA.

Mauſoleum verò in Hortis Domus ejuſdem ſitum, quod in Sæcula ſervari debuiſſet, ab Inquilino ignaviſſimo circà Sæculi XVIII. initium ſolo exæquatum eſt, Dominis inconſultis, tantùmque faci-

(a) *Bartholomei Ricci Epiſtolar. libr.* 4. (b) *Guarini, Chieſe, libr.* 2.

facinus, unà cùm omnibus bonarum Litterarum ſtudioſis, diris, ut par erat acerbiſſimè proſequentibus. At à primà Arioſto Cinerum translatione quadraginta ferè elapſis annis, Familiæ ſuæ indecorum arbitratus eſt Ludovicus alter Arioſto Vatis Pronepos hoc grati animi offitium Avo optimo ab Amicis potiùs, quàm ab Agnatis fuiſſe exhibitum; propterea nihil cunctatus, veteri Mo-
1612 numento magnificentiſſimum aliud exquiſitis lapidibus mirè elaboratum, in Templi ejuſdem D. Benedicti Sacello (*a*) altero propè Aram principem in Epiſtolæ cornu ſubſtituit: Veriſſimam quoqùe ex alabaſtro Poetæ Laureati effigiem, additis ſigillariis Gloriam, Poeſimque denotantibus monumento impoſuit, proùt in Icòne oſtendimus: Inſcriptionem feliciſſimum Equitis Baptiſtæ Guarini ingenium elucubravit, Epigramma verò hæraclio in lapide ſculptum, auroque diſtinctum incerti Auctoris creditur, quamquàm nonnulli Guarini eidem adiudicent: Sed hæc audiamus.

D. O. M.

Tèr illi Maximo, atquè ore omnium celeberrimo Vati, à Carolo V. Cæſare coronato, Nobilitate generis, atqùe animi claro. In rebus Publicis adminiſtrandis, in regendis Populis, in graviſſimis ad Summos Pontifices Legationibus prudentiâ, conſilio, eloquentiâ præſtantiſſimo. Ludovicus Areoſtus Pronepos, ne quid domeſticæ pietati, ad tanti viri gloriam cumulandam defuiſſe videri poſſit, Magno Patruo, cujus oſſa hìc verè condita ſunt P. C.


Anno Salutis MDCXII. Vixit ann. LIX. Obiit ann. Sal. MDXXXIII. VIII. Idus Junii.

Notus & Heſperiis jacet hìc Areòſtus, & Indis,
Cùi Muſa æternum nomen Hetruſca dedit;
Seù Satyram in vitia exacuit, ſeù Comica luſit,
Seù cecinit grandi bella, Duceſque tubâ,
Tèr ſummus Vates, cui docti in vertice Pindi,
Tergeminà licuit cingere fronde comàs.

His tribus duo alia addiderat Diſtica, pro Epigrammatis complemento auctor, proùt ex folio, de quo infrà apparet: Hujuſmodi autèm ſunt.

Quod-

(*a*) *Guarini, Chieſe, libr. 2.*



Digitized by Google

Quòdquè magìs mirum, indoctis, doctiſque placere,
Cunctorumque manu nocte, dieque teri.
Scilicèt hic Phœbi amplexus, decora omnia, quidquid
In variis dulce eſt Vatibus, unus habet.

Hæc tamèn repudiata ſunt, nullo, noſtrâ quidèm ſententiâ priorum carminum detrimento, quæ per ſe nobilem, ac abſolutiſſimam auctoris ſententiam complectuntur. Sed nota retulimus uſquè adhùc; unicuique enìm Vatis noſtri Sepulchrum inviſenti (innumeri undequâque confluunt) legendi poteſtas fit, cùm in prædicto Divi Benedicti Templo ſint cunctis expoſita; nùnc igitùr ea Elogia edere pergamus, quæ apùd nos ſunt: Non ineptè conijcere arbitrabimur, ſi ea ferè omnia, occaſione Muſtianæ translationis ab eruditiſſimi ævi illius ingeniis elucubrata judicemus, ac deindè ad Ludovici Pronepotis manus tranſmiſſa: Certè Epiſtola mox referenda, ab Anonymo Juniori Ludovico ſcripta ea viris tribuit, quos uſquè ad ejuſdem tempora vitam produxiſſe minimè credimus: Ut cumquè ſe res habeat, ea omnia, unâ cùm dictâ Epiſtolâ publici juris facimus, eſt autèm cujuſdam Regularis Familiæ Viri, circà elogia ſententiam ſuam ſapientiſſimè pronunciantis, & proùt in folio apud nos, cujus hìc tenor.

Primo.

Havendo mandato ad una perſona verſata, & nelle Scienze più gravi, & anche nelle belle Lettere alcuno di queſti Epitafij più copioſi, & alcuni verſi, per averne il ſuo parere, mi riſponde il ſeguente Capitolo.

Mi rallegro col Signor Lodovico moderno delle molte benedizioni, che riporterà dall' Univerſale de belli ſpiriti favoriti delle Muſe, per la nuova Mole eretta per albergo perpetuo delle ſante oſſa dell' altro Lodovico, le chiamo ſante in quel ſenſo, che i Sacerdoti di Febo, e delle Sorelle ſon detti ſanti. Quanto all' Elogio del Frontiſpicio, il moderno è tanto inferiore di bontà al' antico, quanto la nuova fabrica del ſorgente Mauſoleo può avvanzar di Magnificenza, e di ſpeſa il primo Depoſito. L' Epigramma, ſe io non erro, è farina del Sadoletto, ò del Molza, ò del Caro, ò d'Uomo di quella boſſola, & poco al dì d' oggi ſi potrà migliorare. La proſa poi del Sig. Moſti non hà clauſola da tor via, ſe non l' Ære proprio, *la diceria de Moderni tutta è borra, ſalvo la particella* A Carolo V. &c. *la qual ſi può ritenere non meno per intereſſe dell' Imperadore, che del Poeta.*

Secondo.

Secondo. D. O. M.

Lodovico Areoſto Nicolai filio Patritio Ferrarienſi Poetarum ævo ſuo Principi, quem natura, & induſtria ſuis quæque ornamentis certatìm cumularunt, & Carolus V. Imperator Laureâ decoravit Ludovicus Areoſtus Fratris Nepos Patruo Magno hoc alterum Monumentum amplioris animi ergò poſuit.

Annotationes.

*L'*alterum monumentum *ſi intende, ſuppoſto che reſti nella medeſima Chieſa quello del Signor Moſti.*

L'Auttore di queſto dice aver poſto il Nicolai Filio, *sì per imitar un' Epitafio di Cicerone, sì per diſtinguer queſto Lodovico, del quale ſi parla dai Lodovici paſſati, e dai futuri, coſa, come gli pare, neceſſaria, maſſime in Famiglia così antica.*

Eſſendoſi fatta gagliarda oppoſizione alla parola Principi, *la diffende, con dire, che così è giudicato, & che ſi reſtringe aſſai, con la moderazione* Ævo ſuo, *& in quello di Cicerone ſtà poſto aſſolutamente* Romanæ facundiæ Principi.

Auctoris alterius.

D. O. M.

Ludovico Areoſto Patritio Ferrarienſi Poetæ Maximo Celeberrimo, à Carolo V. Cæſare coronato, nec poeticis tantùm laudibus, ſed cæterarum quoquè diſciplinarum ornamentis, humanitate, conſtantiâ, integritate, in rebus agendis, in regendis Populis, in graviſſimis ad ſummos Pontifices Legationibus, Prudentiâ, Sapientiâ, Eloquentiâ Clariſſimo Monumentum hoc non Poſterorum incuriâ, ſed tanti Cineris impenſiùs decorandi Studio in hanc uſquè diem dilatum Ludovicus Areoſtus Pronepos poſuit. Anno Domini &c.

Ejuſdem Carmina.

Notus & Heſperiis jàcet hìc &c. ut ſuprà.

Ejuſdem.

Hic liquido aſſuetus Sirenas vincere cantu
Magni Olor Eridani gloria prima jacet.
Ambigis, obſcuroque hæres in carmine? dicam
Clariùs, hìc ſitus eſt Phœbi Areòſtus Amor.
Hoc ſatìs eſt, tumulo manibus da lilia plenis
Hoſpes, & æternum dic, Areòſte, vale.
Parce tamèn fletu, non eſt hic flebilis ulli,
Pierius toto quem Chorus Orbe canit.

Aucto-

Auctoris alterius.

D. O. M.

Ludovico Areoſto Patritio Ferrarienſi, Poetarum omnium communi conſenſu facilè Principi apùd omnes gentes maximâ in admiratione habito, a Carolo V. Imperatore laureâ coronâ donato. Reipublicæ adminiſtratione, ampliſſimiſque Legationibus Principum Eſtenſium nomine, ſummâ cum laude perfuncto, nobilitate, ingenio, optimarum artium ſtudiis clariſſimo, Ludovicus Areoſtus pronepos monumentum hoc, ad hanc uſquè diem, non poſterorum incuriâ, ſed tanti Cineris exquiſitiùs honorandi ſtudio dilatum Poſuit. Anno Domini &c.

Alterius.

Hoc Areòſti Vatis, Hetruſco metro
Ducum tonantis arma, Comico Sale
Spargentis aures, improbos mores gravi
Satyrâ notantis, oſſa Regali jacent
Tumulo. Coronâ triplici dignum caput
Ter maximi Poetæ adornavit ſuâ
Auguſtus ipſe Carolus Quintus Manu.
Hac glorioſum reddidit lauro magis,
Quàm victor enſe Cæſar in bello manum. vel ſic
Quàm Cæſar enſe victor in bello manum. vel ſic
Quam victor in bello enſe Cæſar dexteram.

Ejuſdem.

Theſaurus hoſpes hac ineſt arcâ, fode.
Sub marmore oſſa Vatis Areòſti latent,
Reperiſſe tantum, majùs eſt lucrum virum,
Quàm Margaritis, auro, & argento gravem
Urnam. Sat eſt, hinc dives, & felix abi.

Alterius.

Hic dulci, ac vario cecinit ſic carmine Vates,
Multorum ut longè vicerit invidiam.

Alterius in eandem Sententiam.

Arte, atquè eloquio tantùm hic ſupereminet unus,
Nullus ut à reliquis ſit locus invidiæ.

Ejuſdem, alio modo.

Arte, atquè eloquio tantùm hic ſe ſe extulit unus,
Ut reliquis parilis ſpes ſit adempta gradus. vel
Obſcuro ut jaceat cætera turba loco.

Mà queſto ultimo verſo ſarebbe maggior ſegno di affezione verſo il

Poeta

Poeta, che di giudizio, e ſarebbe coſa invidioſa, & intolerabile; mà ſi laſciano paſſare alcune coſe per eſercizio di ingegno &c.

Sic folium explicit: Supereſt, ut alia ſeorsìm in hujuſmodi Argumentum Epitaphia promiſſi fidem ſolventes in medium proferamus; hæc autèm ſunt.

Manibus Glorioſis Ludovici Areoſti Oratoris, Poetæ, qualis nemo. Eloquentiam indulgentiâ Pontifex, Poeſim laureâ Imperator decoravit. Incertum in emulatione utri Victoria. Ejus nomini univerſus Orbis perpetuum incunabulum, non ſepulchrum. Cineribus Lapis hic Cuſtos, non tumulus. Muſis aſidentibus cum fletu, poſuit. Charitate in ſanguinem, admiratione in virtutem Ludovicus pronepos. Anno ab Orbe ſervato MDCXII.

Carmen incerti Auctoris.

Hìc Eridane jacet
Primus ille tuorum
Areòſtus Olòrum,
Cujus nulla jàm carmen lingua tacet.
Nùnc quem tu Phœbo parem genuiſti,
Tuumque detinere
Cantu amnem ſtupuiſti,
Si dignè vis deflere,
Omnes, quibus abbundas,
Pro lachrymis effunde oculis undas.

Aliud, Bartholomei Tortelletti Veronenſis.

Viator, ò quiſquis ſuas, tibi ne grave
Sit immorari, terminos ubi ingeni,
Ingenio in uno, cujus hìc cinis jacet,
Natura fixit, ceù columnas Herculis;
Unum Latina ſculpſit, Hethruſca alterum
Muſa. Obſtupeſce; quiſquis eſt magnus, minor
Eſt Areòſto; plura non addam, ſatìs
Æternitas monumenta cuſtodit viri,
Nec ſaxa fas narrare, quod linguæ omnium.

Modò in viam, ſi tamèn divertimus revertamur. Quamvìs, ut ſuprà viſum eſt, ſancitum fuerit, à Lectorum nemine pactæ ſibi mercedis auctionem peti poſſe, nihilominùs eorum quidam intèr Sapientes Magiſtratus aſſumpti, qui Studium unà

cùm

cùm Reformatoribus moderantur, hujuſmodi ſtipendiorum incrementa ſibi fieri, dignitate eorum favore perorante à Sociis 1613
facilè obtinebant: Id ne impoſterùm contingeret, ſpeciali (*a*) Decretò conſtitutum, Doctores publicè legentes Decemvirali adſcriptos cœtui, recurrente dignitatis anno incrementorum ſtipendii quorumcumque incapaces exiſtere. Itèm (*b*) proviſum eſt, ex annuis Gymnaſii redditibus, portionem pecuniarum Lectoribus Primariis aliundè conductis ſolvendam ab aſſe reliquo ſejunctam ſervari, ne ultrà diem ſolutione prorogatâ ipſis damnum, ſtudio dedecus crearetur. Per idem tempus Recentiorum Univerſitatis noſtræ Conſtitutionum compilatio Paulo Contughi eximio J.C. Gymnaſii Lectori, ac Reformatori à Congregatione jàm fuerat ordinata; ſed cùm ille re prorsùs infectâ deceſſiſſet, graviſſimis enìm oppreſſus negotiis demandatum ſibi munus explere nequierat, eadem Studii (*c*) Congregatio, pluribus habitis eâ de re ſeſſionibus leges, quæ ad Gymnaſii regimen opportuniores viſæ ſunt efformavit, eaſque ſcripto traditas tandèm die 22. Ju- 1613
nii promulgari, ac in futurum ſervari mandavit. Harum autèm Conſtitutionum, quæ ad noſtram uſquè ætatem obtinent tenor eſt hujuſmodi.

Conſtituzioni ſopra lo Studio di Ferrara.

Se per conſervamento di qualſivoglia raunanza ſon neceſſarie alcune Conſtituzioni particolari, certo che molto maggiormente ciò ſi dovrà in quelle Academie oſſervare, dalla conſervazione delle quali dipendono gli ordini, e i Decreti altrui, e tali eſſendo i Publici Studii, che nelle Città più illuſtri à commune beneficio ſi mantengono; a ragione gl' Illuſtriſſimi Signori, il Signor Giudice, e Maeſtrato de Savij, e li Signori Reformatori anno ſtimato convenirſi al carico loro, con alcuni ordini dar norma più diſtinta alle coſe di queſto antico Studio. Non già perchè in addietro ſi ſia caminato al bujo, mâ perchè il corſo di centinaja d' anni non hà potuto non partorire, come avviene in tutte le coſe qualche abuſo, a cui eſſendo ragionevole con opportune proviſioni remediare; quindi è che li ſopraſcritti Illuſtriſſimi Signori, cioè li Signori Giudice, e Maeſtrato de Savij per quello, che a loro ſpetta, ed i Signori Riformatori per la parte loro ſteſſi pertinenti anno

(a) *Regiſt dell' anno* 1613. *pag.* 188. (b) *In d. luogo.*
(c) *Detto Regiſtro pag.* 173.

no fatto le ſeguenti Conſtituzioni, approvate, & autenticate con lo ſcrutinio ſegreto, paſſato trà di loro a tutte palle, che perciò in avvenire dovranno eſſere inviolabilmente oſſervate.

I. E primieramente ſi revocano, ed annullano tutti gli altri ordini, decreti, e proviſioni (in quanto però foſſero, ò in tutto, od in parte contrarie alle preſenti) che in fino a queſt'ora ſono ſtate fatte in materia dello Studio, tanto dal Magiſtrato, quanto da Sign. Riformatori; e ſi vuole, che ſi ſtia ſolamente a quanto ſi ſtabiliſce, & ordina con le preſenti Conſtituzioni, e a quello ancora, che a eſſe non contraſtaſſe.

II. Si ſtatuiſce, e ordina, che alle preſenti Conſtituzioni non ſi poſſa mai derogare, ne in tutto, ne in parte, ſe non ne paſſarà il partito a tutte palle, trà il Signor Giudice, e Maeſtrato de Savij, e li Signori Riformatori unitamente inſieme.

III. Che tutti i Dottori Ordinarij Leggenti, così Leggiſti, come Artiſti, dal principio dello Studio, che immediatamente comincia dopo la commemorazione de Morti, debbano leggere ſino, e per tutta la Vigilia di S. Lucia, e dopo la Feſta dell' Epifania in fino a quella di S. Antonio, e dal principio di Quareſima infino alla Domenica di Paſſione, e dopo l' ottava di Paſqua infino al dì quindici di Maggio. E ſe pareſſe ad alcun Lettore di voler leggere publicamente per più tempo, poſſa farlo, con licenza del Signor Giudice de Savij, e de Signori Riformatori. Il ſomigliante ſi dice dei Lettori Straordinarij, i quali dovranno leggere tutti i giorni, che nel corſo delle Terzarie gli Ordinarij non leggeranno, ed anche tutte le Feſte de Meſi, che ſi leggerà ordinariamente, principiando ſubito dopo S. Martino.

IV. Che tutti i Dottori leggenti, così Artiſti, come Leggiſti, che ſaranno deſcritti nel Rotolo, debbano entrare alle lor Cathedre all'ora deputata, leggendo compiutamente le loro Lezioni; e mancando di leggere all' ore conſtituite, debbano eſſer puntati, con menomar loro il Salario, a rata del mancamento.

V. E perchè puote accadere, che alcuni tralaſcino di leggere per qualche legitimo impedimento, ſi laſcia all'arbitrio del Signor Giudice de Savj, e de Signori Riformatori il giudicare, ſe lo impedimento ſarà ſtato legitimo, e degno, che per eſſo gli ſia condonato il mancamento. E ſarà perciò cura al Bidello in fine di ciaſcuna terzaria, di preſentare al Signor Giudice de Savj, e alli Signori Riformatori tutte le puntazioni, acciocchè eſaminati li mancamenti poſſano far trattener le rate de Salarj a quelli, a quali per non eſſer ſtata ammeſſa la loro ſcuſa dell' allegato impedimento, ſaranno ſtate fatte le pun-

puntazioni. Ordinando, che a queſto effetto debba ſtare in mano di ciaſcun Bidello tanto delli Artiſti, quanto de Leggiſti, una tabella con i nomi de Dottori Leggenti, per doverli puntare di giorno in giorno.

VI. E per levare la moltiplicità de Lettori, che ſi è introdotta d'alcuni anni in quà, in danno dello Studio, ſi ſtatuiſce, e ordina, che per l'avvenire non ſi poſſano dar Letture ad alcuno, ne Ordinarie, ne Straordinarie, oltre alle determinate per queſti ordini, e che quelle, che ſono date al preſente, ſi debbano ridurre, come abbaſſo ſi dirà. Intendendo però, che ſecondo che i Dottori deſcritti ora nel Rotolo anderanno, ò per morte, ò per altri accidenti mancando, ſi debba reſtringere il novero de Lettori nella ſeguente forma, e non altrimente.

VII. E prima, nel Rotolo de Leggiſti non ci dovranno eſſere altri, che i due Ordinarij della ſera, e i due Ordinarij della mattina, due Canoniſti, e due Inſtitutarii, ed uno che legga le Repetizioni di Bartolo ogni giorno, ed un'altro, che parimente ogni giorno legga il Criminale. Le Feſte non ci ſaranno più che ſei Lettori Straordinarii, cioè uno che legga l' Inſtituta Canonica, un'altro, che legga il Decreto, uno le Pandette, un' altro per i Feudi, ed uno che legga l' Inſtituta a teſto, e gloſſa ſolamente, cavando i notabili, ſenza diſputar le queſtioni, e applicando ſolamente qualche detto de Dottori concluſivamente, e non in via di diſputa, ed un' altro, che legga la Ragion Civile.

VIII. E nel Rotolo delli Artiſti non ci dovranno eſſere per la mattina, che due Lettori di Chirurgia, due di Teorica di Medicina, due di Loica, due di Filoſofia Naturale, un ſolo di Metafiſica, due di Prattica di Medicina; Un Teologo ſecondo la Dottrina di Scoto; uno d'Umanità, e uno di Filoſofia Morale. Per la ſera non ci ſaranno, ne potranno eſſere più che due Lettori dell'Opere d'Ippocrate, uno di Theologia, ſecondo la dottrina di S. Tomaſo; Uno, che leggerà prattica di Medicina, due di Filoſofia Naturale, uno di Rettorica, e di Poetica, e uno di Matematica. Tutti i quali, così della mattina, come della ſera, leggeranno ordinariamente. Le Feſte non ci dovranno eſſere più di ſei Lettori Straordinarii, cioè uno alla Lettura de Semplici, uno alla Lettura di Loica, uno a quella di Teorica di Medicina, uno alla Filoſofia Naturale, uno alla Chirurgia, ed uno alla Prattica di Medicina. Dovendo poi nelle Vacanze generali del Carnevale eſſervi un Lettore d'Anatomìa, ed un Tagliatore per la ſteſſa Anatomìa. Per tanto ſi ſtatuiſce, e ordina, che ſe mancherà alcuno de Lettori deſcritti nel Rotolo al preſente, non ſi debba dar la ſua lettura ad altri, ſe non a quelli de deſcritti in eſſo Rotolo, tanto Ordinarii, quanto Straordinarii, che dovranno ſottentrare in ſuo luogo, per ragione d'Anzianità di Lettura, e come ſi diſ-

pone nel Capo XIV., e che di mano in mano, che andaranno mancando i Lettori di quelle profeſſioni, che quì non ſono deſcritte, ſi deb ano eſtinguere eſſe Letture, ſiccome adeſſo per allora ſi eſtinguono, e caſſano, come ſe in addietro non ci foſſero ſtate ammeſſe, ſicche non ſi poſſa allegar ne poſſeſſo, ne conſuetudine, eziandio di tempo immemorabile.

IX. E perchè ſi vuol dar animo a tutti di ſtudiare, e d'avvanzarſi nelle Virtù, ſi ſtatuiſce, e comanda, che mentre ci ſarà alcuno, che voglia leggere, oltre a quelli, che ſaranno deſcritti ne' Rotoli, poſſa farlo, ſtraordinariamente però, e con licenza del Sig. Giudice, e Maeſtrato de Savj, e de Sig. Riformatori, ſenza ſtipendio di ſorte alcuna, e ſenza eſſere deſcritto in eſſi Rotoli. Ed in tal caſo, occorrendo vacanze de Lettori ſtraordinarii, ſia ammeſſo alla Lettura che vacherà, quegli, che più tempo avrà letto, con la licenza ſopradetta, ò che in parità di tempo di Lettura con gli altri ſarà prima Dottore, che così per le preſenti Conſtituzioni ſi diſpone, e vuole, che appuntatamente ſi oſſervi.

X. E accadendo, che mancaſſe un Dottor Leggente, non poſſa quegli, che ſottentrarà in ſuo luogo pretender al primo tratto lo ſteſſo Salario, a cui foſſe arrivato il ſuo Predeceſſore in detta Catedra: Mà in tal caſo ſia in arbitrio del Sig. Giudice, e Maeſtrato de Savj, e de Sig. Riformatori di deputargli quell' onorario, che alla loro prudenza avuti i debiti riguardi parrà convenirſi, col fargli poi l'accreſcimento di triennio in triennio, ſe così i medeſimi Signori ſtimaranno iſpediente.

XI. Si ſtatuiſce, e ordina, che non ſi poſſano fare accreſcimenti, ſe non di trè anni in trè anni; e allora sì nel farlo, ò nò, come nell'accreſcere, e tanto, e quanto, e più all'uno, che all'altro ſi debba ſtare all' arbitrio de medeſimi Sig. Giudice, e Maeſtrato de Savj, e de Sig. Riformatori, i quali atteſa la qualità delle perſone, e delle Letture dovranno far intorno a ciò quella deliberazione per iſcrutinio ſegreto ad eſſi parrà migliore, e più opportuna, e a ſtabilire, ſe in capo al triennio ſi dovrà fare aumento alcuno, e parimente a determinare l'accreſcimento particolar di ciaſcun Lettore, al quale ſi trattaſſe d'accreſcere dovranno eſſervi dieci voti, ò per lo meno nove in favore.

XII. E perchè, come ſi è detto, ne li Sig. predetti potranno fare accreſcimenti, che di triennio in triennio, ne li Dottori, che a quel tempo potranno pretenderli, per queſto ſi intenderanno ſempre condotti i Dottori di trè anni in trè anni, principiando la condotta dal primo triennio a Novembre del preſente anno 1614. Non intendendo però de Lettori Foreſtieri, che foſſero particolarmente ſtati condotti, dovendoſi con queſti governar ſecondo i termini delle loro condotte. Ne meno s' intendono compreſi nella ſperanza, e vantaggio delli accreſcimenti i Lettori Straordi-

ordinarii, poichè i Leggiſti non potranno aver più di lire cento per ciaſcuno ogni anno, e gli Artiſti cinquanta, quando ſaranno ridotti al numero di ſei, e intanto non potranno pretender niente di più di quello, che anno preſentemente.

XIII. E perchè accade non rare volte, che alcuno de Lettori sì Leggiſti, come Artiſti, ſia fatto de Savj del Maeſtrato, il che gli potrebbe agevolmente aprir la ſtrada ad ottener, contro la diſpoſizione di queſti Ordini qualche accreſcimento in danno dello Studio, ed in pregiudizio degli altri, però ſi decreta, e comanda, che li Dottori Leggenti, sì Leggiſti, come Artiſti per quell' anno, che ſaranno di Maeſtrato, ne loro intereſſi non abbino voto, e non poſſano pretendere, ne ottenere accreſcimento alcuno, ancorche foſſe il tempo, in cui poteſſero legitimamente addimandarlo, mà che della loro pretenſione ſi differiſca trattarne l'anno ſeguente.

XIV. Si determina, e comanda parimente, che mancando qualche Lettore Ordinario, ò per morte, ò per altro accidente, debba eſſere ammeſſo alla ſua Catedra il più vecchio Lettore, che doppo di lui averà letto nello Studio ordinariamente, in diffetto de quali ſaranno ammeſſi gli Straordinarii. E che alcuno, che non abbia letto, ò pure abbia letto meno dell'altro, non poſſa pretendere di ottenere detta Catedra, mentre vi ſarà un Lettore più vecchio di lui, che voglia conſeguir la Lettura di quegli, che ſarà mancato: E ciò s'intenda, ancorchè colui, che aveſſe letto minor tempo aveſſe più anni di Dottorato; perciocchè non ſi vuole, che chi non averà affaticato nello Studio ſia preferito a chi con le ſue fatiche ſi ſarà avvanzato. Eccettuando però le due Letture ſopranominate dal Maeſtrato, e dalli Sig. Riformatori, ſenza aver alcun riguardo all' anzianità, ne di Dottorato, ne di Lettura, mà ſolamente ſecondo che da loro ſarà ſtimato più iſpediente, ſe non in caſo, che li concorrenti foſſero d'egual ſufficienza; ed eccettuando i Lettori Ordinarii, che ora leggono, ne quali s'oſſervi frà di loro, eziandio nelle Letture, che vacheranno per l'avvenire l'Anzianità, che ora tengono.

XV. In concorſo di più, ò due Lettori Artiſti, ò Leggiſti, che non abbiano più letto, ſi faccia ſempre elezione di chi ſarà prima Dottore, ſe però per ſervizio dello Studio al Sig. Giudice, e Maeſtrato de Savj, e à Sig. Riformatori non pareſſe alcuna volta di non attendere anzianità di Dottorato.

XVI. Niun Lettore, ò ſia Artiſta, ò Leggiſta poſſa leggere, ſenza licenza del Sig. Giudice de Savi, e de Sig. Riformatori alcuna delle Lezioni publiche privatamente dentro alle Terzarie, ne tempi, e ore che ſi leggeranno le Lezioni ordinarie delle Scuole, tanto Canoniche, ò Civili, quanto pertinenti à Lettori Artiſti, ſotto pena à Lettori, che contrafaceſ-

faceſſero, di perder tutto il Salario d'un'anno per la prima volta, e per la ſeconda di non poter leggere per iſpazio di trè anni, ſe non per partito preſo dal Maeſtrato, e da Sig. Riformatori dello Studio, ottenuto per tutti i voti. Ne meno qualſiſia altra perſona potrà leggere nel corſo delle terzarie, e ne tempi, e ore, che ſi leggerà alle Scuole, Lezione veruna a Scholari ne publica, ne privata.

XVII. Ed eſſendo convenevole, a benefizio degli Scholari, reſtringer dentro a certi termini gl' ingegni, e le lezioni de Lettori, perciò a ciaſcheduna Lettura ſi ſono aſſegnate d'anno in anno le materie, e i libri più principali, e più neceſſari allo Scholaro; laonde ſi comanda a tutti, e a ciaſchedun Lettore, che non poſſa, ne debba trattar altra materia, ne legger altri Libri, ſe non conforme all'aſſegnamento, che nel fin delle preſenti Conſtituzioni ſarà notato; ſotto la pena ſopradetta, ed altre maggiori ad arbitrio del Sig. Giudice de Savj, e de Sig. Riformatori, laſciando nondimeno libera facoltà a' medeſimi Sig. Giudice, e Sig. Riformatori di diſpenſare alcuno, a leggere altro Autore della ſteſſa profeſſione, ò a continuare la ſteſſa materia, ſe così ſtimaranno opportuno.

XVIII. In oltre per utile de ſopradetti Scholari, onninamente ſi prohibiſcono certe digreſſioni, trattati, e queſtioni troppo lontane dal teſto, e dalla materia, che correrà quell'anno. Si vieta parimente il fermarſi per più di quattro, ò ſei Lezioni ne preludi, ò prologomeni, che ſoglion farſi nel cominciamento d'alcun libro, eſſendo troppo dannoſo allo Scholaro lograr il tempo in così fatte conſiderazioni, ſotto pena a chi contrafarà della perdita del Salario di quella terzaria, nella quale avrà contravenuto.

XIX. Non ſi poſſano fare Academie di qualſivoglia profeſſione in Caſa d'alcun Lettore pubblico, ne di qualunque altra perſona, ſe non ne giorni, che non ſi leggerà ordinariamente alle Scuole, anzi a maggior intelligenza ſi dichiara, che l'Academie non ſi potranno fare, che da Dottori Leggenti.

XX. Si ordina parimente, e comanda, che l'Anatomìa ſi faccia doppo le vacanze di Natale, e che ſi legga almeno per quindici giorni continui, diſtinguendo un corpo in trè anni; cioè nel primo ſi faccia l'Anatomìa del Capo; nel ſecondo quella del Torace; e nel terzo del Ventre inferiore, comprendendo gli Arti.

XXI. Si ſtatuiſce, e decreta che tutti i Dottori ora leggenti, e ammeſſi a leggere, e tutti quelli, che per l'avvenire vorranno leggere, ſieno obbligati, ſotto pena di perdere la Lettura, da non poterſi ricuperar mai più, ne anche col partito preſo a tutte palle, di non procurar per ſe, ne per mezzo d'altri, licenze, derogazioni, ò abilitazioni d'alcuna fatta, e nemmeno

meno procurar favore di Superiore, ò Principe, ò qual altro ſi voglia perſonaggio, per accreſcimento de Salari, ò per altra occaſione attinente allo Studio. E ſieno parimente i Lettori tenuti, ed obbligati ad oſſervar tutti, e ciaſcheduno de preſenti Ordini, e Conſtituzioni, ſotto le pene, che ſi ſono poſte a' proprj luoghi, e ſotto altre eziandio maggiori, ſecondo la qualità de caſi, riſſervate all' arbitrio del Sig. Giudice de Savj, e de Signori Riformatori dello Studio.

XXII. Si dichiara, che li Sig. Giudice, e Maeſtrato de Savj, e li Sig. Riformatori dello Studio poſſano condur, ſempre quando vorranno un Dottor Leggiſta famoſo, che ſia foreſtiere, un Medico, un Humaniſta, ed un Filoſofo, quando non ci aveſſe alcun Filoſofo terriere, che foſſe di fama, ed anco un Mattematico; e ciò con quel Salario, che potranno convenirſi, che ſarà in arbitrio di eſſi Signori. Che però al ſopradetto effetto di condurre li ſopranominati Lettori foreſtieri, ſi dovrà tener diſtinta, e ſeparata dall' altre rendite dello Studio quella ſomma almeno, di cui ſi fà menzione nel Decreto trà le loro Signorie Illme paſſato con lo ſcrutinio ſegreto di 22. d'Ottobre 1613. Proibendo anche eſpreſſamente l'impiegarla, ne tutta, ne alcuna menoma particella di eſſa in altr' uſo, che nel già detto di ſopra.

XXIII. E perchè può accadere, che tal volta la prima Catedra degli Ordinarj della ſera de Dottori Leggiſti reſti vacante, per non eſſer condotto Dottor foreſtiere; Si ſtatuiſce, e ordina, che in tal caſo, ſi faccia una ſol Catedra, che ſia la ſeconda, ſenza multiplicar le Catedre; ò pure parendo al Sig. Giudice, e Maeſtrato de Savj, e à Sig. Riformatori di introdur per allora à beneſizio degli Scholari una terza Catedra, ſi dichiara, & ordina, che ſi debba mettere alla terza Catedra il primo Lettore ſtraordinario, con quello onorario (per lo tempo, che vi ſtarà) che alli Illmi Sig. Giudice, e Maeſtrato de Savj, e Sig. Riformatori più piacerà, e non potendo egli, il ſecondo, e così di mano in mano. La cui Catedra dovrà reſtar vacante, affinchè conducendoſi poi un Lettore nella prima, quel della terza poſſa, e debba levarſene, e ritornarſene alla ſua ſtraordinaria, non ſi volendo à niun partito accreſcere le Catedre, oltre al novero prefiſſo, e ſtabilito. E lo ſteſſo ſi dovrà oſſervare in altre Letture, ò ſia di Leggiſti, ò d' Artiſti, dove il preſente caſo poteſſe aver luogo.

XXIV. E perchè, dopo che con la dovuta maturità ſi ſono fatte le Conſtituzioni neceſſarie, non ci è la più util coſa, che mantenerle, ed oſſervarle; ſi ordina, e ſtatuiſce, che ai preſenti decreti non ſi poſſa, ne in tutto, ne in parte derogare, ſe non col concorſo di tutti i voti delli Sig. Giudice, e Maeſtrato de Savj, e de Sig. Riformatori dello Studio; ed in oltre

con l'aſſenſo dell' Eccellmo Sig. Cardinal Legato, ò altro Superiore, che ſarà prò tempore.

Conſtitutiones prædictas approbamus, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, ſervari mandamus; Eiſque ſinè noſtri, vel ſucceſſorum ſuperiorum pro tempore in Legatione Ferrariæ exiſtentium conſenſu, et voluntate derogari, addi, aut minui prohibemus.

Horat. Card. Leg. &c.

Materiæ Ordinariæ, quæ Lectoribus Juriſtis aſſignantur.

In Mane.

Ad Lectur. Canon.

Anno 1. *De Judic.*
2. *De off. et poteſt. Jud. Deleg.*
3. *De conſtit.*
4. *De probat.*

Ad Lectur. Jur. Civil.

Anno 1. *C. de æden.*
2. *ff. de offic. ejus.*
3. *C. qui admitti.*
4. *ff. ſi cert. petat.*

In Sero.

Ad Lectur. Inſtitut.

Anno 1. *De exhæred. liber.*
2. *De Donat.*
3. *De Legat.*
4. *De obligat.*

Ad Lectur. Jur. Civil.

Anno 1. *ff. ſolut. matrim.*
2. *ff. de op. nov. nunt.*
3. *De Legat.*
4. *De verb. oblig.*

Materiæ Ordinariæ, quæ Lectoribus Artiſtis aſſignantur.

In Mane.

Ad Lectur. Chirurg.

Anno 1. *De Tumoribus.*
2. *De Vulneribus.*
3. *De Fracturis.*

Ad Lect. Theor. Medic.

Anno 1. *Fen. 1. Avvicen., ſivè de reb. natural.*
2. *Lib. de differ. et cauſ morb. et ſympt.*
3. *Hippocrat. Aphoriſmi.*

In Sero.

Ad Lectur. Oper. Hippoc.

Anno 1. *Lib. de Naturâ Humanâ.*
2. *De ration. vict. in morb. acut.*
3. *Prognoſticorum.*

Ad Lect. Theologiæ.

Anno 1. *Liber 2. Sententiarum.*
2. *Liber 3. Sententiarum.*
3. *Liber 4. Sententiarum.*

In

In Mane.

Ad Lectur. Logicæ.

Anno 1. *Liber* 1. *poſteriorum.*
2. *Liber* 2. *poſterior.*

Ad Lect. Philoſ. Naturalis.

Anno 1. *Libri de Generat., et corrupt.*
2. *Liber Meteorologicorum.*
3. *De ſenſu, et ſenſili.*

Ad Lect. Metaphiſ.

Anno 1. *Liber primus Metaphyſ.*
2. *Sextus Metaphyſ.*
3. *Duodecimus Metaphyſ.*

Ad Lect. Practic. Medic.

Anno 1. *De Febribus.*
2. *De affect. Capit. et Thorac.*
3. *De affect. ventr. inferioris.*

Ad Lect. Theolog.

Anno 1. *Liber* 1. *Sententiarum.*
2. *Liber* 2. *Sententiarum.*
3. *Liber* 3. *Sententiarum.*
4. *Liber* 4. *Sententiarum.*

Ad Lect. Humanit.

Anno 1. *Ciceronis.*)
2. *Virgilii.*) *Opera.*
3. *Horatii.*)

Ad Lect. Philoſ. Moralis.

Anno 1. *Libri de Moribus,*)
ad Nicomac.) *Ariſtot.*
2. *Libri Politicorum.*)

In Serò.

4. *Liber* 1. *Sententiarum.*

Ad Lect. Philoſ. Natural.

Anno 1. *Libri Phyſicorum.*
2. *De Cœlo.*
3. *De Anima.*

Ad Lect. Rhet. et Poet.

Anno 1. *Liber Rhetor. ad Theodectem.*
2. *Liber Poeticæ Ariſtotel.*
3. *Liber Hiſtor. Cornel. Tacit.*

Ad Lecturam Mathemat.

Anno 1. *Sphæra Sacroboſchi.*
2. *Elementa Euclidis.*
3. *Theoricæ Planetarum.*

Ad Lect. Linguæ Grææ.

Anno 1. *Liber Hiſocratis Orat.*
2. *Liber Homer. Iliad.*
3. *Liber Homer. Odiſſ.*
4. *Liber Euripid. Tragæd.*

Di Maeſtrato il dì 6. di Maggio 1614.

Battiſta Muzzarelli Giudice de Savj.
Luigi Bevilacqua Riformatore.
Galeazzo Gualengo Riformatore.

Octavius Magnaninus Secretarius.

Conſtitutiones hujuſmodi habemus Ferrariæ editas anno 1639. Typis Franciſci Suzzi Impreſſoris Cameralis. Florentibus itaquè hoc tempore Studii rebus, cenſuque ejuſdem exuberante, clariſ- 1615
ſimus Philoſophiæ Lector Thomas Giannini egregia quædam in-

genii ſui opera alibì per nos referenda in lucem editurus Magiſtratum, ac Moderatores adiit, ut ſibi ſubſidii aliquid in editionis ſumptum contribuerent. Nota hominis ſcientia, novuſque indè acceſſurus Gymnaſio ſplendor maximum apùd eos ſupplicationi pondus contulit; quapropter ex Gymnaſii (*a*) pecuniis nummos aureos ducentum in editionis cauſam poſtulanti numerari
1616 ſancitum eſt. Scuta quoquè quatuorcentum, muneris titulo de Studii erario ſoluta ſunt Jacobo Cardinali Serra Legato, in erectione Collegii (*b*) cujuſdam per eum inſtituti eroganda, ut Nobiles Ferrariæ Adoleſcentes, exterique etiàm bonis in eo moribus, litteriſque imbuerentur; viſum eſt enìm pecuniam prædictam in id opus licitè erogari poſſe, eo quià Juvenum ingenia, primis ibi Artium elementis exculta, paratiora ad ſcientias, quæ in Studio Generali exponuntur addiſcendas redderentur. Extat (*c*) ſupèr hoc ſequens approbationis Decretum.

Quùm in hac Civitate Ferrarienſi, ejuſdem Civitatis, et Civium, nec non Studii hujus Urbis commodo, ac beneficio Collegium inſtitutum ſit Nobilium, ubi adoleſcentes Nobiles, tàm exteri, quam indigenæ prima Artium elementa addiſcere, ac ſcientiis illis, quæ eodem in Studio publicè docentur percipiendis habiles reddere ſe poſſint. Ideòque à Judice, et Magiſtratu Sapientum, Reformatoribus quoquè Studii deſtinata, et applicata fuerint prò una vice tantùm Scuta quadraginta, pro primis expenſis in erectionem dicti Collegii neceſſario faciendis, Nos, ne dubitari poſſit, prædictam pecuniam, juxtà formam Litterarum Apoſtolicarum Sanctiſſimi D. N. inſervire uſui, et beneficio ipſius Studii, dicimus, ac declaramus applicationem iſtam omninò referri ad commodum, et beneficium ejuſdem Studii, ac de noſtrâ Scientiâ, conſenſu, et voluntate factam fuiſſe. Decernentes propterea, quòd nullo tempore adversùs prædictos Reformatores, hac de causâ, imputationi alicui locus eſſe queat, nec ipſi pœnis in dictis Litteris Apoſtolicis contrà eos appoſitis idcircò ſubjacere cenſeantur. Datum in Caſtro Ferrariæ, die 7. Octobris 1616.

Locus Sigilli.

J. Card. Serra Leg.

Sed vix ſecutâ Inſtitutoris morte (incidit hæc in annum 1623.) dignum

(a) *Regiſt. dell' anno* 1615. *fol.* 253. (b) *Detto Regiſtro fol.* 336.
(c) *In d. luogo.*

dignum opus neceſſariis fundamentis deſtitutum (*a*) intercidit. Deindè ad ampliſſimum Moderatorum Studii munus evectos le- 1617
gimus Alphunſum (*b*) Strozza Comitem, & Aſcanium Pio de 1618
Sabaudiâ Marchionem. Dubbium verò in hoc tempus excitatum, an Sector Anathomicus Lectoris titulo nuncupari deberet, cùmque magnâ animorum contentione intèr Doctores non idem ſentientes ageretur, Magiſtratus, Studiique Moderatorum Decreto pronunciatum (*c*) eſt, Sectorem Anathomicum intèr Lectores non eſſe recenſendum. Anno 1620. Alphunſus Pandolfi Humanarum 1620
Litterarum Lector, ſpeciali Congregationis (*d*) Decreto obtinuit, tractatibus ab eo exponendis poſſe etiàm Cornelii Taciti Lectionem copulare. Aliud ſequenti anno ejuſdem Congregatio- 1621
nis Decretum prodiit, quo ſancitum, ne quis impoſterùm ad legendum (*e*) extraordinariè abſquè ſtipendio admitteretur, nisì priùs, coràm Gymnaſii Reformatoribus dignum de ſe in unâ Lectione publicâ experimentum edidiſſet. Sed nonnulla ad Œconomicum Studij noſtri ſtatum pertinentia ſubjiciamus: Joannes Baptiſta Bulgarelli Datii duorum quadrantum ſupèr Sale à Gymnaſio noſtro conductor conſpicuæ admodùm L. 11000. circitèr ſummæ, prò penſionibus decurſis debitor evaſerat, cùmque ad æs hujuſmodi diſſolvendum conſuetis Juris remediis urgeretur, nèc pecuniam in promptu haberet, obtulit ſe Bona quæddam Gymnaſio eidem dimittere paratum, ac prò debiti reſſiduo, modo, ut infrà, convenire: Debitoris conditio deterior effecta Moderatorum animos ad tranſactionem oblatam facilè ſuaſit, idcircò die
27. Maii 1621., rogitu Joannis à Monetis Magiſtratus Ferrariæ 1621
Cancellarii concordiæ (*f*) Inſtrumentum intèr partes celebratum eſt, cujus hæc ſumma. I. Quòd Gymnaſio liceret, in computum ſummæ ſibi, ut ſuprà, debitæ L. 2000. ad cambium accipere, ipſe verò Bulgarelli unà cùm Sigiſmundo Curioni inſolidùm obligato dictas L. 2000., cum Cambiis, Recambiiſque poſt annum ſolvere teneretur. II. Bulgarelli Studio inſolutum dedit, cùm pacto intrà triennium reluendi unam ipſius Domum Ferrariæ poſitam in Viâ S. Spiritus, valoris L. 4000., quam à Joanne de Monte acquiſierat anno 1604., rogitu Hieronymi Nobili. III.

(a) *Fauſtini. Hiſtoria, libr.* 1. *in fine.* (b) *In Rotulis annorum* 1617., & 1618. (c) *Regiſtro dell'anno* 1618. *fol.* 85. (d) *Regiſtr. dell'anno* 1620. *fol* 136. (e) *Regiſtro del* 1621. *fol.* 225. (f) *In Cattaſtr. Inſtrumentorum Communitatis Ferrariæ ſignat E. pag.* 65.

III. Quòd ſolveret Thomæ Giannini Lectori Philoſophiæ Primario Libras 800. IV. Quòd reliquam dicti debiti ſummam in quinquenii termino exburſare deberet, & proùt fuſiùs in Inſtrumento præcitato. Sed cùm pacta hujuſmodi Bulgarelli minimè implere potuiſſet, neque enìm L. 2000. Cambii prædicti, neque L. 800. Giannini perſolverat, ita ùt, accedente reliquæ perſolvendæ ſummæ quantitate debitum ad L. 7000., ac ultrà aſcendiſſet, ſupplicavit, ſibi liceret, modo ut infrà, Gymnaſio ſatisfacere, obtinuitque, ut apparet ex novo ſuperindè confecto (*a*) Inſtrumento, rogitu prædicti Joannis Moneta, die 17. Junii 1624. In hoc. I. Bulgarelli debitor Studio in ſolutum tradidit quoddam illius Prædium in plura diſtinctum corpora poſitum in Villâ Milliarii Ferrarienſis Diſtrictus, ac in loco nuncupato Valchiuſura, acquiſitum ab Antonio Banchi die 28. Februarii 1613., rogitu Antonii Genuizzi. II. Itèm in ſolutum dedit Apothecam Ferrariæ ſitam in Viâ Judecæ, in angulo contrà Caſtrum, quam die 19. Octobris 1607. emerat à Sereniſſimo Mutinæ Duce, rogitu Jacobi Daineſi. III. Tandèm eidem Gymnaſio in ſolutum dimiſit tantam alterius Domus, in Viâ S. Spiritus poſitæ partem, quantam valor L. 1304. exequaret, quam Domum in duabus vicibus à Franciſco Banchi acquiſierat, ut ex geminis Inſtrumentis, 14. Auguſti 1601. rogitu Dominici Squarzoni; & 1. Septembris 1609. rogitu Alphunſi del Buono; hæc autèm omnia aſſignavit Bulgarelli prò integrali dicti debiti ſolutione, cùm pacto, Bona tradita intrà quinquennii tempus redimendi, & juxtà tenorem prædicti Inſtrumenti 17. Junii 1624. Cùm autèm intrà conſtitutum Quinquennii, ac Triennii reſpectivè lapſum dictus Joannes Baptiſta Bona minimè reluiſſet, omnia in Gymnaſii cenſu liberè remanſerunt. Quænam autèm ex his adhùc à Studio poſſideantur, quænam, in quos, aùt quo pacto diſtracta fuerint hìc breviter addimus. Milliarii Prædium à Gymnaſii Moderatoribus alienatum eſt Natali, Gaſparino, ac Hieronymo Fratribus (*b*) de Gaſparinis Cymaclenſibus pretio L. 4433:4:2, ut ex Inſtrumento die 27. Junii 1636., recepto per Joannem Moneta: De Domo in Viâ S. Spiritus, rogitu ejuſdem (*c*) Moneta inveſtitus fuit jure uſus, die 20. Martij 1632. Franciſcus Trinali, à quo ſucceſſivè jure prædicto tranſiit in Stephanum Milanini, in Bartho-

(a) *In Cattaſtr. F. pag.* 22. (b) *In Cattaſtr. H. pag.* 180.
(c) *In Cattaſt. G. pag.* 144.

tholomæum Montini, in Joannem Baptiſtam Mazzoni, in Paulum Carpi J. U. Doctorem, in Hyppolitum Venetici, in Antonium, ac Franciſcum fratres Fraſſoni, ac tandèm per Almi Studii Congregationem, die 26. Februarii 1722. rogitu Ignatii Borſetti vendita (*a*) fuit Joſeph Mareſcotti, pretio Scutorum quadringentorum quinquaginta: Deniquè de Apothecâ in Viâ Judecæ, ac parte alterius Domus in Viâ S. Spiritus, jure uſus inveſtitus (*b*) fuit Marcus Antonius Bulgarelli Joannis Baptiſtæ filius die 31. Auguſti 1633., rogitu Alphunſi Ripa. At quoniàm Marcus Antonius Uſuum decurſorum debitum ingens deindè conflaverat, eidemque diſſolvendo impar erat, à Gymnaſii Adminiſtratoribus impetravit, ut integralis ſolutionis loco dictam Apothecam in Viâ Judecæ, quam propriis ſumptibus reſtituerat, ac in Apothecas duas diviſerat in liberum Gymnaſii dominium reciperent, ac ipſum Bulgarelli ab uſibus impoſterùm ſupèr dictâ parte Domus decurrendis liberarent: Id totum apparet ex Congregatione Studii habitâ die 2. Novembris 1663. De binis hujuſmodi Apothecis jure eodem Uſus inveſtiti ſunt poſtmodùm Joſeph Marocchi, ſeù Maroggi, ſucceſſivè Jacoba Cavallini ejus uxor, Joannes Baptiſta (*c*) Reggiani Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor, ac tandèm Laurentius Berſanini, proùt apparet ex Inſtrumento recepto per Ignatium Borſetti anno 1735. At jàm undè digreſſi ſumus regrediamur. Anno 1622. 17. Septembris rogitu Mainardi 1622
Guarini Ferrariæ Notarii Co: Hannibal Manfredi Nobilis Ferrarienſis poſtremum ſuum Teſtamentum condidit, quo Co. Franciſco Manfredi, aliiſque de eadem Familiâ, eorumque Filiis, & Deſcendentibus maſculis, & lineâ maſculinâ Manfredi Familiæ deficiente, Fœminis etiàm de Familiâ prædictâ, & maſculis ab eiſdem deſcendentibus Hæredibus inſtitutis, ac reſpectivè ſubſtitutis in Majoratu per Teſtatorem eumdem inſtituto, ipſis tandèm deficientibus mandavit de Bonis ſuis Romæ erigi Collegium, per Magnum Ferrariæ Conſilium regendum, moderandumque, in quo perpetuò duodecìm Ferrarienſes Juvenes, ſtudii causâ hæreditatis ſuæ ſumptibus, ad quinquennium quilibet alerentur, onere Hæredibus inſtitutis injuncto Inventarium Bonorum omnium Hæreditatis prædictæ conficiendi, cùm interventu Procuratorum à Magno Conſilio conſtituendorum: Sed verba eadem Teſtamenti

(a) *In Catt. XX. pag.* 53. (b) *In Catt. L. pag.* 13.
(c) *In Catt. YV. pag.* 203.

ti Collegii hujuſmodi Erectionem reſpicientia fidelitèr, de more tranſcribamus.

Eveniente verò caſu, quòd Deus avvertat, totalis deficientiæ, & extinctionis Linearum Maſculinarum, & Fœminearum omnium prædictorum vocatorum ad Majoratum, & Primogenituram præfatas, idem Illmus D. Teſtator de totâ ejus hæreditate, & bonis diſpoſuit, ut infrà, videlicèt; §. Quòd de fructibus, & redditibus ipſius hæreditatis quàm primùm in Almâ Urbe emantur tot Domus, quot ſufficiant ad conficiendum unum Collegium, vel quatenùs domus non reperiantur, à fundamentis conſtruatur, & fabricetur Collegium ipſum, in Beneficium, utilitatem, & commodum duodecim Adoleſcentulorum, & Juvenum Ferrarienſium, Litteris incumbere volentium, prævio tamèn conſensù, & beneplacito S. Sedis Apoſtolicæ ſupèr talis Collegii erectione faciendâ.

Quod hujuſmodi Collegio conſtructo, fabricato, & erecto in, & de fructibus, & redditibus prædictæ ſuæ hæreditatis alantur, & gubernentur per . . . . ſupèr gubernio, & regimento ejuſdem Collegii deputandos, perpetuò de quinquennio in quinquennium tantùm ſaltèm duodecim Juvenes, & Adoleſcentuli Ferrarienſes, qui tamèn ſtudiis Grammaticalibus, & Humanitatis eruditi, apti ſint, & idonei Publicis Lectionibus incumbere, idèſt quòd quilibet infraſcriptorum juvenum poſſit in dicto Collegio ſtare, & litteris incumbere per quinquennium tantùm, & non ultrà, & deindè elapſo quinquennio alii eorum loco ſubrogentur, & ponantur, ibiquè eis alimenta, omniaque alia ad victum humanum neceſſaria ſubminiſtrentur paritèr de quinquennio in quinquennium, & ſi quis eorum antè dicti quinquennii finem ad ſtatum Doctoratus reduceretur, tùnc, & eo caſu, eo ipſo quòd ad ſtatum prædictum pervenerit, è Collegio prædicto exire, & locum ſucceſſori relinquere teneatur arbitrio infraſcripti Illuſtriſſimi Conſilii, ſeù deputandorum ab eo.

Quòd cura conſtruendi, & erigendi memoratum Collegium, ac eligendi Juvenes, ſeù Adoleſcentulos prædictos totalitèr ſpectet, & pertineat ad Illmum Conſilium Magnum hujus Civitatis Ferrariæ, cujus partes etiàm ſint in providendo omnibus neceſſariis ipſius Collegii, ac in eligendo, & deputando Miniſtros, Officiales, & Rectores illius productioni, & gubernio talium Juvenum, cùm honoribus, & oneribus ipſi Illmo Conſilio viſis, remmittendo etiàm dictus Dom. Teſtator arbitrio dicti Illuſtriſſimi Conſilii, in quo loco pervio debeat conſtrui Collegium in Almâ Urbe, & cujus Modelli, ſeù Architectu-

ræ,

ræ, Magnificentiæ, & Capacitatis formandum, & faciendum ſit.

Quòd Juvenes eligendi ſint bonæ conditionis, & famæ, boneſtis parentibus nati, bonis moribus ornati, apti, & idonei ad ſtudendum, & adeò Pauperes, qui de eorum patrimonio ſtudere non valeant, nèc ſtudiorum ſumptus ſuſtinere in Almâ Urbe, & extrà Civitatem Ferrariæ eorum Patriam.

Quòd conſtructo dicto Collegio, illud nominari, & appellari debeat Collegium Manfredum, & ingreſſu illius, litteris marmoreis fiat mentio, qualitèr fundator, & dotator illius fuit ipſe Illmus D. Teſtator, cujus Arma etiàm apponi debeant.

Quòd ſempèr, & perpetuò ſit in facultate, & poteſtate dicti Illmi Conſilii, conſideratâ temporis, & reddituum hæreditatis Teſtatoris qualitate, & quantitate, augere, & minuere numerum Juvenum, seù Scholarium memorati Collegii.

Quòd dictum Illmum Conſilium valeat conficere, & decernere regulas, decreta, & conſtitutiones, quibus regi, & gubernari debeat hujuſmodi Collegium, quæ regulæ, & conſtitutiones, tàm per dictos Juvenes, quàm per ejuſdem Collegii Miniſtros, & Officiales inviolabilitèr obſervari debeant.

Quòd hæreditas, & bona prædicta D. Teſtatoris ullo tempore vendi, alienari, & donari poſſint, ut ſuprà, probibuit vocatis ad Majoratum, & Primogenituram, ſed illa perpetuò conſerventur, ad hoc ut de illorum fructibus, & redditibus Juvenes, & Scholares prò tempore exiſtentes in dicto Collegio ali, gubernari, & ſubſtentari valeant, niſi tamèn ipſum Illmum Conſilium judicaverit magìs expediens, ut talia bona hæreditaria vendantur, & alienentur ad effectum inveſtiendi pretium illorum in Almâ Urbe, ejuſque Territorio in tot bonis ſtabilibus prò majori commoditate, & utilitate dicti Collegii, sìc, ut ſuprà, in Almâ Urbe erigendi, quo caſu liceat dicto Illmo Conſilio bona ipſa vendere, & alienare, remittendo ſe in totum diſcretioni, voluntati, prudentiæ, & arbitrio ejuſdem dicti Illmi Conſilii.

Quòd quamvis Illmus D. Teſtator dederit omnimodam, & liberam facultatem dicto Illmo Conſilio eligendi Juvenes alendos, & educandos in memorato Collegio, tamèn cùm D. Octavius Magnaninus Ferrarienſis, jàm ut ſuprà nominatus ſempèr ſe gratum, & benevolum reddiderit ergà eumdem Illmum D. Teſtatorem, qui illi ſe valdè obligatum aſſerit, declaravit, & declarat, quòd licèt dictus D. Octavius, nèc alius de ejus boneſtâ familiâ non ſint Pauperes, & egeni, ſed commodè eorum filios in Almâ Urbe, & alibì propriis eorum ſumptibus ſuſtentare, & manutenere valeant, adeò quòd ſinè ſpeciali diſpenſatione

ipſius

ipſius D. Teſtatoris non poſſent uti commodo, & benefitio ipſius Collegij, nihilominùs ſi ullo unquàm tempore dictus D. Octavius, ejuſque deſcendentes, & in eorum defectu alii tranſverſales de Familiâ Magnaninâ, deſcendentes tamèn ab ipſo D. Octavio, & ejus fratribus tamen, voluerit mittere aliquem de eorum filiis, & deſcendentibus ad ſtudendum in ipſo Collegio, dummodò eodem tempore non excedatur numerus duorum, liceat eis perpetuò, tali Familiâ durante, propriâ auctoritate, & etiàm invito, & contradicente dicto Illmo Conſilio mittere, ponere, & accedere, & uti, frui, & gaudere benefitio, commodo, & utilitate ipſius Collegii, eligendo illos ex nùnc proùt ex tùnc, in memoriam amoris, & affectionis, quam ſempèr habuit, & habet ergà dictum D. Octavium, ejuſque Familiam, in quâ ſempèr fuerunt Viri maximi ingenii, & in dies oriuntur, quasì natura in eos, ab inſtanti conceptionis Litteras, laudabileſque mores imprimat.

Poſtremò dictus Illmus D. Teſtator, ut bujuſmodi ſua diſpoſitio ſempèr, & omni tempore, ac perpetuò integrum ſortiatur effectum, dictaque Bona in Familiâ nobili Manfrediâ de Primogenito in Primogenitum, & in infinitum, ut ſuprà, ſerventur, & poſteà, ac deniquè finitis Lineis, & Deſcendentiis omnium vocatorum, ut ſuprà, eorum fructus, redditus, & introitus omnes, & ſinguli in Erectionem, alimentationem, manutentionem, & conſervationem ſuprà memorati Collegii perpetuò erogentur, & quia sìc dicto D. Teſtatori diſponere placuit, & expreſsè vetuit, et probibuit dicto Hæredi, & omnibus, & ſingulis ejus in infinitum ſucceſſoribus in perpetuum, nèc non infraſcriptæ Illmæ D. Communitati, dictoque Illmo ejus Conſilio, non poſſint, nèc debeant per ſe, vèl per alium, ſeù alios modo aliquo, ratione, vel causâ cogitatâ, & incogitatâ, & imaginabili, aut quovis quæſito colore petere, procurare, prætendere, & impetrare, aùt peti, procurari, prætendi, & impetrari facere, nèc Principis reſcripto, etiàm motu proprio conceſſo, nèc vigore alterius cujuſcumque poteſtatis hujuſmodi Teſtamenti derogationem, et diſpoſitorum in eo, in toto, vel in parte quamvìs minimâ, etiàm prætextu convertendi, et expendendi bona prædicta, illorumque redditus in aliis operibus, licèt magìs piis, et meritiſſimis, et ſi ſecùs actum, aùt contrafacere attentatum, eo ipſo quòd reſcripta, facultates, ſeù remedia ad finem prædictum impetraverint, aùt impetrare tentaverint, cadant ab omni ſucceſſione, illoſque hæreditate dicti D. Teſtatoris, omnique jure, & commodo dicti Majoratus ſtatìm, et abſquè ullâ declaratione omninò privavit, et privatos eſſe voluit, dictamque hæreditatem, nèc nòn et omne jus, et commodum Majoratus prædicti ad alios vocatos ordine ſucceſſivo, ut ſuprà, non contrafacientes

tes

tes pervenire, et ſpectare juſſit, voluit, et mandavit, qui teneantur illam, et illa apprehendere, et vindicare, et contravenientes ab hæreditate, et Majoratu repellere, et executionem præmiſſorum à quibus oportuerit omninò curare.

Ipſis autèm ſucceſſivè vocatis derogationi prædictæ quovis modo conſentientibus, aùt illam tacitè permittentibus, et executionem, ac effectum præſentis diſpoſitionis non curantibus, et negligentibus, tùnc tales conſentientes, permittentes, ut ſuprà, et negligentes à ſucceſſione, et juribus hujus Majoratus repulit, et privavit, hæreditatemque, et bona prædicta ad alios ordine ſucceſſivo vocatos, et non negligentes eo ipſo pervenire voluit, et ità perpetuò obſervari juſſit, et mandavit per omnes, et ſingulos vocatos in perpetuum, et tali Majoratu durante; quatenùs verò ultimi, ut ſuprà vocati hujuſmodi derogationem impetrarent, aùt impetrare tentaverint, ut ſuprà, tùnc, et eo caſu, illoſque ultimos ſic contravenientes hæreditate ſuâ prædictâ, omnique jure, et commodo dicti Majoratus illicò, et abſquè aliâ declaratione privavit, et omninò privatos eſſe voluit, eiſdemque ſubſtituit, et ſubrogavit Illm̃am Communitatem Ferrariæ, dictumque Illm̃um ejus Conſilium Magnum, illam tamèn, et illud gravans ad expendendum perpetuò, et donèc Mundus duraverit omnes, et ſingulos fructus, introitus, et redditus ipſius hæreditatis in Erectione, alimentatione, manutentione, et conſervatione Collegii, ut ſuprà memorati, modo, et formâ jam dictis, expreſſis, deſtinatis, et declaratis, abſquè aliquâ illorum diminutione, ſeù detractione quovis prætextu, aùt quæſito colore, ut ſuprà prohibitum fuit omnibus, ut ſuprà vocatis, nèc poſſint umquàm in aliam cauſam etiàm favorabilem, meritiſſimam, et magìs piam erogari, et converti in toto, vel in parte, ſed tantùm modo, ut ſuprà diſpoſito, declarato, et ordinato, quià ſic ipſi D. Teſtatori diſponere, et ordinare placuit, aliàs præſens Teſtamentum non feciſſet, ſupplicans, et ſupplicitèr, ac etiàm amore Dei, flexis genibus exorans dictus Dom. Teſtator Summum Pontificem ex nùnc proùt ex tùnc, quòd dictam derogationem procurantibus, et tentantibus impetrare, quatenùs illam ſempèr, et perpetuò eis omnibus, et ſingulis denegare dignetur, ne mens, et intentio dicti D. Teſtatoris tàm recta, juſta, laudabilis, et honeſta, dictæ Illm̃æ Communitati, et Civitati tàm utilis, decora, et proficua ullo umquàm futuro tempore decepta, & fraudata remaneat, ſed ſuum optatum integrè ſortiatur effectum in omnibus, et per omnia, proùt ſuprà diſpoſitum, declaratum, et ordinatum fuit.

Ne autèm ullo umquàm tempore de qualitate, quantitate, et identitate bonorum hæreditariorum ipſius Illm̃i D. Teſtatoris hæſitari contingat,

gat, expreſsè juſſit, et mandavit per dictum D. Franciſcum ſtatìm ſecutâ ejuſdem D. Teſtatoris morte fieri ſolemne, publicum, atquè diligentiſſimum Inventarium, cùm omnibus circumſtantiis neceſſariis manu publici Notarii, ac cùm interventu omnium viventium Vocatorum ad prædictum Majoratum, ac etiàm memorati Illm̃i Conſilii, ſeù deputandorum ab eo, prò omni, & quocumque eorum jure, & intereſſe; idemque ſervari voluit, & expreſsè mandavit, ad effectum prædictum ab omnibus, & ſingulis eidem D. Franciſco in infinitum ſucceſſuris in perpetuum, & sìc de ſucceſſore in ſucceſſorem, cùm caſus eorum ſucceſſionis advenerit, ſub pœnâ contravenienti, ſeù contravenientibus injunctâ privationis dicti Majoratus devolvendi ad alios vocatos ordine ſucceſſivo, ut ſuprà, de Primogenito in Primogenitum, cùm eiſdem honoribus, & oneribus.

Executores autèm, & Commiſſarios hujus Teſtamenti fecit, elegit, & nominavit, & eſſe voluit Illuſtriſſimum Entium Bentivolum Marchionem Gualterii, & dictum Dom. Octavium Magnaninum, Juris, & Philoſophiæ Doctorem, & Civem Ferrarienſem, & eorum quemlibet in ſolidum, cùm ampliſſimis clauſulis, & facultatibus, in ſimilibus Executorum deputationibus poni ſolitis, quos etiàm vult eſſe Arbitros omnium differentiarum, ſi quæ intèr prænominatas perſonas, aùt alias quaſcumque, ſupèr bonis prædictis, & hoc teſtamento umquàm orirentur, prævio tamèn ſempèr conſilio, & participatione Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Dom. Cardinalis Bentivoli, quem rogavit humilitèr, ut dignetur eſſe Protector, & fautor vocatorum ad præfatum Majoratum, ac omnium rerum per ipſum D. Teſtatorem in præſenti ejus Teſtamento diſpoſitarum; quibus omnibus deficientibus ſubrogavit, & illis in Commiſſarium prædictum ſubſtituit, eorum loco elegit, nominavit, & eſſe voluit Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D. Cardinalem Legatum, & Illuſtriſſimum D. Judicem Sapientum hujus Civitatis Ferrariæ, qui prò tempore erunt, cùm iiſdem clauſulis, & facultatibus, de quibus ſuprà, & hoc in perpetuum, donèc Mundus duraverit.

Cùm autèm Co: Hannibal deceſſiſſet, Co. Franciſcus Manfredi nepos, & hæres apùd Sapientum Judicem, & Sapientes inſtetit Magnum Conſilium convocari, ac per eumdem viros eligi, qui Inventario aſſiſterent, cujus ille confectionem inchoare meditabatur: Judex verò, ac Sapientes, hac de causâ dumtaxat Conſilium cogendum non eſſe arbitrantes, urgente Hæredis inſtantiâ Antonium Goretti, & Hyppolitum Perondoli, prò dictâ aſſiſtentiâ Conſilii nomine Inventario præſtandâ proviſionalitèr elegerunt,

runt, quòd paulò pòſt magnum Conſilium (*a*) habitum die 19. Junii 1624. confirmavit, Perondoli Bonorum Æmiliæ, Goretti verò illorum Ferrariæ, & Bonificationis deſcriptioni præficiendo: Inventarium igitùr rogitu Mainardi Guarini prædicti inchoatum eſt die 10. Junii 1624., & ſucceſſivè completum, juxtà Teſtatoris mentem, ut ſi quandò ſubſtitutionis caſus favore Civitatis evenerit, Hæreditatis ſtatus appareat: His poſteriora etiàm acta queddam, anno videlicèt 1730. jus ſuum denotantia cumulavit Civitas, quæ videre eſt in Deliberationum Publicarum Regiſtris. At hæc ſatìs de Collegio Manfredi Romæ impoſterùm erigendo, nùnc de alio Patavii jamdiù favore quorumdàm Ferrarienſium erecto (cùm hìc de Collegiis ſermo inciderit) pauca extrà Cronologiæ ordinem congerramus, quòd lubentèr facimus, ut Civium noſtrorum jura ab hominum memoriâ nùnc temporis ferè obliterata in lucem prodeant. Collegio *Campionis* nomen, quod ne dùm viget, verùm etiàm floridiſſimum eſt, ut ſcribit doctiſſimus (*b*) Nicolaus Comneno Papadopoli, cujus hæc verba.

At floret (Patavii ſcilicèt) Collegium Campionis *ſub Patrocinio Patriarchæ Veneti, in Vico Vinealium, novem Diſcipulis toto Studiorum tempore ſuperfutura præbens alimenta, & habitationem.*

Hæc tantùm de Campionis Collegio laudatus Auctor; nos verò quæ ſequuntur addimus excerpta ex Libro (*c*) Actorum, ac Jurium DD. Judicum, ac Sapientum Magiſtratus, in Tabulario Communis Ferrariæ ſervato. Albitius Bramaſecchi Patriâ Lucenſis, Tarviſii verò Canonicus cùm Bona plura in Agro Patavino acquiſiviſſet, moriens ſuum condidit Teſtamentum, quo de Bonorum prædictorum redditibus Patavii Campionis Collegium nuncupatum, in Viâ, ſeù Vico Vinealium fundari mandavit, ibidèmque in perpetuum hæreditatis ſuæ ſumptibus Scholares octo Legum Canonicarum, ac Civilium ſtudio operam dantes ad ſeptennium prorsùs manuteneri, iiſdemque oportuna ſervitia quæcumque præſtari: Nationes autèm elegit, & declaravit Teſtator, ex quibus Scholares prædicti perpetuò eſſent in Collegium admittendi, voluitque duos Patavinos eſſe, duos Tarviſinos, Ferrarienſes duos,

S duos

(a) *Regiſtro dell'anno* 1624. *fol.* 110.

(b) *Hiſtoria Gymnaſii Patavini*, *Tom.* 1. *libr.* 1. *ſect.* 1. *cap.* 18. *n.* 3.

(c) *Libro di Memorie, ſotto l'anno* 1649. *à cart.* 163.

duos verò Belgas ex Civitate Tornaci, omnes tamèn ex legitimo Matrimonio ſuſceptos: Collegio præſſidet Patavii Epiſcopus, Patentes verò Litteræ, prò Scholarium admiſſione à Venetiarum Patriarchâ, qui operis Protector eſt expediuntur. Ex Ferrarienſibus plures in Collegium admiſſi olìm, hoſque intèr Auguſtinus Fauſtini J. U. D. Rerum Ferrarienſium Hiſtoricus, Dominicus Campi, Lazarus Paſti, à Joanne Fontana Ferrariæ Epiſcopo Laurentio Cardinali Priulo Patriarchæ-reſpectivè propoſiti, nèc non Alexander Fiornovelli, aliique: Hæc omnia in citato libro exarata fuiſſe teſtatur Scriptor ad inſtantiam Fauſtini prædicti, ne eorum memoria umquàm aboleretur, audiſſeque ab eodem tradit, facilè à Ferrarienſibus Patriarchæ propoſitis (requiſitis tamèn concurrentibus, & Locorum vacantiâ) Litteras admiſſionis in Collegium fuiſſe obtentas: Ex prædictis verò Collegiales noſtros à Præſulæ Eccleſiæ Ferrarienſis proponi, ſeù nominari debere arguimus; conjecturis enìm agere oportet, cùm ſummâ etiàm adhibitâ diligentiâ notiones certas uſquè adhùc habere minime potuerimus: Res Urbi, ac Civibus noſtris eſt honorifica admodùm, ſavorabiliſque, idcircò omni ſtudio curandum, ut iterùm ipſi hæreditatis prædictæ tamquàm à Teſtatore præfato vocati commodis perfruantur..

1622 Labente anno 1622. cùm Gymnaſio noſtro Galeatium Gualenghi Marchionem Equitem eruditiſſimum, unumque ex Moderatoribus mors intercepiſſet, Magnum Civitatis Conſilium Camillum Gualenghi filium in eàdem dignitate (*a*) ſubſtituendo viri tanti

1624 jacturam reparavit. Sequenti verò anno actum eſt de Lectore Primario Juris Civilis in Sero, loco Claudii Acchillini, ſub conſueto Scutorum millium ſtipendio eligendo: Hujuſmodi pares muneri viſi ſunt, ſcrutinioque expoſiti Viri celeberrimi Bartholomæus (*b*) Vecchi Senenſis, primò in Patriâ ſuâ, deindè Parmæ Lector, Petrus Accolti Piſanus, Andreas Facchinei Forolivienſis, uterque Piſis publicè docens, & Joannes Baptiſta Nini Peruſinus, in Maceratenſi Univerſitate legens, hoſque intèr majori ſuffragiorum favore Bartholomæus Vecchi electus eſt. Dùm autèm Ferrarienſe Gymnaſium Lectorem aliundè adoptaret, Piſana Urbs ab eodem Marcum Aurelium Galvani J. C. optimum, impetratâ Civitatis noſtræ veniá ad ſe accivit, ut eâ in Univerſitate publicè (*c*) profiteretur. Quoniàm verò in hoc quoquè tempus incidit translatio Reſi-

(a) *Regiſtro del 1623. fol.78.* (b) *Regiſtro ſudetto fol. 93.*
(c) *Regiſtro ſudetto fol. 132.*

Reſidentiæ DD. Judicum, ac Magiſtratus Sapientum ad locum, in quo uſquè in præſens conſiſtit, de hoc aliquid dicturi ſumus, ſed primò de locis, ubì antiquitùs reſidere conſueverant, proùt reperire fuit in quibuſdam Urbis noſtræ monumentis, de more indicandis: Præclariſſimam horum Dignitatem, niſì quo ad nomen, ſaltèm quo ad ſubſtantiam originem habuiſſe credimus in adversâ Padi Ripâ, ubì olìm Alieni Forum, de quo (*a*) Tacitus in Annalibus, quamvìs Sardi (*b*) noſter XII. Viralis Magiſtratus initium ad annum 1299. tantummodò referat; in quo tamèn ſibi ipſi (*c*) adverſari videtur; cùm enìm, inquit ille, multi ab Attilâ Unnorum Rege, qui Italiam ferro, igneque vaſtabat profugi ad Inſulas noſtras Duodecìm (Electrides Latini, ac Græci, Maſſas appellarunt Indigenæ) in antiquis paludibus prominentes ſe recepiſſent, earum quælibet Incolarum optimum juri dicundo eligere orſa eſt, huncque Maſſarium, ſcilicèt Maſſæ, ſeù Inſulæ Judicem appellare; Maſſarum verò omnium amplior, ac nobilior Alieni Forum, cui Maſſæ Babilonicæ multò priùs nomen contigerat: Multæ ad hunc locum, non ex Inſulis prædictis tantùm, ſed etiàm ex aliis Italiæ partibus Familiæ confluxerant, quaproptèr cùm brevì Ædificiorum, incolarumque numero Locus in Urbis magnitudinem coaluiſſet, Vitalianus Pontifex Maximus eumdem Urbis tituli decoravit, nominibuſque Fori Alieni, Ferrariolæ, aliiſque antiquioribus abrogatis Ferrariam impoſterùm appellari voluit, ad eam Epiſcopalem Vicohabentiæ Sedem transferendo: Itèm Maſſariorum omnium, qui novâ in Civitate, prò jure Inſulis adminiſtrando reſidebant dignitati proſpiciens, eos in futurum non Maſſarios, ſed (*d*) Sapientes, Conſuleſque nuncupandos eſſe ſtatuit; quinimmò cùm Maſſarii anteà ex Plebeio etiàm Ordine aſſumerentur, decrevit eos è Nobilibus prò majori parte, omnes tamèn rebus peragendis idoneos eſſe deligendos, primùmque nominavit Pontifex ipſe Petrum Romanum Marini Ferrariæ Epiſcopi fratrem, Comitem Robertum, Lebertumque ejuſdem patruelem, Berlingerium, & Almericum Capitaneos, Saracenum, Gerardum, & Attonem Valvaſſores, Renonem, & Jodoinum Judices, Leonem Mercatorem, & Lebertum Notarium. Contemporaneam ferè XII. Sapientibus originem habuiſſe credimus ampliſſimam Principis Nobilium, univerſique Ferrarienſis Populi Moderatoris, qui poſteà Sapientum Ju-

S 2 dex

(a) *Cornel Tacit. Annalium* (b) *Sardi, Hiſtor. libr. 5.*
(c) *Sardi, ſud libr. 1.* (d) *Sardi, libr. 1. citat.*

dex appellatus eſt Dignitatem, idque ſuadet ratio; cùm enim Maſſarum, ſeù Inſularum quælibet proprium Sapientem agnoſceret, æquum erat Urbem earum Dominam ſuum quoquè Caput habere, illudque, tamquàm dignius Sapientibus cæteris præferri: Magna autèm illiùs uſquè ad annum 1240., quo Azzo IX. Eſtenſis Marchio à Gregorio IX. Pontifice Ferrariæ Vicarius, ut aliàs diximus, conſtitutus, poteſtas fuit, is enìm tamquàm Princeps, cùm Sapientum ſuorum Conſilio Ferrarienſem Rempublicam in iis, quæ belli, & pacis erant adminiſtrabat. Quò verò loci, prò rebus hujuſmodi pertractandis convenirent, dùm Ferraria tràns Padum conſiſteret, & ſæculis remotioribus poſtquâm hùc translata minimè liquet, nèc obſcurâ prorsùs hac in re nobis divinare fas ducimus. Ea tantùm in medium proferemus, quæ vel probabilia ſint, vèl certis documentis demonſtrari poſſint. Cùm itaquè anno 1135. Guilielmus Adelardi Bulgari filius Anconæ Marchio, potentiſſimus Ferrariæ Civis, Nobiliumque Princeps auguſtam D. Georgii (*a*) Patroni Eccleſiam, & Epiſcopium hac in Urbe ædificaſſet, Sacrorumque Ferrariæ Antiſtitum Sedem ad eam à Tranſpadano Patroni ejuſdem Templo Innocentius II. Romanus Pontifex (*b*) tranſtuliſſet, haùd temerè crediderimus prædictos Nobilium Principem, ſeù Sapientum Judicem, Sapienteſque in dictâ Epiſcopali Æde congregari cœpiſſe, iis, quæ mox ſubijcienda ſunt conjecturæ noſtræ adſtipulantibus: Enimverò in corpore Statutorum (*c*) noſtrorum Inſtrumentum legitur conceſſionis cujuſdam, anno 1219. per Commune Ferrariæ Hominibus Maſſæ Phiſcaliæ factæ, quod *in Campo Epiſcopatus Civitatis, in plenâ concione* celebratum aſſeritur. Sed apertiſſimas ſententiæ noſtræ probationes exhibet antiquum Maleficiorum (*d*) Statutum in membranis, vetuſto, pulchro tamèn charactere manu exaratum: Multas Codex hujuſmodi ſanctiones complectitur, per quoſdam Sapientum Judices, Sapienteſque ab anno 1321. uſquè ad 1383. excluſivè factas: Quæ ab anno 1321. uſquè ad 1332. sùb Taſſino Taſſini, & Gaſparino Stanga de Cremonâ, per ea tempora reſpectivè Sapientum Judicibus editæ ſunt, omnes in Epiſcopatu Ferrariæ prodijſſe dicuntur, formulis infraſcriptis, videlicèt: *In Epiſcopali Palatio, ubi XII. Sapientes coadunantur: In Capellâ D. Epiſcopi Ferrariæ, ubi XII. Sapientes coa-*

(a) *Guarini, Chieſe, libr.* 1. (b) *Sardi, libr.* 2. (c) *Statutorum Ferrariæ, libr.* 2. *Rubr.* 137. (d) *Extat in Archivio Communis Ferrariæ.*

coadunantur: In Epiſcopali Palatio, et in Camerâ, ubi XII. Sapientes coadunantur, ex quibus ſatìs ſuperquè patet, eoſdem in Epiſcopatu ad illud uſquè tempus convenire conſueviſſe: In aliis verò conſtitutionibus, quæ ab anno 1332. uſquè ad 1372. prodierunt sùb Sapientum Judicibus Gaſparino Stanga prædicto, Lappo Meliorati de Prato, Dyno de Montecatino, Jacobo Salimbeni, Philippo de Marano, Joanne Toſcani de Papiâ, ac Gaſparino Taccoli de Regio, apparet aliam ſibi ipſis Reſidentiam delegiſſe; ab anno etenìm 1332. per totum 1361. actæ dicuntur: *In Domo, in quâ XII. Sapientes coadunantur*; abindè verò per totum annum 1371. *In Contratâ S. Michaelis, in Domo, in quâ XII. Sapientes coadunantur*, quæ contratæ deſſignatio in poſtremis hiſce Conſtitutionibus appoſita facit, ut Domum hanc ab aliâ ſupradictâ diverſam fuiſſe judicemus, ſicquè prædictos Reipublicæ Patres in termino annorum triginta novem bìs ſtationem mutaſſe: Conſtitutiones tandèm ab anno 1379. uſquè ad 1383. editas ſub Thomâ de Terdonâ, ſeù de Tortonâ Sapientum Judice continet laudatus Statutorum codex, ex quibus apparet, tùnc Judicum, ac Magiſtratus Sapientum Reſidentiam in Domo, in Contratâ S. Romani poſitâ obtinuiſſe, ibì: *In Contratâ S. Romani, in Domo, in quâ XII. Sapientes coadunantur*: Hæc Domus Eccleſiæ S. Romani contigua erat, quòd ex nonnullis documentis, in Libris Communis Ferrariæ Memorialibus evincitur: Uſui autèm prædicto inſervivit per annos nonaginta duos, ab anno ſcilicèt 1383. ſuprà memorato uſquè ad annum 1474., omniaque Judicum, & Sapientum Statuta, per totum temporis illius curriculum in eadem Domo acta leguntur. Sed anno 1474. eorum Reſidentia à Domo prædictâ ad Locum intrà mœnia Curiæ Eſtenſium Principum, quam nos vulgo *Gran Cortile* appellamus translata; locus autèm eſt, in quò nùnc reſident Conſules ad Victualia: Translationis hujuſmodi teſtem habemus partitam (*a*) ſolutionis factæ Benedicto Terzi, in quâ mentio eſt de Offitio XII. Sapientum adhùc in Contratâ S. Romani exiſtente, itemquè partitam (*b*) aliam, translationem in hoc tempus ad Principum Aulam indicantem: Sed eam, proùt jacet edamus.

Spexa de la fabrica del Offizio novo di XII. Savij fatto in la Corte del noſtro Illuſtriſſimo Signor novamente debbe dare lire vinti

S 3 *ſoldi*

(a) *Memor. dell'anno* 1474. *fol.* 76. (b) *Detto Memor. fol.* 77.

ſoldi diexie per lei ſe fanno boni à M. Zohanne Bianchin depintore, per ſua Mercegna de aver facto biancho tutte le murre, e volte de dicto Offizio cum colla à trè man, à tutte ſue ſpexe, che forno in tutto perteghe 41. *riducte al quadro. In raxun de ſoldi* 10. *per pertega. Per taſſa facta per M. Piedro de Bevegnù Inzegnero. Et poſto dal dicto M. Zoanne*——————L. XX: X:

Aliæ ſolutionum partitæ in Memoriali prædicto, in hanc cauſam ſubſequuntur, quas brevitatis gratiâ miſſas facimus. De hac Magiſtratus Reſidentiâ in Principum Curiâ ſequens legitur Cœlii noſtri Calcagnini Epigramma, in quoddam Carminum ejuſdem MS. Codice apùd DD. Marchiones Calcagnini de Fuſiniano exiſtente.

Hìc ubì perpetuis exurgunt tecta columnis,
Et domus innumeras atterit una manus,
Magnanimi monumenta vides, quibus aurea virtus
Incubat, & titulis gloria culta tuis;
Nèc mirùm, quòd tàm lato patet area gyro,
Totque gradus circùm porticus alta tegit;
Nàm domus illa, ſalus tantæ cui nititur Urbis,
Ingentis populi debuit eſſe capax.

Ad novam hanc igitùr Sedem in Curiâ Ducali ſitam anno 1474. Reipublicæ Moderatores ſe contulére, ibìque ſucceſſive per annos centum quadraginta novem eorumdem Tribunal conſtitit;
1623 donèc Co. Cæſar de Eſte Moſti Sapientum Judex parem ampliſſimæ Dignitati locum, in ſegregatâ Ducalis Palatii parte, quàm olìm Ferrariæ, ac Urbini Duciſſæ incoluerant ſtatuere aggreſſus eſt; cùmque à Franciſco Mutinæ, ac Regii Duce magnificam nobiliſſimarum Ædium portionem, ac Cubicula multa in ſuperiori parte conſtituta ſibi, ac Succeſſoribus locari obtinuiſſet, rem ad Magnum Conſilium die 10. Novembris (*a*) initum detulit, ut quidquid ab eo geſtum fuerat approbaret: Factum laudavit Conſilium, cumque aliud ſupereſſet nihìl, quàm ut locationis Inſtrumentum intercederet, hoc, rogitu Joannis à Monetis, die 2. Decembris 1623. celebratum (*b*) eſt, annuaque in eo conventa penſio ſcutorum centum nonaginta quatuor Ferrarienſis Monetæ à ſolidis octua-

(a) *Regiſtr. dell'anno* 1623. *fol.* 75. (b) *In Cattaſtro F. pag.* 7.

octuaginta prò quolibet ſcuto; quibus omnibus ità præordinatis, idem Sapientum Judex unà cùm Sapientibus, veteri Reſidentiâ Conſulibus ad Victuvalia dimiſsâ, circà initium anni 1624., vèl in exitu 1623., ut preciſè vult (*a*) Fauſtini, ad novam ſe rece- 1624
pit, in quâ digniſſimi prò tempore Succeſſores uſquè in hodiernam diem commorati ſunt, ac reſpectivè commorantur. Ferrariæ autèm dùm Legati munere fungeretur Franciſcus Cardinalis 1626
Cenini, ejuſdem juſſu Ædictum prodiit, quo Scholaribus Univerſitatis noſtræ arma deferre, ac conventicula agere interdicebatur: Id ægrè ferentes ipſi, ac Privilegia ſtudioſis conceſſa lædi conquerentes Scholas deſeruerant, nèc in eis Lectores publicè docere ſinebant: Sed huic malo per Gymnaſii Reformatores citiſſimè occurſum, Legatum enìm adeuntes facilè impetrarunt, ut Ædicto, quo ad Scholares abrogato priſtinâ iidem arma deferendi, & conventicula agendi libertate fruerentur: Preces (*b*) Legato porrectæ, ejuſdemque reſcriptum hujuſmodi ſunt.

Foris. *All' Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Signore il Signor Cardinale S. Marcello Legato di Ferrara.*

Intùs. *Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Signore.*

Gli Scolari dello Studio di Ferrara humiliſſimi Servitori di V. S. Illma avendo inteſo gli ordini pubblicati contro la libertà loro, per ſiniſtre informazioni di eſſi avute da V. S. Illma, humilmente la ſupplicano a concederli la loro primiera libertà, sì circa il portar le Armi, come l'andar in Quadriglia, & altri particolari compreſi in detti Ordini, acciocchè poſſano continuare ciaſcheduno alli lor Studii ſecondo il ſolito. Quod D. &c.

Stante l' obbedienza de Supplicanti, ſi concede loro di poter portar l'armi conceſſeli da' lor Privilegi, e di andar inſieme, come vorranno, non oſtante il Bando in contrario, da Noi ultimamente fatto, il quale in virtù di queſto reſcritto revochiamo in ogni miglior modo.

Li 11. di Decembre 1626.

F. Card. Leg.

Locus ✠ *Sigilli.*

Alb. Alam. Sec.

S 4 Hoc

(a) *Hiſtoria di Ferrara, libr.6. in princ.* (b) *Regiſt. dell'ann.1626 fol.228.*

Hoc eodem anno, Magiſtratui, Studiique Moderatoribus ad Scholarium utilitatem viſum eſt conducere poſſe novum Logicæ Lectorem eligere, qui ultrà Lectiones publicas Domi etiàm doceret, eaque primùm Galeoto Recalchi Philoſopho (*a*) inſigni provincia eſt demandata; at quià Lecturæ hujus inſtitutioni Gymnaſii leges adverſabantur, Cardinalem Legatum adire placuit, ut quod geſtum fuerat confirmaret, quemadmodùm actum eſt ſequenti reſcripto, electionis Decreto adnotato.

Supradictam electionem approbamus, Conſtitutionibus Studii, in contrarium facientibus non obſtantibus.

Die 12. *Junii* 1626.

F. Card. Legatus &c.

Tandèm hoc eodem anno Joannes Boſſio (*b*) Mediolanenſis, magni nominis Mathematicus ad triennium conductus eſt, ut in Lyceo noſtro legeret, annuâ Scutorum 200. penſione aſſignatâ. Se-
1627 quenti autèm, Studii noſtri cenſus haud modicè diminutus, cujus rei hæc cauſa: Padus aquarum copiâ exuberans, fractis bino in loco aggeribus viam ſibi ad depopulanda Ferrarienſis Ditionis rura aperuerat, ac pejora in dies minabatur, omnia enìm propugnacula tot Majorum noſtrorum Theſauris in utraque Fluminis ripâ conſtituta decurrentium aquarum impetu laceſſita adeò, eroſaque conſpiciebantur, ut ſi præteritæ recens aliqua aquarum vis ſuperveniret, non de agris tantùm, ſed de Urbe ipsâ actum eſſe crederetur: In tantâ rerum anguſtiâ, Civiumque periculo præſens remedium aliquod adhibendum Alexander Fiaſchi Marchio Sapientum Judex, Sapienteſque cenſuere, illud præ cæteris opportuniùs, ac tutius judicantes, ſi Aggeres, quos vulgo *Froldi* nuncupamus, præcipuè verò debiliores Semicirculis quibuſdam, *Coronellas* vocant munirentur, indè futurum ſperantes, ut faciliori negotio Fluminis vis coherceri poſſet. Sed his munitionibus citò peragendis Agricolarum ruſticalia opera præſtantium vires minimè ſuppetebant; quapropter ingentem pecuniarum ſummam id id opus erogandam comparare neceſſarium videbatur; at undè nàm? cùm omnes Reipublicæ redditus fructibus Romanorum Montium perſolvendis, annuiſque aliis Urbis noſtræ expenſis eſſent obnoxii: Fundum igitùr aliundè quærere opus fuit, hunc-

(a) *Regiſtro ſud. fol.* 204. (b) *Detto Regiſtro fol.* 227.

huncque à Gymnaſii noſtri ærario ſubminiſtrari. Ea Judici, ac Sapientibus prædictis ſententia placuit, ut duabus Primariis Lecturis (*a*) abrogatis (quòd abſque Studii dignitatis detrimento fieri poſſe creditum eſt) Scuta duo millia iiſdem in annos ſingulos prò ſtipendio aſſignata in fundum conſtituerentur tot Locorum Montium Romæ erigendorum, prò pecuniâ ad reparationes prædictas perficiendum comparandâ, dummodò tamèn Papæ conſenſus accederet: Porrectis idcircò Urbano VIII. Civitatis nomine precibus, annuit (*b*) Pontifex eamdem admitti ad Montem Communitatum Romæ, primæ, ſeù ſecundæ Erectionis prò Locis tercentum quinquaginta quinque, ad rationem Scutorum centum Romanæ monetæ prò Loco quolibet, eorumque in Dotem aſſignari, donèc per Commune Ferrariæ de alio fundo provideretur, ſcuta prædicta duomillia Ferrarienſis monetæ, & proùt ex Pontificio Chirographo, cujus tenor.

Monſignor Durazzo noſtro Teſoriero Generale: Dovendo la Communità della noſtra Città di Ferrara, riffare di nuovo una parte delli Argini del Pò, & un altra parte riſarcire, per rimediare alle innondazioni del detto Pò, che ſopraſtano a detta Città, e ſuo Territorio, e per conto della navigazione per quella parte, che tocca alla Camera Apoſtolica, & à detta Città di Ferrara, & biſognandoli per tal effetto una buona ſomma di denari, ne avendo commodità di trovarli così prontamente, come ricerca il biſogno, deſidera, che gli facciamo grazia di ammetterla per la ſomma di Scudi 35500. *moneta alli Monti delle Communità di Roma della Prima, ò Seconda Erezione; Volendo aſſegnare per li frutti di eſſi due milla Scudi di moneta Ferrareſe, che fanno Scudi mille e ſeicento di paoli, che la detta Città paga a' Lettori Foraſtieri dello Studio di eſſa Città, deſignando per ora di non ſervirſi di eſſi, ò trovarli altri aſſegnamenti per loro proviſioni, e di ciò ne ha fatto inſtantemente ſupplicare; & avendo noi avuto relazione dello ſtato di queſto negozio, e del biſogno, che ha detta Città per detto effetto, habbiamo riſſoluto compiacerla nella ſua dimanda, nel modo però, che di ſotto ſi dirà. Per tanto con la preſente, di noſtro moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della noſtra poteſtà, ordiniamo a voi, che ammettiate la detta Communità di Ferrara nel detto Monte delle Communità della Prima, ò Seconda Erezione a voſtra ellezione, che per detto effetto Noi ampliamo, & eſtendemo*

(a) *Regiſtr. Jud. fol.* 247. (b) *In Cattaſtr. Inſtrum. ſignat. F. pag.* 146.

demo per Luoghi trecento cinquantacinque, ò altra ſomma, che li biſognarà, & a voi parerà, quali Noi di adeſſo erigemo, e creamo, e così eretti, & creati uniamo, & incorporiamo al d. Monte, e vogliamo che ſiano della medema qualità, e condizione, e natura, & abbino, e godino li ſteſſi privileggi, immunità, eſenzioni, e prerogative, che anno, godono, e ſono li altri Luoghi del detto Monte, e che trà di loro non vi ſia differenza, ne diſtinzione alcuna, talmente che tutti unitamente faccino un Corpo confuſo. Vogliamo però, che detta Communità facci gli obblighi, e promeſſe neceſſarie, conforme alla cedola del moto proprio dell' Erezione del Monte, nel quale ſarà ammeſſa, & in ſpecie aſſegni per li frutti di detti Luoghi li detti due milla Scudi, deſtinati per la proviſione de Lettori Foreſtieri, & altri che a voi pareranno, e piaceranno, ſpedendogline voi li Mandati neceſſarii, ſenza pregiudizio però delle ragioni della noſtra Camera, quale vogliamo, che non s'intenda per ciò obligata in coſa alcuna, che tale è mente, e volontà noſtra eſpreſſa. Volendo Noi, e decretando, che li Compratori de detti Luoghi non ſiano tenuti provare, nemeno moſtrare, che il prezzo di detti Luoghi ſia convertito nelle ſuddette cauſe, ò in altro uſo, e benefizio di detta Città, ne far altra prova, e giuſtificazione quantoſivoglia neceſſaria, ma li baſti ſolo avere le patenti ſpedite delli Luoghi raſſegnatili; & che la preſente vaglia ancorchè non ſi ammetta, e regiſtri in Camera, e nelli ſuoi Libri, non oſtante la Conſtituzione, ò Bolla di Pio IV. Noſtro Predeceſſore de regiſtrandis, la Cedola del moto proprio dell' Erezione del detto Monte, caſo che oſti, & la aſſignazione, & applicazione delli detti Sc. 2000. fatta alli detti Lettori dalla Fel. Mem. di Clemente VIII. Noſtro Predeceſſore De duobus Quadrantibus, ed ogni altra coſa, che faceſſe in qualſivoglia modo in contrario, e che richiedeſſe particolare derogazione, alle quali tutte, e ſingole, avendo il tenore di eſſe per eſpreſſo, e ſpecificato nella preſente a ſufficienza, per queſta volta ſola deroghiamo. Dato nel noſtro Palazzo di Monte Cavallo li 22. Settembre 1627.

URBANUS PP. Octavus.


Chirographi hujus vigore à Magno Centumvirali Senatu Inſtrumentum Montiſtarum favore celebratum (*a*) eſt, die primâ Octobris, rogitù Joannis à Monetis, & ſucceſſivè pecuniæ e Locorum venditione habitæ in expreſſam Reparationum cauſam erogatæ. His

(*a*) *Cattaſtr. F. pag.* 146.

His peractis, cùm intèr Reformatores Studii nomine, & Commune Ferrariæ magni momenti lis immineret, Julio Cardinale Sacchetti Legato ſuadente eſt compoſita; hic autèm controverſiæ ſtatus fuit: Uſquè ab anno 1600. die 27. Novembris Magnum (*a*) Conſilium redditus quoſdam ad ſummam L. 13544. aſcendentes, prò Lectorum ſtipendiis Studio aſſignaverat, hoſque ultrà Commune Ferrariæ eidem tria librarum millia quotanis ſolvere convenerat, ut apparet (*b*) ex Decreto 22. Octobris 1613., citato in §. 22. Conſtitutionum (*c*) Studii prædicti, nec non ex Tabellâ Publicarum expenſarum, approbatâ in Magno (*d*) Conſilio, die 2. Aprilis 1622. habito; verùm cùm Civitas longâ ſolutionum in morâ eſſet adeò ut debitum per totum menſem Octobris 1628. ad ſummam L. 30064: 10. aſcendere diceretur, Donnus Aſcanius Pio de Sabaudiâ, & Marchio Camillus Gualenghi Studii Moderatores hoc per Commune Ferrariæ debitum diſſolvi efflagitabant: Contrà verò Alexander Fiaſchi Marchio Sapientum Judex, Sapienteſque nihil prorsùs per Commune Studio deberi aſſerebant, eâ potiſſimùm ratione quià ceſſaſſet cauſa, ob quam ſubſidiaria librarum trium millium Gymnaſio facta fuerat aſſignatio, mediante donatione quadrantis alteriùs supèr unaquaque librâ Salis, Studio prædicto per Clementem VIII. factâ; quinimmò quidquid poſteà Communis nomine promiſſum, vèl actum fuerat, per errorem irrepſiſſe contendebant, quem adversùs in integrum reſtitutio competeret, indebitique repetitio à die 21. Novembris 1621., quo ſecundi quadrantis prædicti augmentum cœperat in Gymnaſii cedere utilitatem: Nè tamèn hæc ad Forum deducerentur ne dùm ſuaſit Legatus, verùm etiàm Tranſactionis intèr Partes auctor fuit: Hàc, ſtipulatione interveniente firmatum, quòd Commune Ferrariæ, unicâ vice tàntùm Studio ſolveret ſex librarum monetæ Ferrarienſis millia, eâ lege, ut de pecuniâ prædictâ Reformatores ſtipendia annua ſolvere tenerentur Thomæ Groſſi Sipontino, Medico Phyſico ad triennium conducto; Studium verò Commune Ferrariæ abſolvit ab omni eo, & toto, quod occaſione crediti prædicti L. 30064: 10. prætendere potuiſſet, ut conſtat ex Inſtrumento supèr indè (*e*) celebrato die 9. Maii 1628., rogitù Joan- 1628


(a) *Regiſtro B fol* 56. (b) *Regiſtro D. dell'anno* 1613. *fol.* 188.
(c) *Edit. Ferrar. anno* 1639. *per Franceſco Suzzi*. (d) *Regiſtr. E. anno* 1622. *fol.* 267. (e) *In Cattaſtro F. pag.* 180.

Joannis à Monetis. Hæc circà tempora cùm Studii noſtri æra-
1629 rium locuples eſſet, Moderatoribus placuit notabilem pecuniarum ſummam in re aliquâ ſtabili inveſtire: Statìm ſe obtulit occaſio, nàm Franciſcus Gualenghi Marchio, ætate minor ære alieno gravatus, illud ut diſſolveret, debitis cùm ſolemnitatibus annuum Cenſum ſcutorum ducentum octuaginta à libris quatuor prò ſcuto impoſuit ſupèr quoddam ipſius Modiorum 151. prædio in Villâ Zenzalini Magni Ferrarienſis Diſtrictus poſito, illumque Studio vendidit, pretio ſcutorum quatuor millium ejuſdem monetæ: Huic verò Cenſus alienationi vades acceſſere Laurentius Conſumati, & Bernardinus Bondeni, hoc tamèn pacto, ut quinquennio à die initæ fidejuſſionis elapſo minimè tenerentur, & proùt fuſiùs ex (*a*) Inſtrumento die 27. Auguſti 1629. celebrato, rogitu Joannis à Monetis prædicti.



ALMI

(a) *Cattaſtr. G. pag.* 48.



Palatium Archiepisc. ab Emo D. Thomà RUFFO conſtructum.

ALMI FERRARIENSIS
GYMNASIJ HISTORIA.
LIBER QUARTUS.

ALiàs dixiſſe meminimus, ferè uſquè à Gymnaſii noſtri exordio obtinuiſſe, ut Artis Notariæ præcepta à Lectore publicè traderentur; ſed cùm utile Lecturæ hujus exercitium in deſuetudinem abiiſſet, illud Reipublicæ Adminiſtratoribus hoc tempore inſtaurare libuit: 1631
X Virali igitùr (*a*) Decreto ſtatutum eſt, Lecturam Summæ Rolandinæ in Collegio Notariorum habendam eſſe per Lectorem eligendum, eidemque anno quolibèt ſtipendium librarum duocentum, ex Regiſtri Inſtrumentorum Opere retrahendarum aſſignatum. Poſtquàm verò hæc acta ſunt nondùm biennio exacto, die 9. Octobris rogitu 1633
Pauli Corradi Ferrariæ Notarii Hercules Leoni Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor, ac Lycei noſtri Lector Publicus poſtremum Elogium condidit, in quo Hæredibus bonorum ſuorum Proprietariis

(a) *Regiſtr. dell'anno* 1631. *fol* 326.

tariis inſtitutis, & ſubſtitutis, ac eorumdem uſufructu Bonifacio Marcheſini, & ipſius filiis reſpectivè legato, eum tamèn qui antianus Doctor eſſet in perpetuum præferendo, ut fuſiùs ex Teſtamento prædicto patet, & ex Codicillis die 11. Octobris anni ejuſdem confectis; juſſit tandèm Teſtator ipſe, ut inſtitutis, ſubſtitutiſque deficientibus hæreditas Ferrarienſi in Orphanorum Domo æducato, & poſtmodùm in Philoſophiâ, & Medicinâ, ſivè Legibus laureato deferretur, ac reſtitueretur, modo, & formâ contentis in Paragraſo dicti Teſtamenti, cujus tenorem hìc fidelitèr exhibemus.

Mà affatto mancando, e non vi eſſendo detti Dottori addottorati, & eſercitanti, ò abili al Dottorato, overo che paſſato detto tempo non ſi addottoraſſero, annorum ſcilicèt viginti, *& eſercitaſſero, come ſopra; allora, & in tal caſo eſſo Signor Teſtatore vuole, ordina, e comanda, che detta ſua Eredità vada, e ſia reſtituita a quello, che nato in Ferrara di padre, e madre Ferrareſi, che eſſendo ſtato educato nella Caſa delli Orſani di queſta Città avrà pur, dopo avere per quattro anni atteſo alli Studii, nel vigeſimo anno della ſua età conſeguito il grado di Dottorato in Filoſofia, e Medicina, overo in Legge, & eſercitarà, come ſi è detto degli altri ſudetti, e ſarà anziano ad ogni altro nato, & educato, come ſopra, che pur foſſe in quel tempo Dottore, che eſercitaſſe, come ſopra, & a queſto, morendo quando ſi voglia, ſoſtituiſce l'altro anziano nato, educato, addottorato, & eſercitante, ut ſuprà; e così il medeſimo Signor Teſtatore vuole, ordina, e comanda, che la ſudetta ſua Eredità vada da Anziano Dottore in Anziano Dottore nato, educato, addottorato, & eſercitante, come ſopra, in infinito, ſino ve ne ſarà. §. E mancando in qualſivoglia tempo, ò non vi eſſendo ſimili Dottori, allora, & in tal caſo eſſo Signor Teſtatore vuole, ordina, e comanda, che detta ſua Eredità vada, e ſia reſtituita al più Povero Dottore Filoſofo Medico nato, & addottorato in Ferrara, di padre, e madre nati in Ferrara, che a quel tempo eſercitarà in queſta Città, & ad eſſo, morendo in qualſivoglia tempo, ſoſtituiſce l'altro più Povero, che abbia le medeſime condizioni, e così in infinito &c.*

Gravat deindè prædictus Leoni Teſtator omnes ab eo vocatos, ad aſſumendum Familiæ ſuæ Cognomen, & Stemma, Bonorumque hæreditatis ſuæ diſtractionem quamcumque fieri prohibet, ut latiùs in præcitato Teſtamento apparet: Hæc Leoni hæreditas

tas annuum Scutorum tercentum redditum excedit. Fato deindè ereptum præclariſſimum Juriſconſultum, Primariumque Juris Civilis Lectorem Franciſcum Calcetta univerſa ingemuit Civitas, 1634
eoque acerbiùs in mœſtitiam effuſa, quòd in viro tanto nobile ejuſdem genus peremptum videret. Extincti cadaver magnifico, ut decuit funere in Templo Sancti Spiritus Minorum de Obſervantiâ (*a*) tumulatum eſt. Intereà Studii Moderatoribus nihil magìs cordi erat, quàm ut Lectoribus optimis Cathedras conferrent. Quoniàm verò mos invaluerat, ut per eos, qui ad publicè legendum diebus extraordinariis, nulloque ſtipendio conſtituto diſpenſari peterent, aliud nullum periculum ederetur, quàm Lectionis unicæ in Almo Gymnaſio ſolemnitèr habitæ, certiùs aliquod impoſterùm ſcientiæ argumentum ab eis præſtari debere ſancitum (*b*) eſt, edictumque, ne quis ad extraordinariè legendum licentiari poſſet, nisì priùs Theſes, eâ in facultate, quàm legere optaret in Gymnaſio publicè propugnaſſet. Pòſt hæc Joannes Libioli inſignis Medicus Studii noſtri Lector, maximo Ferrarienſium mœrore interiit: 1636
Hunc Aſtrorum utpotè peritiſſimum, & probè gnarum, quid ægra in hominum corpora influerent, mortis ſibi diem prænunciaſſe ſcribit, ſeque fatidicæ prænunciationis teſtem exhibet Hiſtoricus (*c*) noſter Fauſtini, quem penès fides ſit; nos enìm id neutiquàm homini palàm fieri poſſe contendimus, nisì lumine quoddam ſpeciali, ab eo cœlitùs immiſſo, cujus mors, & vita in manu ſunt. Decretis quibuſdam deindè oportuit Lectorum nonnullorum in legendo ſegnitiem coercere, 1637
penis adversùs (*d*) eos, qui proprio muneri minùs diligentèr vacaſſent ſapientiſſimè conſtitutis: Eorundem tenor talis eſt.

Decreta Illuſtriſſimorum DD. Reformatorum Almi Studii Ferrariæ à Lectoribus tàm Legiſtis, quàm Artiſtis ſtrictè obſervanda.

1. *Quicumque horis conſtitutis in Scholis non interfuerit, ſuumque legendi munus non expleverit, ſi legitimo impedimento (de quo fide dignis probationibus docere teneatur) non fuerit retentus, cum diminutione ejus honorarii ad ratam mulctabitur.*

2. *Uter-*

(a) *Andrea Borſetti, Supplemento al Guarini delle Chieſe di Ferrara.*
(b) *Regiſtro G. fol.* 809. (c) *Fauſtini, Hiſtor. Ferrar. lib.* 6.
(d) *Regiſtro H. fol.* 371.

2. *Uterque Bidellus, ſingulis hebdomadis in fine, Schedulam, in quâ fideliter nomina, & cognomina illorum, qui legendo, proprio officio fecerint ſatìs, quàm illorum, qui neglexerint, nec non illorum, qui horâ ipſis conſtitutâ non acceſſerint deſcripta reperiantur, Illmo D. Judici Sapientum omninò debeant præſentare. Quòd ſi ommiſerint, aùt minùs fidelitèr exhibuerint, eo ipſo offitii privatione afficientur.*

3. *Qui ex dictis Lectoribus abſquè juſtâ cauſâ, ab ipſis Illuſtriſſimis Dominis approbandâ, vel ſinè licentiâ, & conſenſu præfatorum Illuſtriſſimorum Dominorum Reformatorum à proprio legendi munere per annum vacaverit, Lecturam ipſam, & conductionem expreſſè renuntiaſſe pro conſtanti intelligatur, & propterea ex Lectorum Albo eradatur.*

Ex Offitio Magiſtratus die 26. Februarii 1637.

Borſius Calcagninus Judex Sapientum.

Octavius Magnaninus Secr.

1638 Sequens, Thomæ Giannini præclariſſimi Philoſophi morte, nefaſtus annus fuit, cujus de laudibus in templo S. Mariæ à Vado (*a*) orationem habuit Co: Franciſcus Berni J. U. D., ſummæ eruditionis vir, nullique ævo ſuo poſtponendus. Rolandinæ Summæ Lecturam in Notariorum Collegio exercendam inſtitutam fuiſſe per Judicem, ac Sapientes Magiſtratus paulò antè ſcripſimus; ſed cùm fortaſsè viſum foret, illius inſtitutionis auctoritatem ad Magnum Civitatis Conſilium pertinere, re ad illud
1641 delatâ die 22. Junii 1641., Patribus Lecturam prædictam approbare placuit, eidemque ſtipendium (*b*) annuum Scutorum quinquaginta Ferrarienſis monetæ aſſignare, quibus ità ordinatis, ſequenti die per Magiſtratum eadem Notariæ Lectio Cæſari Foliani J. U. D. collata eſt. Eodem autèm labente anno cùm Gymnaſium juditium inſtituiſſet contrà bona quondàm Laurentii Campi prò obtinendâ ſatisfactione crediti, ad ſummam Sc. 6619:17. aſcendentis, quod ille occaſione conductionis quadrantum duorum ſupèr qualibet librâ Salis Studii prædicti Dotalium conflaverat, die 13. Junii, rogitù Smeraldi Smeraldi obtinuit ſibi juxtà Statutorum formam, pro dicto credito, nec non damnis, intereſſe, ac expenſis in ſolutum tradi unam de juribus dicti Campi Domum, cùm Apothecâ, aliiſque pertinentiis, ſub Palatio Juris Communis Ferrariæ ſitam: Verùm quià vigore cujuſdam decreti Emi-

(a) *Borſetti, Supplemento al Guarini.* (b) *Reg. I. pag. 452., & 454.*

Eminentiſſimi Ginetti Ferrariæ Legati, editi die 28. Februarii anni prædicti Lucretia ejuſdem Laurentii filia ſibi potiora, ac anteriora jura, ratione dotium maternarum in dictâ domo competere, quantùm foret prò Scutorum tercentum ſummâ nitidè oſtendit, ac in bonis prædictis ſatisfieri inſtetit; propterea pro debiti hujuſmodi ſatisfactione Magiſtratus Apothecam ſub Domo 1642
prædictâ poſitam vendidit Joanni Antonio Drappieri, prò perſonâ nominandâ acquirenti, pretiumque Sc. 300. à libris 4. pro Scuto ſic intèr partes definitum ad creditum dictæ Lucretiæ penès Nummularium deponere promittenti; & proùt fuſiùs apparet in venditionis (a) Inſtrumento, per Joannem à Monetis recepto die 13. Junii 1642. In emptorem apothecæ Joannes Antonius ſucceſſivè nominavit Jacobum Barbiani, quem Scuta tercentum in Banco (b) Bonetti, ad tenorem Inſtrumenti depoſuiſſe 1642
conſtat. Sed maxima hoc tempore Studio, ac Ferrarienſi Curiæ acceſſit gloria in Jacobo Corradi, qui Advocati munere in Patriâ digniſſimè fungebatur: Hujus ingenii acumen, eloquii vim, ac morum integritatem cùm Urbanus VIII. Pontifex reſciviſſet, virum Romam accitum ampliſſimâ Sacræ Rotæ Auditoris dignitate illicò decoravit, tùnc enim locum, qui Ferrarienſi Civi ſempèr conferri conſuevit, in eâ (c) vacare contigerat. Hæc Romæ acta ſunt, Ferrariæ autèm Studiorum Univerſitas, loco Marchionis Camilli Gualenghi, vitâ functi, Joannem Villa Marchionem Reformatorem (d) habuit; Mauritius verò Calani Medicinæ Lector, & profeſſor egregius quoddam ingenii ſui opus ty- 1645
pis editurus ſubſidii aliquid è Gymnaſii ærario ſuppeditari efflagitavit, ſpecialique Magiſtratus, ac Moderatorum (e) decreto Scuta quadraginta obtinuit. Annum clauſit Julii (f) Recalchi, Philoſophi, Medicique præſtantiſſimi mors, cujus corpus in Eccleſiâ Monialium S. Gulielmi depoſitum eſt; ſed ſequenti anno ſolemnes tanto viro (g) exequiæ, in templo Patrum Societatis Jeſu 1646
celebratæ, ubi excelſa funebris moles, elogiis elegantiſſimis, cereiſque plurimis referta intèr Divorum Ignatii Lojolæ, & Franciſci Xaverii Sacella erecta eſt; De Recalchi autèm virtutibus è ſuggeſtu dixit P. Franciſcus Serafini Societatis ejuſdem Clericus. At nova hoc eodem anno die 26. Junii, intèr Gymnaſium, &

T Com-

(a) *Catt. M., fol.* 61. (b) *Reg. I. fol.* 715. (c) *Fauſtini, Hiſtor. Ferr. lib.* 6. (d) *Regiſt. I fol.* 605. (e) *Regiſt. L. fol.* 198. (f) *Fauſtini, lib.* 6. (g) *Borſet. Supplem.*

Commune Ferrariæ interceſſit Tranſactio, rogitu (*a*) Jacobi Grandi die 26. Junii, quà compenſatis hinc indè, extinctiſque ingentium ſummarum computibus, ob cauſas in prædicto Inſtrumento expreſſas, conventum; ut impoſterùm Gymnaſium omnibus redditibus ſuis liberè frueretur, dummodò Communi Ferrariæ L. 4000. Ferrarienſis monetæ, quæ Sc. 727 : 27 : 4. Romanæ Monetæ ſummam conſtituunt quolibet anno ſolveret, quòd uſquè in hodiernam diem ab initæ Tranſactionis tempore adimpletum
1647 eſt. Litium radicibus hoc modo extirpatis Studii Congregatio Scholarium Univerſitatis dignitati proſpiciens decretum (*b*) edidit, quatenùs de cætero Theſaurarii (hic Rectoris antiqui loco habebatur) Juriſtarum, atquè Artiſtarum munus nullus conſequi poſſet, niſi ſemèl ſaltèm adversùs aliquem, qui in dicto Almo Gymnaſio Theſes publicè propugnaret arguiſſet; edictumque paritèr, ut in Conſiliariis eligendis aliis præferendi eſſent illi, qui Studio actu vacarent. Decretum hujuſmodi eſt.

Decreto fatto nella Congregazione ſopra lo Studio, per li Scholari, sì di Legge, come di Filoſofia, e di Medicina.

L'Illmo Sig. Co: Girolamo Novara Giudice de Savii.
Sig. Dottor Lodovico Lolli.
Sig. Cap. Gio: Franceſco Ruvioli.
Sig. Lodovico Carpi.
Sig. Gio: Gnoli.
Mag. Sig. Rinaldo Buoſi.
Mag. Sig. Antonio Vecchi.

L'Eccmo Sig. Donno Aſcanio Pio di Savoja, Riformatore.

Nel conferire gli onori, ſi ha da preſupporre il merito, e particolarmente frà gli Profeſſori di Lettere, e Studioſi nell'acquiſto della virtù. Honos enim non ſolùm alit Artes (*diceva Catone il vecchio.*) verùm etiàm Virtutes. *E perciò eſſendo antica coſtumanza delle Univerſità delli Scholari di queſto Studio, ò ſiano di Legge, ò di Filoſofia, e Medicina, di collocare l'onore, e la preminenza di Teſoriere in uno de loro compagni Studenti; Gl' Illuſtriſſimi Signori Giudice, e Maeſtrato de Savii, e gl' Illuſtriſſimi Signori Riformatori ſono venuti in ſentimento, accioccbe tale dignità ſi renda più conſpicua*

(a) *Catt. O. pag.* 39. (b) *Regiſt. L. fol.* 533., & *impreſſo per Franceſco Succi.*

cua, è più ſtimata, che il ſoggetto da eleggerſi Teſoriere, abbia prima con qualche onorata azione dato pubblico ſaggio del ſuo virtuoſo talento, e del progreſſo delli ſuoi Studii; eſſendo da tener per fermo, che ciò ſervirà di ſtimolo aſſai pungente alli Scholari d'attendere con fervore all'intrapreſe profeſſioni. Juventus ad ea Studia potiſſimùm incumbit, quibus Magiſtratus defert honores.

E per tanto gli Illuſtriſſimi prefati Signori ordinano, & in miglior modo decretano, che in avvenire, principiando alla proſſima elezione da farſi de Teſorieri dell'una, e dell'altra profeſſione, niuno poſſa eſſere eletto Teſoriere, ſe almeno per una volta non averà publicamente argomentato nelle Scuole à quelli, che ſoſtentano Concluſioni.

E parimente dichiarano gli predetti Illmi Signori, e fermamente ſtabiliſcono, che nel concorſo delle Conſigliarie, quelli delle Signorie loro Illuſtriſſime ſaranno agli altri preferiti, de quali conſtarà, che daddovero attendano agli Studii.

Si legge in propoſito appunto del diſpenſar gli onori, i voti, e'l giudizio del Senato eſſerſi inventati (a) ut in cujuſque vitam, famamque penetrarent. *Alla ſteſſa ragione non può eſſer coſa, ſe non molto conveniente, che alla elezione delli Teſorieri degli Scholari preceda prova sì facile della ſufficienza de pretenſori.*

E facile ſarà appunto alli veri Scholari, e facilitarà loro ancora la aſceſa a meritar gradi maggiori (b) Faciliùs enim creſcit dignitas, quam incipit.

E per aggiunger maggior fermezza alli preſenti Decreti, e dichiarazioni, ſi pone à partito, ſe a voti Secreti ſi devono confirmare.

Quelli, a' quali piace di confirmare li ſudetti Decreti, e dichiarazioni nel modo come ſopra, poranno la loro palla nel sì, e quelli, a' quali non piaceſſe, la metteranno nel nò.

Fatto lo Scrutinio, ſi trovò dal concorde concorſo di tutti li voti, eſſerſi approvato tanto il Decreto, quanto la dichiarazione ſudetti.

Sì 8. *Nò* 0.

Di Maeſtrato li 20. *Novembre* 1647.

Girolamo Novara Giudice de Savj.

Octavius Magnaninus Secr.

Ut autèm Scholares alacriori ſedulitate Publicis Lectionibus intereſſent, viſum eſt eos, propoſitâ honorum mercede, quæ 1648

T 2 juve-

(a) *Tacit. Hiſt.* 4. (b) *Senec. Ep.* 101.

juvenum animos plurimùm allicere ſolet ſequenti (a) ſanctione invitare.

Fù l'anno addietro nella Congregazione dello Studio tenuta li 20. di Novembre 1647. ſtimato molto eſpediente, per rendere il grado di Teſoriere, che d'anno in anno ſi conferiſce dalli Signori Scholari sì Leggiſti, come Artiſti a uno Scholare della loro Profeſſione, ſtabilito un Decreto paſſato a voti ſegreti; Che per render più conſpicuo, e ſtimato, non doveſſe eſſer promoſſo, ne eletto ſe non quello Scholare, il quale del ſuo talento, e de progreſſi de ſuoi ſtudii aveſſe fatta onorata pruova, con l'avere almeno una volta publicamente argomentato a quelli, che nelle Scuole ſoſtengono publiche concluſioni.

Ora per gli ſteſſi motivi di render gli Scholari più ferventi negli ſtudii, e perchè col merito della Virtù ſiano contraſegnati da quelli che tallora in apparenza, e per poco tempo procurano d'eſſer tenuti per tali, e di godere delle prerogative dovute a veri, e buoni Scholari; Per queſto ſi è giudicato molto conveniente, a voti ſegreti dichiarare, e decretare.

Che niuno poſsa ne concorſi da farſi, ne in qualſivoglia altra azione propria dei Scholari godere della prerogativa; ne anzianità di Scholare dell'anno antecedente, ſe nel medeſimo anno immediatamente ſcorſo non averà almeno nelle due ultime Terzarie frequentate le Publiche Scuole, e Lezioni.

Quelli a quali piace, che così ſi dichiari, e decreti porranno la loro palla nel sì, e quelli a quali non piace la metteranno nel nò.

Diſpenſate che furono le palle, e ſcrutinato che ſi hebbe il partito; ſi trovò, che era paſsato con tutti i voti favorevoli.

Maeſtrato li 25. Novembre 1648.

Giulio Ceſare Nigrelli Giudice de Savj.

Verſa deindè in luctum Civitas, ob mortem Equitis ſapientiſſimi Doni Aſcanii Pio de Sabaudiâ Gymnaſii noſtri Reformatoris, qui Litterarum cultoribus favit adeò, ut eos apud ſe convenire ſineret, quòdque magnifici argumentum animi eſt, ſi quibus præmerentur (b) anguſtiis, irrequiſitus etiàm preſtò eſſet: Defuncti corpus Juriſtarum, Artiſtarumque Collegia ad Eccleſiam Sacrorum Stigmatum comitata ſunt, ibidèmque in Sacello, quod ſibi vivens conſtrui curaverat tumulatum; Eidem autèm in

(a) *Reg. L. pag.* 690. (b) *Fauſtini, Hiſtor. di Ferrara, libr.* 6.

in Moderatoris Studiorum dignitate Donnus Carolus Pio filius
ſuffectus. Tùnc etiàm Hercules Piganti inſignis Patriæ noſtræ 1649
Advocatus, & Studii Lector utilimum opus Commentariorum
ſuorum in Statuta Ferrariæ in lucem editurus à Gymnaſii Con-
gregatione die Octobris (*a*) habitâ Scuta quatuorcentum, in
editionis ſumptu eroganda obtinuit; quapropter grato animo Com-
mentaria eadem, quæ per Franciſcum Succi Typographum cuſſa 1650
ſunt Julio Cæſari Nigrelli Comiti Sapientum Judici, Magiſtra-
tuſque Sapientibus dicavit. Novis exindè decretis Theſaurario- 1651
rum, Sapientum, ac Conſiliariorum utriuſque Univerſitatis elec-
tioni proſpicere opus eſſe viſum eſt; Primum prodiit (*b*) die 24.
Octobris, alterum (*c*) die 22. Novembris, eorumque tenor eſt.

Decreto fatto nella Congregazione ſopra lo Studio, per li Scholari, sì di Legge, come di Filoſofia, e Medicina.

Per vietar i diſordini altre volte avvenuti, e per altre degne conſiderazioni, che giuſtamente muovono gli animi delli Illmi Signori Giudice, e Maeſtrato de Savj, e Riformatori dello Studio ordinamo, e decretamo, che quelli Scholari, li quali vorranno pretendere d' eſſer fatti Conſiglieri, ò de Legiſti, ò delli Artiſti, debbano onninamente avere ad eſibire le loro Matricole, & inſieme legitime fedi di frequentare le Scuole pubbliche, ſenza le quali, e mentre ancora alle interrogazioni, che intorno alla loro Profeſſione, & alle materie correnti loro verranno fatte adequatamente non riſpondeſſero, non ſaranno ammeſſi, ne in ciò ſi attenderanno favori, ne intereeſſioni.

E per aggiunger maggior fermezza al preſente Decreto, ſi pone a partito, ſe a voti ſecreti ſi debba confermare.

Quelli, a' quali piace di confermare il ſudetto Decreto, porranno la loro palla nel sì, e quelli a' quali non piace, la metteranno nel nò.

Fatto lo ſcrutinio, ſi trovò dal concorde concorſo di tutti li voti eſſer approvato il Decreto. Sì 10. Nò 0.

Maeſtrato, li 24. *Ottobre* 1651.

Ippolito Strozzi Giudice de Savj.

Ottavio Magnanini Seg.

Per ovviare a qualche diſordine altre volte ſucceſſo trà Scholari de Signori Leggiſti, e Signori Artiſti nell' eleggere del Teſoriere, e Sa-

(a) *Reg. M. fol.* 141. (b) *Reg M. fol.* 367. (c) *Reg. M. fol.* 362.

vio, gl' Illmi Signori determinano, che per l'avvenire gli Scholari approvati dalle SS. VV. Illme. debbano venire a nominare li. Soggetti, che concorrono alle Cariche di Teſoriere, e Savj, e poi ſcrutinatigli ad uno per uno, quegli, che otterrà più voti favorevoli, quello s'intenderà eletto per Teſoriere, e Savio. Sì 9. Nò o.

Maeſtrato li 22. Novembre 1651.

Ippolito Strozzi Giudice de Savj.

Ottavio Magnanini Seg.

Fauſtiſſimus verò Gymnaſio, ac Ferrarienſi Civitati ſequens annus
1652 fuit, etenim Innocentius X. Pontifex Maximus Cives Ferrarienſes (a) duos ad Univerſitatem noſtram pertinentes, ſcilicèt Jacobum Corradi Romanæ Rotæ Auditorem, qui anteà Advocati munere Ferrariæ functus fuerat, & Donum Carolum Pio de Sabaudiâ S. R. E. Theſaurarium, ac Studii noſtri Reformatorem Romanâ Purpurâ decoravit: Horum autèm poſtremum, quòd dignum notatum eſt, etiàm dùm Cardinalis eſſet, Refor-
1654 matoris munus retinuiſſe conſtat ex Rotulo Lectorum anni 1654. donèc Donus Gibertus Pio de Sabaudiâ prò (b) eo Reformator electus eſt. Anno verò 1654. 21. Januarii Hyppolitus Franchi J. U. D. Ferrariæ Civis ſuum, cùm quò obiit Teſtamentum condidit rogitu Dominici de Villanis Ferrarienſis Notarii; in eo autèm ſibi Hæredem inſtituit Joannem Baptiſtam Botti Civem, & Publicum Ferrariæ Cauſidicum, ejuſdemque filios, ac deſcendentes Maſculos J. U. Doctores, ſivè Cauſidicos, qui Advocati, ſeù cauſarum Patroni, vel Procuratoris munus obirent, iiſdem injunctò onere Cognomen, & Inſignia ipſius Teſtatoris aſſumendi, ac gerendi; deficiente verò deſcendentiâ illorum de Bottis Doctorum, ut ſuprà, vel Cauſidicorum, Teſtator idem hæredem ſubſtituit pauperiorem de Collegio Juris Utriuſque Doctorum Civitatis Ferrariæ, ſivè Almæ Univerſitatis noſtræ Lectorem, ſivè Advocatum, modo, formâ, & cùm oneribus, de quibus in ſequenti inſtitutionis, ac ſubſtitutionis Paragrafo, quem nos fidelitèr ab authentico Franchi prædicti Teſtamento tranſumpſimus.

In tutti poi li ſuoi Beni mobili, & immobili, ragioni, & azioni preſenti, e venturi ſiano ove ſi voglia al tempo della ſua morte inſti- *tui-*

(a) *Fauſtini, libr. 6.* (b) *In Rotulo anni 1655. impreſſ. per Franciſcum Succi.*

tuiſce, nomina, e laſcia, e vuole che ſia ſuo erede univerſale. §. Il Molto Illuſtre, e Spettabile Signor Gio. Battiſta Botti, Procuratore publiço Ferrareſe, mentre però attenda alla Procura, & i di lui figlioli, e deſcendenti, ſe ve ne ſaranno di Dottori, ò Procuratori, che attendino alla profeſſione di avvocare, ò procurare, con queſto però, che detto Signor Procuratore Botti, ò detti ſuoi figlioli, e deſcendenti ſi chiamino dei Franchi, & ſi ſervano dell' Arma di eſſo Signor Teſtatore, e mancando detta deſcendenza dei Botti, che ſiano Dottori, ò Procuratori, eſſo Signor Teſtatore di ſua propria bocca ſoſtituiſce, ed inſtituiſce ſuo Erede univerſale di tutti li predetti ſuoi Beni il più Povero Dottore dell' Almo Collegio dei Signori Dottori Legiſti di Ferrara, che attenda, & eſerciti la profeſſione di Legiſta, tanto di Lettore, quanto di Avvocato, da elleggerſi dall' Almo Collegio ſudetto, & Priore di quello; Dovendo però eſſo già Povero Dottore eſſere dichiarato, & approvato per tale dall' Illm̃o, e Revm̃o Monſignor Vicario Generale di Ferrara per ſempre, ſuſtituendo tutti li ſuoi figlioli, e da lui deſcendenti, che ſiano però Dottori, ed eſercitino la Lettura, & Avvocazione, e mancando eſſo Dottore, come ſopra da ellegerſi, & ſua deſcendenza, come ſopra, ſi dovrà fare nuova ellezione dal ſudetto Collegio dei Legiſti, ſempre in perpetuo del più Povero Dottore, e ſua deſcendenza, come ſopra, & con la approvazione di eſſo, da farſi da eſſo Monſignor Vicario per ſempre in perpetuo, quali Dottori, e loro deſcendenza inſtituiſce; e ſuſtituiſce nel modo, e forma detto di ſopra, ordinando, ed eſpreſſamente comandando, che tutti i ſopradetti heredi inſtituiti, e ſuſtituiti, come ſopra, debbano pigliare l'Arma, ò l'impreſa di eſſo Signor Teſtatore, & ſi debbano cognominare de Franchi ſotto pena della perdita della ſua Eredità, da applicarſi alli più Poveri Dottori, nel modo, e forma detto di ſopra. §. E perche la intenzione, e volontà di eſſo Signor Teſtatore è ferma, e ſtabile, che ſi debbano elleggere detti Dottori più Poveri, e che attendano alla profeſſione, come ſopra, ſempre in perpetuo, però ſupplica con ogni affetto poſſibile detto Collegio de Signori Legiſti, e ſuo Priore per ſempre, a degnarſi, per carità, e per Amor di Dio, à far tale ellezione, come anco detto Reverendiſſimo Vicario, ad approvare per li più Poveri eſercitanti la profeſſione di Legiſta, incaricando la conſcienza tanto de Signori Dottori di detto Collegio, & ſuo Priore, come anco quella del Reverendiſſimo Vicario per ſempre in perpetuo.

Hujus vigore diſpoſitionis, evenientibus caſibus ab Hyppolito Franchi Teſtatore contemplatis, Doctorum, & Prioris Almi noſtri Ferrarienſis Legiſtarum Collegii munus eſt Doctorem J. U. Pauperiorem, Legibus, ut ſupra vacantem eligere, Reverendiſ-
1655 ſimi autèm Vicarii eum tamquàm Pauperiorem approbare: Hæc Franchi hæreditas nùnc eſt penès D. Ludovicum Botti J. U. D. Ferrariæ Cauſidicum. Anno verò à Franchi diſpoſitione altero Domus in Plateis Ferrariæ poſita, quæ Studio, prò Campi debito fuerat in ſolutum tradita, rogitu Jacobi (*a*) Grandi die 28. Februarii 1654. locata eſt Alberto Albertini, ac ad Cauponæ uſum ab eodem redacta, virentis arboris ramo in ſignum appoſito, undè *La Fraſchetta* vulgò appellata, quæ uſquè ad hodiernam diem ſub eodem nomine in Gymnaſii cenſu perſevérat.
1659 Nihìl poſtmodùm relatu dignum contigit uſquè ad annum 1659. quo Alexandri VII. Pontificis juſſu, per Eminentiſſimum Laurentium Imperiali Ferrariæ Legatum, die 12. Julii Edictum (*b*) datum eſt, cujus vigore Ferrarienſis moneta ad Papalis valorem redacta, mandatumque, ut impoſterùm ſolutiones ad rationem monetæ prædictæ fieri deberent, penis in eos qui ſecùs agerent conſtitutis: Hujus igitur vigore Edicti Lectorum Studii noſtri ſtipendia à libris, & ſcutis Ferrarienſibus in julios, ac ſcuta Pa-
1661 palia ſunt immutata. Ad annum verò 1661. 20. Octobris, per Studii Congregationem nonnulla, quo ad Scholarium Univerſitates, ac Theſaurariorum, & Conſiliariorum electionem ordinata ſunt, quemadmodùm ex ſequenti (*c*) Decreto apparet.

Decreto fatto nella Congregazione ſopra lo Studio, per li Scholari sì di Legge, come di Filoſofia, e Medicina.

Nel conferire gli onori ſi deve preſupporre il merito de Soggetti, mà particolarmente trà gli Profeſſori di Lettere, e Studioſi dell' acquiſto della Virtù. Perciò eſſendo antica coſtumanza dell' Univerſità delli Scholari di queſto Studio, ſiano di Legge, ò di Filoſofia, e Medicina di collocare l' onore, e la preminenza di Teſoriere in uno de loro

(a) *Cattaſtr. R. pag.* 113. (b) *Stampato in Ferrara, per Ludovico, e Franceſco Nobili l' anno* 1659. *Si vede nella Raccolta dei Bandi eſiſtente in Segretarìa del Publico, Tom.* 9. *fol.* 78.

(c) *Impreſſ. per li ſudetti li* 20. *Ottobre* 1661.

loro Compagni Studenti; quindi è, che l'Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signor Marcheſe Franceſco Eſtenſe Taſſoni Giudice de Savj, gl'Illuſtriſſimi Signori del Maeſtrato, e l'Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signor Marcheſe Ippolito Bentivoglio uno de Signori Riformatori di queſto Studio, nella Congregazione tenuta ſotto il dì 20. Ottobre dell'anno corrente 1661. ſono venuti in ſentimento, acciocchè tale Dignità ſi renda più conſpicua, e più ſtimata, che lo ſoggetto da eleggerſi Teſoriere abbia prima con qualche onorata azione dato publico Saggio del ſuo talento, e del progreſſo delli ſuoi Studii, ſtimandoſi, che ciò debba ſervire di ſtimolo ſufficiente agli Scholari, d'attender ſempre più con fervore alle intrapreſe profeſſioni.

Per tanto gl'Illuſtriſſimi Signori ſudetti ordinano, ed in ogni miglior modo determinano, che in avvenire, principiando alla proſſima elezione da farſi de Teſorieri dell'una, e dell'altra profeſſione, niuno poſſa eſſere eletto Teſoriere, ſe almeno per una volta non avrà pubblicamente argomentato nelle Schuole a quelli, che ſoſtentano Concluſioni.

E per ovviare agli diſordini altre volte avvenuti, e per altre degne conſiderazioni, che giuſtamente muovono gli animi delli prefati Illuſtriſſimi Signori, ordinano, e decretano, che quelli Scholari, li quali vorranno pretendere d'eſſer fatti Conſiglieri, ò ſia di Legge, ò di Filoſofia, e Medicina, debbano onninamente avere, ed eſibire le loro Matricole, ed inſieme legittime fedi di frequentare le Scuole publiche, ſenza le quali, e mentre ancora alle interrogazioni, che intorno alla loro profeſſione, ed alle materie correnti loro verranno fatte, adequatamente non riſpondeſſero, non ſaranno ammeſſi, nè in ciò ſi attenderanno favori, nè interceſſioni.

E finalmente gli medeſimi Illuſtriſſimi Signori dichiarano, e fermamente ſtabiliſcono, che nel concorſo delle Conſigliarie, quelli dalle Signorie loro Illuſtriſſime ſaranno preferiti agli altri, de quali conſtarà, che effettivamente, e con aſſiduità attendano alli Studj.

E perchè i ſudetti ordini, e decreti paſſino a notizia de Scholari di queſta Univerſità, vogliono li ſudetti Illuſtriſſimi Signori, e comandano che ſi ſtampino, ò affiſſi ſopra lo Studio aſtringhino tutti gli Scholari all'oſſervanza di quanto in eſſi viene diſpoſto, e ciò in ogni miglior modo, e forma.

Di Maeſtrato lì 20. Ottobre 1661.

Franceſco Eſtenſe Taſſoni Giudice de Savj.

Paolo Bartoli Seg.

Dein-

Deindè cum Doctorum nonnulli, qui ad præmortuorum ſuperiores Cathedras aſcendebant, adversùs diſpoſitionem X. Conſti-
1662 tutionum Capituli eorum paritèr ſtipendiis inhiarent, quamvìs ratione augmentorum, quæ eis in laborum premium conſtituta fuerant, pinguiora effecta eſſent, quàm naturale Cathedrarum ſtipendium ferret, Studii (*a*) Congregatio die 17. Octobris prædicti Capituli X. obſervantiam novo Decreto inculcavit, declarando neminem impoſterùm ad vacantes ſuperiores Cathedras aſcendentem inſtare poſſe, vel viâ aliâ quacumque curare, ut auctum prædeceſſoris Salarium ſibi aſſignetur, ſub pœnâ privationis Lecturæ illicò incurrendâ; Oportuit etiàm turbas, quæ
1664 circà Theſaurariorum electionem per Scholares fiebant compeſcere, præſertìm quotiès plures illius Dignitatis compotes fieri poſtularent, Electoribus pro uno, vel altero juxtà libitum tumultuariè conclamantibus; Ne itaquè indecorè adeò, & parùm è loci dignitate, in quo electio fieri debet ageretur, ſtatutum (*b*) eſt, ut ſivè unus, ſivè plures ad Theſaurarii munus conſequendum concurrerent, electio à Nationum Conſiliariis tantùm, ſecretis ſuffragiis fieri deberet, idque etiàm in Sapientum electione ſervaretur. Actum ſequenti anno de Lecturis duabus, unâ
1665 ſcilicèt Inſtitutionum Civilium, Medicinæ alterâ inſtituendis, domique exercendis, cùm docuiſſet experientia Scholares ex Lecturarum hujuſmodi deficientiâ, Lectionum audiendarum causâ Regularium Cœnobia frequentare conſueviſſe, magno Gymnaſii publici detrimento, quod Auditoribus deſtituebatur; ſpeciali itaquè Congregationis (*c*) Decreto, cui acceſſit Emi Bonviſii Legati approbatio Lecturæ prædictæ inſtitutæ ſunt; earum cuilibet Scutorum triginta ſtipendio quotannis deſtinato, hac tamèn lege, ut augmentorum incapaces exiſterent: His ſapientiſſimè præordinatis Lectura Civilium Inſtitutionum domi exercenda primùm Dominico Fregulia, Medicinæ Dioniſio Scutellari collatæ ſunt: Plura quoquè ab eâdem Congregatione ſancita, omnia autèm Studii Conſtitutionibus cohærentia; primò nempè, ne quis ad extraordinariè legendum extrà Rotulum admitti poſſet, nisì priùs Theſes in Lyceo noſtro publicè ſuſtinuiſſet, neve ſcrutinio ſubiici poſſet alicujus inſtantia, qui in Doctorum Legentium Rotulo deſcribi peteret, Theſium prædictarum propugnatione minimè

præ-

(a) *In libr Congreg. di detto anno, fol* 26. (b) *Libr. Congreg.* 27. *Novembre dell'anno pred. fol.* 34. (c) *Congr.* 19. *Settembre fol.* 51. 52., *e* 54.

præmiſsâ; ne Scholares intèr Nationum Conſiliarios deſcribi ſatagentes ad examen admitterentur, niſi juratam exhiberent Lectoris alicujus fidem aſſerentis eos lectionibus, duodecim ſaltèm prò unaquaque Terzariâ interfuiſſe; tandèm ne his omnibus, aut eorum cuilibet derogari poſſet, niſi fabæ omnes, nullâ penitùs renuente in id convenirent. Supplicem hoc quoquè anno 1665
Congregationi libellum dedit Medicorum Collegium, obſecrans, ut ſibi cubiculum, in inferiori ædis Paradiſi parte, *la Scoletta* vulgò nuncupatum præcariò permitteretur, illud in Oratorium convertendi ergò, ubi quotannis D. Lucæ Evangeliſtæ Medicorum Patroni ſolemnia agerentur, Miſſæ pro Laureandis celebrarentur, Doctorumque conventus, prò rebus Collegii pertractandis haberi poſſent: Poſtulantium (*a*) votis annuit Congregatio, locuſque decreto interveniente dimiſſus; quinimmò etiàm Collegio poſt 1669
triennium rogante Scamna (*b*) omnia, quæ Scholæ prædictæ uſui inſerviebant donata, ut in ſedilia ad Oratorii uſum converterentur. Per idem tempus Gymnaſii noſtri res aliquantùm decreviſſe legimus, eas tamèn Judex, Magiſtratuſque Sapientum 1671
inſtaurari poſſe cenſuit, ſi Lectoribus, Scholaribuſque Privilegia omnia confirmarentur, ac prætèr Originarios Civitatis, & Ducatus Ferrariæ Cives, Subditi Status Eccleſiaſtici quicumque ad Collegia noſtra admitterentur, capaceſque Lecturarum Ferrarienſis Univerſitatis, & Munerum, quæ à Magno Conſilio conferri conſueverunt, efficerentur: Porrectis itaquè in id Clementi X. precibus, placuit Apoſtolicum (*c*) Breve 25. Maii 1675. ſignatum edere, cujus tenor eſt.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam Rei Memoriam.

Exigit Paternæ Noſtræ, in Noſtro, & hujus Sanctæ Sedis ſubditos charitatis Studium, & peculiaris, quo bonas litteras, & ſalubres diſciplinas, & illarum Cultores proſequimur affectus Nos impellit, ut ea, quæ à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris in favorem Univerſitatum Studiorum Generalium in temporali S. R. E. Ditione erectarum providè conceſſa eſſe noſcuntur, Apoſtolici roboris muniamus præſidio, ac etiàm congruentèr ampliemus, ſicùt publicè utile, promoven-

(a) *Congr. 30. Novembre, fol. 60.* (b) *Congr. 16. Aprile, fol. 91.*
(c) *Originale ſervatur in Archivio Communitatis.*

vendiſque laudabilium Artium, atque Diſciplinarum Studiis profuturum in Domino arbitramur. Dudùm ſiquidèm Fel. Record. Clemens Papa VIII. Prædeceſſor noſter Univerſitati Studii Generalis Civitatis noſtræ, tùnc ſuæ, Ferrarienſis, illiuſque Profeſſoribus, Rectoribus, Reformatoribus, aliiſque Officialibus, Doctoribus, Scholaribus, & Collegiis varia Privilegia, exemptiones, facultates, gratias, & indulta conceſſit, prout ex ipſius Clementis Prædeceſſoris Litteris, deſupèr in ſimili formâ Brevis die XXV. Octobris MDCIV. expeditis, quarum tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficientèr expreſſo haberi volumus, ac de verbo ad verbum inſerto haberi volumus, continetur. Cùm autèm, ſicùt Dilecti Filii Judex, & Magiſtratus Sapientum dictæ Civitatis Ferrarienſ. Nobis nupèr exponi fecerunt, licèt ex Univerſitate præfata antehac Viri doctrina, atquè eruditione celebres ſempèr prodierint, ab aliquot tamèn annis illius exiſtimatio, atquè celebritas aliquantulùm defloruiſſe videatur; & proptereà dicti Exponentes opportune in præmiſſis a Nobis provideri, & ut infrà, indulgeri ſummoperè deſiderent. Nos ſpecialem ipſis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & penis à Jure, vel ab Homine quovis occaſione, vel cauſâ latis, ſi quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxàt conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus, eorum nomine Nobis, ſupèr hoc humilitèr porrectis inclinati, omnia, & ſingula Privilegia, exemptiones, facultates, gratias, & indulta Univerſitati, ejuſque Profeſſoribus, Rectoribus, Reformatoribus, aliiſque Officialibus, Doctoribus, Scholaribus, & Collegiis præfatis à memorato Clemente Prædeceſſore, per ſuas Litteras præfatas conceſſa, ipſaſque Litteras, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis Auctoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, & efficaciam. Prætereà ut non tantùm Originarii Civitatis, & Ducatus Ferrarien., Noſtrumque Subditi, ſed etiàm alii quicumque Status Noſtri Eccleſiaſtici Cives, ſeù Incolæ locum in Collegiis præfatis habere, ac ibidèm Lecturas, et munera, ſeù Offitia quæcumque, per Centumvirale ejuſdem Civitatis Conſilium concedi ſolita, ſi ſibi cæteroquì legitimè concedantur, conſequi, et obtinere, illaque gerere, et exercere, ac ad illa concurrere liberè, et licitè poſſint, et valeant, in omnibus, et per omnia, proindè ac ſi Originarii dictæ Civitatis Cives eſſent, dummodò tamèn Litterarum Studiis per quadriennium continuum in præfatâ Univerſitate operam dederint, et Lauream Doctoratus in iiſdem

Col-

Collegiis acceperint, auctoritate, et tenore præfatis concedimus, et indulgemus. Decernentes eaſdem præſentes Litteras ſempèr firmas, validas, et efficaces exiſtere, et fore, ſuoſque plenarios, et integros effectus ſortiri, et obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, et pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, et per omnia pleniſſimè ſuffragari; Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiàm cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S.R.E. Cardinales, etiàm de Latere Legatos, eorumque V. Legatos judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, ſi ſecùs ſupèr his à quoquam, quavis auctoritate, ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, et Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenùs opus ſit, Civitatis, et Univerſitatis, ac Collegiorum præfatorum, etiàm juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, Statutis, et Conſtitutionibus, Privilegiis quoquè, Indultis, et Litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, et innovatis; Quibus omnibus, et ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plene, et ſufficientèr expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxàt ſpecialitèr, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXV. Maii MDCLXXI. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

I. G. Sluſius.

Hæc ſapientiſſimè à Pontifice conſtituta ſunt, ut Exteri litterarum ſtudioſi ad Ferrarienſem Univerſitatem accederent; At noſtratum quorumdam licentiam coercendam cenſuit Congregatio, 1674
eorum nempè qui cùm ad legendum extraordinariè extrà Rotulum fuiſſent licentiati, quamvìs vel nunquàm, vel minùs frequentèr legiſſent, diſpenſationis anterioritatem jactitantes ad vacantes Cathedras aſſumi poſtulabant, ad eorum excluſionem, qui majori frequentiâ labores in Gymnaſio impenderant. Ne impoſterùm id attentari contingeret, ſtatutum (*a*) eſt diſpenſatos, per integrum anni curriculum legere negligentes, diſpenſatione prædictâ quo ad Lecturas obtinendas juvari minimè poſſe, ſpe etiàm novæ habilitationis præciſâ, niſì quò minùs legiſſent in cauſâ fuiſſet vèl ægritudo, vèl à Congregatione, juſtis de cauſis obtenta diſpenſatio; eâ tamèn nequaquàm uti poſſe adversùs eos, qui

(a) *Congr.* 12. *Settembre*, *fol.* 110.

qui tempore longiori in Studio laboraſſent declaratum eſt; Sed
1674 eodem anno novum Ferrarienſi Studiorum Univerſitati decus ſupervenìt, eâ de causâ, quàm nùnc ſummatìm exponere aggredimur. Cùm graves intèr Carolum Emanuelem II. Sabaudiæ Ducem, ac Januenſem Rempublicam obortæ eſſent de Finibus controverſiæ, reſque ad Ludovicum XIV. Galliarum Regem fuiſſet delata, Rex die 18. Januarii 1673. ſententiam protulerat, quâ Partium utrique demandatum, ut in Judicem, in Italiâ per eas eligendum convenire deberent, ejuſdemque Deciſioni penitùs acquieſcere. Hujus vigore ſententiæ, tàm Sabaudiæ Dux, quàm Januenſium Reſpublica unanimitèr in Almam hanc Ferrarienſem Univerſitatem compromittere decreverunt, eam in Judicem, ſivè Juris Arbitram tantùm eligendo, proùt apparet ex actis, anno 1674. coràm DD. Marchione Joanne Villa, Sapientum Judice, & Marchione Hyppolito Bentivolo Reformatoribus, ac Doctore Claudio Bertazzoli J. Conſulto, Univerſitatis Lectore Primario factis, rogitu Cæſaris Quattri ejuſdem Univerſitatis Notarii: Litterarum Patentium Sabaudiæ Ducis, in dicto Proceſſu regiſtratarum tenor eſt.

CARLO EMANUEL, per grazia di Dio Duca di Savoja Chiables, Agoſta, del Geneveſe, e Monferrato, Prencipe di Piemonte, Marcheſe di Saluzzo, Conte di Geneva, Romont, Nizza, Aſti, e Tenda, Baron di Vand, e Fauxignii, Signor di Vercelli, e del Marcheſato di Ceva, Oneglia, e Maro, Prencipe, e Vicario perpetuo del Sacro Romano Impero, Rè di Cipro &c.

Volendo Noi, per quello che ci ſpetta, ridurre ad effetto il contenuto nella Sentenza del Rè Chriſtianiſſimo, in data dei 18. Genaro 1673., in conformità di quello, che la Maeſtà Sua ci hà fatto ſapere per mezzo dei ſuoi, e dei noſtri Miniſtri; abbiamo eletto il Conte, & Avvocato Patrimoniale Generale Gazelli, e l'Avvocato Gio: Battiſta Tarizzo, per traſferirſi a Ferrara, e dove ſarà di biſogno, ai quali con le preſenti ordiniamo, che trovando la proporzionata corriſpondenza per parte della Republica di Genova, debbano a nome Noſtro rimettere alla Cognizione, e Deciſione dell'Univerſità di Ferrara, le differenze vertenti trà Noi, e la medema Republica, contenute nella già mentionata Sentenza, facendone Compromeſſo in valida forma, con le clauſule, che ſaranno per tal effetto neceſſarie, mentre però la Republica faccia anch' ella il ſuo Compromeſſo nella

con-

conveniente maniera, non altrimente, ne in altro modo. Suſſeguentemente diamo ai medeſimi facoltà di eleggere, e conſtituire uno, ò più Procuratori unitamente, ò ſeparatamente, in una, ò più volte, come pure di revocare i già Deputati, e ſurrogarne altri per comparire a nome Noſtro avanti la predetta Univerſità, dar, e ricever libelli, conteſtar la lite, proponer le azioni, e tutti i rimedii giuridici, ordinarii, ſtraordinarii, e ſuſſidiarii di qualunque ſorte, & in qualſivoglia modo appartenenti a fondare l'intento noſtro, & elidere le pretenſioni contrarie, addurre l'eccettioni, dedurre Notorii, e Capitoli, chiamar termini, e dilationi, produrre Inſtromenti, e Scritture, far procedere alla recognitione d'eſſe, & alle Viſite de luoghi controverſi, dar oggetti contro i Teſtimonj, riprovar gl'Eſami, opporre agl'Inſtromenti, e Scritture contrarie, e ricuſar Giudici, udir la Sentenza, e finalmente fare tutti gli atti, tutte le inſtanze, e tutte le parti, che potranno convenire alle Cauſe, delle quali ſi tratta: In ordine à quali effetti, e tutto ciò, che gli appartiene, Conferiamo ai ſovranominati Conte, & Avvocato Patrimoniale Generale Gazelli, & Avvocato Gio: Battiſta Tarizzo, come pure a quei, che ſaranno da eſſi loro conſtituiti, ò ſuſtituiti reſpettivamente ogni potere opportuno. Promettendo in parola di Prencipe di tener per fermo, rato, valido, e grato quello, che ſarà da eſſi fatto, e di non contravenirgli mai, con le ratihabitioni, rilevationi, & ogn'altra Clauſula in ciò neceſſaria, & opportuna, le quali s'avranno quì per eſpreſſe. In fede del che habbiamo firmate le preſenti di noſtra propria mano, fatte controſignare dal noſtro primo Segretario, e munire col noſtro gran Sigillo. Dat. in Torino li dodeci di Genaro, mille ſeicento ſettanta quattro.

CARLO EMANUELE.

V. Buſchetti.

De S. Thomaſo.

Loco ✠ Sigilli.

Ferrariam itaquè DD. Advocati Co: Nicolaus Gazelli Divi Mauritii Eques, & Joannes Baptiſta Tarizzo Taurino advenére, & coràm DD. Studii noſtri Reformatoribus, & Lectore Primario comparentes, in Actis Cæſaris Quattri Notarii memorati die 25. Januarii Regiæ Celſitudinis Suæ Patentes Litteras exhibuére, 1674 ejuſdem nomine proteſtantes, ſe paratos eſſe in Ferrarienſem Univerſitatem legitimè, ac validè compromittere, modò Sereniſſima Januenſis Reſpublica id ipſum ageret, quemadmodùm intèr Partes convenerat, ac Teſtimoniales ſibi de Celſitudinis Suæ prom-

promptitudine ad compromittendum per hanc Univerſitatem dari poſtulantes: Nemine prò Januenſi Reſpublicâ comparente, DD. Procuratores ad Acta iterùm acceſſere die primâ Februarii, & tandèm tertiò die menſis ejuſdem octavâ, ea quæ in primâ comparitione proteſtati fuerant repetentes, inſtando Teſtimoniales ſibi Litteras ad Regiam Celſitudinem ſuam tranſmittendas relaxari, de promptâ ejus in compromittendo voluntate, de habitâ à dictis Procuratoribus, eâ de causâ Ferrariæ morâ, & de nullâ unquàm pro parte Reipublicæ comparitione: Teſtimonialibus igitùr, ut par erat, per Univerſitatem Judicem expeditis, iiſque Taurinum miſſis nihìl ultrà actum eſt, ut conſtat ex proceſſu, qui intèr pauciſſima Univerſitatis documenta ſervatur. Ferrariæ hoc eodem anno apud Clericos Sommaſchæ Congregationis Clementinum Collegium Apoſtolicâ auctoritate fundatum eſt, doſque ex Datio tranſitus Armentorum Paſtorum Forenſium per Ferrarienſem Statum retrahenda eſt aſſignata; hoc autèm factum favore filiorum Civium Ferrarienſium patribus orbatorum, ut ſtudio vacare poſſent: Pontificium Chirographum ſuperindè expeditum accipe.

PALUTIUS titulo Sanctorum duodecim Apoſtolorum Præsbiter Cardinalis de Alteriis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius. Dilectis Nobis in Chriſto Illuſtriſſimis Dom. Dom. Judici, & Sapientibus Magiſtratus Illmæ Civitatis Ferrariæ ſalutem in Domino. Veſtra ergà ſummum D. N. Clementem PP. X., & S. R. E. jamdiù perſpecta fides, & devotio meritò eumdem Sanctiſſimum D. N. inducunt, ut petitionibus Veſtris libentèr annuat, ac Vos gratiis, & favoribus proſequatur ſingularibus. Itàque præfatus Sanctiſſimus D. N. ſupplicationibus Veſtro nomine Sanctitati Suæ porrectis inclinatus Chirographum ejus propriâ manu ſubſignatum Nobis direxit, & præſentari fecit tenoris videlicèt. Reverendiſſimo Cardinal Camerario. Avendoci eſpoſto il Co: Montecatini Ambaſciatore della noſtra Città di Ferrara, che la Congregazione, ò Deputati ſopra l' Opera Pia delli Orfanelli di Ferrara, coll' approvazione del Revmo Cardinal Sigiſmondo Chigi noſtro Legato hà penſato di erigere un Collegio nel medeſimo luogo, dove preſentemente ſi allevano i poveri Orfanelli, ſotto la direzione, e governo de Preti Somaſchi, e ciò ad effetto non ſolo di ajutare, & introdurre i ſudetti Orfani nelle Virtù, mà anche per dar commodità agli altri figli de Cittadini, e particolarmente à quelli, che reſtano privi di Padre di attendere alli Studii, la qual erezione deve

farſi

farſi col nome di Collegio Clementino, ſotto la Prottezione del predetto Revmo Cardinal Chigi Legato, e ſuoi ſucceſſori, che prò tempore ſi ritrovaranno in Ferrara; E perchè queſta loro buona mente non può ſortire effetto ſenza qualche ajuto particolare, per poter con eſſo aſſicurare la proviſione dei Maeſtri, per inſegnare tanto ai Figli del Luogo, quanto agli Alunni del Collegio; perciò ci hanno ſupplicato, à volergli graziare a queſto effetto dell' Impoſizione d'un Dazio ſopra gli Armenti dei Paſtori Foreſtieri, che tranſitano per lo Stato Ferrareſe; per andar a ſvernare altrove, di un bajocco per ogni capo di Pecora, ò Capra, e mezo giulio per ogni capo di Cavallo, da eſigerſi tanto nell' andare, quanto nel ritornare, dal qual Dazio dal numero degli Animali, che di preſente tranſitano ſi figura poterſi cavare ogni anno ſcudi cento quaranta in circa, che per appunto può eſſere il biſogno per il mantenimento di trè altri Padri Somaſchi, che per tal ſervizio biſognarà accreſcere, con facoltà di applicare tale emolumento alla detta Opera pia, per impiegarlo come ſopra. Perciò con la preſente, di Noſtro moto proprio, e con certa ſcienza, e pienezza della Noſtra Poteſtà Apoſtolica, approvando l'Erezione ſudetta, e dando facoltà, e diſpenſa al predetto noſtro Cardinal Legato di poter impiegare a favore dell' Opera gli altri avvanzi dell' Entrata degli Orfanelli, diamo, e concediamo al Giudice, e Maeſtrato de Savj di detta noſtra Città di Ferrara piena, & ampla, e libera facoltà, poteſtà, & auttorità di imporre una nuova Gabella, ò Impoſizione annua di un bajocco per ogni capo di Pecora, ò Capra, e mezo giulio per ogni capo di Cavallo ſopra gli Armenti dei Paſtori Foraſtieri, che tranſitano per lo Stato Ferrareſe, per andar a ſvernare altrove, da eſigerſi tanto nell' andare, quanto nel ritornare in qualſivoglia tempo, e ſtagione, e detta Gabella, ò Impoſizione ogni anni, & in perpetuo eſigerla; e riſcuoterla dai Paſtori, e Patroni foraſtieri di detti Beſtiami, di qualſivoglia ſtato, grado, e condizione ſiano etiàm qualificati, e privileggiati liberamente, e lecitamente; ſenza incorſo di pena alcuna, manu regià ſecondo è ſolito farſi nelle eſazioni dell' altre Gabelle di detta Città, dandole, e concedendole anche facoltà, & auttorità di poter, con partecipazione, e conſenſo del noſtro Cardinal Legato, che prò tempore ſi ritrovarà in Ferrara, e coll' intervento dei Deputati all' Opera pia ſudetta, affittare, arrendare, & appaltare detta Gabella ad una, ò più Perſone, e per il tempo, prezzo, e riſpoſta annua, che ſi trovarà, e nel modo, e forma, che è ſolito farſi dell' altre Gabelle di detta Città, e di applicare l'Emolumento, e riſpoſta a favore dell' Erezione dell' Opera pia ſudetta,

ſecondo ſarà giudicato più eſpediente dal Revmo Cardinal Legato, che prò tempore ſi ritrovarà in Ferrara, con patto però, che quando l'Opera ſudetta non proſeguiſſe, overo in qualſivoglia tempo terminaſſe, in tal caſo ſi intenda finita la preſente conceſſione. Et ordiniamo anche, che ſopra le coſe predette, e per loro effetto, & eſecuzione glie ne ſpediate tutti gli Ordini, Mandati, Editti, e Bandi etiàm penali, e Voſtre Lettere patenti, che ſaranno neceſſarie, & opportune, con tutte quelle clauſule, e cautele, che giudicarete eſſer neceſſarie, & eſpedienti per l'effetto ſudetto, volendo, e decretando, che la preſente, e detti Ordini, Mandati, Editti, e Bandi, e Lettere patenti, e quanto da voi ſarà fatto, ed eſeguito in eſecuzione della preſente, Vogliamo abbino il loro effetto, eſecuzione, e vigore, ancorchè non ſiano chiamati, & inteſi detti Paſtori, e Padroni dei Beſtiami, e che contro la preſente, e detti Ordini, Mandati, Bandi, Editti, e Lettere patenti, e coſe contenute in eſſe non ſi poſſa dire, ne opporre di nullità, obrezione, ſurrezione, e difetto della Volontà, & intenzione, e di altro qualſivoglia vizio, che ſotto tali, ò altri qualſivoglia preteſti poſſano eſſere impugnati, moderati, e revocati, e così, e non altrimente debba eſſere giudicato, e definito da qualunque Sindico, etiàm con la clauſula ſublatâ, & irritante, non oſtante alle coſe predette la Conſtituzione in Cœnâ Domini ſolita leggerſi nel Giovedì Santo, e qualſivoglia altra Conſtituzione, & Ordinazione Apoſtolica, Statuti di Roma, e ſue Riforme, e di detta Città di Ferrara, e ſuo Stato, uſi, ſtili, conſuetudini etiàm inveterati, e qualunque privileggi, eſenzioni, e grazie, che foſſero ſtati in qualſivoglia modo conceſſi ai Paſtori Foraſtieri ſudetti, & ai Patroni dei Beſtiami, & anche la Regola De Jure quæſito non tollendo, e tutte, e ſingole altre coſe, che oſtaſſero, ò faceſſero, ò poteſſero fare in qualunque modo in contrario, alle quali tutte, e ſingole, ancorchè aveſſero clauſole inſolite, e derogatorie di derogatorie, e per loro derogazioni biſognaſſe farne eſpreſſa, ſpecifica, & individua menzione, avendo nondimeno il tenore delli, e ciaſcheduno di loro per eſteſo, inſerto, e regiſtrato nella preſente di parola in parola a ſufficienza, per queſta volta per l'effetto ſudetto, in tutto, e per tutto ſpecialmente, ed eſpreſſamente deroghiamo. Dato nel Noſtro Palazzo Apoſtolico in Monte Cavallo queſto dì 31. Ottobre 1674. CLEMENS P. X. Nos itaquè mandata prædicta ejuſdem Sanctiſſimi Domini N., ut tenemur exequi, debitæque executioni demandare, Vobiſque etiàm ſpecialem gratiam facere volentes, de Mandato ejuſdem Sanctiſſimi D. N. PP. vivæ Vocis Oraculo nobis deſupèr facto, & auctoritate Noſtri Camerariatus

Offi-

Offitii, ac in executione, & vigore præinſerti Chirographi, ac juxtà illius formam, continentiam, & tenorem Vobis D. D. Judici, & Magiſtratui, & Sapientibus dictæ Civitatis Ferrariæ Gabellam, in dicto præinſerto Chirographo latiùs enunciatam, & expreſſam, ac modis, & formis, de quibus, & prout in eo imponendi, eamque liberè, licitè, & impunè, ac abſquè aliquâ penâ, ſeù Cenſurarum incurſu exigendi, & exigere faciendi, illamque affictandi, arrendandi, & appaltandi Perſonæ, aùt Perſonis, ac prò pretio, & reſponſione annuâ reperiendis, & eo modo, & formâ, quibus ſolet fieri, & circà aliàs Gabellas dictæ Civitatis, emolumentaque, & reſponſionem, ex prædictâ Gabellâ redigenda, & provenienda, in Erectione, & in utilitatem prædictæ Operæ piæ applicandi juxtà illud, quod ſub Emo, & Revmo D. Cardinali Legato nùnc, & prò tempore exiſtente magìs expediens, & opportunum judicatum fuerit, Apoſtolicam auctoritatem, facultatem, & omnimodam poteſtatem deſupèr neceſſariam, & opportunam concedimus, & impartimur, ſicùt etiàm idem Sanctiſſimus D. N. in præinſerto Chirographo conceſſit, & impartitus fuit. Quo circà de Mandato, & auctoritate ſimilibus, ac præinſerti Chirographi vigore Emum D. Sigiſmundum S. N. Cardinalem Chiſium prò eodem Sanctiſſimo D. N., Sanctâque Sede Apoſtolicâ, in Civitate Ferrariæ, ejus Ducatu, & Statu, ac illius totâ Provinciâ de Latere Legato, attentè in Domino rogamus, ejus verò R. P. D. V. Legato, cæteriſque Officialibus, & Juſtitiæ Miniſtris quibuſcumque committimus, & mandamus, quatenùs Vobis, dictæ Operæ piæ, dictæque Gabellæ Arrendatariis, & Appaltatoribus, in præmiſſis efficacis defenſionis Præſidio aſſiſtant, præſentes noſtras, & contenta in dicto Chirographo obſervent, & exequantur, & per eos ad quos ſpectat obſervari, & exequi mandent, curent, & faciant, non permittentes, contrà illius, & illarum formam, & tenorem Vos, & dictam Operam Piam à quoquam deſupèr moleſtari, & impediri, non obſtantibus omnibus iis, quæ idem Sanctiſſimus D. N. in Chirographo prædicto voluit non obſtare, cæteriſque in contrarium quibuſcumque. In quorum &c. Datum Romæ in Camerâ Apoſtolicâ, Anno à Nativitate D. N. Jeſu Chriſti 1674., Indictione XII., die tertiâ Menſis Novembris, Pontificatus autèm Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis Divinâ Providentiâ PP. X. Anno V.

P. Card. de Alteriis Camer.

F. M. Anſaldus Aud.

L. ✠ *B.*

Matthæus de Angelis Cam. A. Secr. & Cancel.

1675 Sequenti anno Eminentiſſimus Chigi Legatus, experientiâ edoctus Ferrariam Virorum in Mathematicis facultatibus eruditorum maximè indigére ad Padi, aliorumque Fluminum vim propulſandam, juventutis inſtituendæ gratiâ privatam Mathæſis, Geometriæ præſertìm Lecturam in Collegio PP. Societatis Jeſu, à Lectore per Eminentiſſimum Legatum prò tempore ad Judicis, Sapientumque Magiſtratus nominationem eligendo exercendam inſtituit, eidemque ſtipendium annuum ſcutorum centum, ex augmento exactionis Bononenorum trium ſupèr unaquâque licentiâ arma deferendi aſſignavit, & proùt fuſiùs ex Edicto die 31. Octobris Ferrariæ typis edito, quod paulò infrà exhibebimus; Primus autèm in dictâ privatâ Matheſis Cathedrâ ab Eminentiſſimo Inſtitutore electus, ac ad biennium, juxtà Edicti præcitati diſpoſitionem conductus, fuit P. Franciſcus Lana Brixienſis, eâ in facultate celeberrimus: Utilimum hoc Patriæ opus venerata Almi Lycei noſtri Congregatio Publicam, & ipſa in Lyceo eodem Euclidis Elementorum Cathedram inſtituit, ipſamque (*a*) P. Lana prædicto demandavit: Quidquid autèm per Eminentiſſimum Chigi Legatum actum fuerat circà Lecturæ privatæ inſtitutionem, ſtipendiique annualis aſſignationem Innocen-
1676 tius XI. Pontifex, Civitate inſtante confirmavit, ut patet ex ejuſdem (*b*) Litteris Romæ datis 16. Decembris 1676., quarum hic tenor.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam Rei Memoriam.

Ex commiſſæ Nobis divinitùs diſpenſationis munere, Noſtrorum, & Apoſtolicæ Sedis etiàm quo ad temporalia Subditorum commodis, peculiari paternæ charitatis ſtudio jugitèr invigilantes, & quæ ad promovenda bonarum Litterarum Studia, ex quibus in Rempublicam multùm utilitatis, atquè ornamenti redundare ſolet providè facta eſſe noſcuntur, ut firma, atquè illibata perſiſtant, Apoſtolici muniminis præſſidio libentèr conſtabilimus; Exponi ſiquidèm Nobis nupèr fecerunt Dilecti Filii Judex, & Magiſtratus Sapientum Civitatis noſtræ Ferrarienſ., quòd dilectus Filius Noſter Sigiſmundus Chiſius S. R. E. Diaconus Cardinalis Sigiſmundus nuncupatus, aliàs dùm Sedis præfatæ Le-

(a) *Congregazione delli 12. Novembre 1675. fol. 114.*
(b) *In Archivio Magiſtratus.*

Legati munere in dictâ Civitate, & Ducatu Noſtris Ferrarienſ. fungebatur, Lecturam Mathematicarum diſciplinarum in eadem Civitate erexit, & inſtituit, illique honorarii nomine annua centum ſcuta monetæ, ex impreſſis arma geſtandi licentiis, quæ à Typographo illìc vendi ſolent percipienda aſſignavit, ac ad eum effectum earumdem licentiarum impreſſarum pretium ad tres bajoccos ejuſdem monetæ prò earum qualibet auxit, proùt in ejus edicto deſupèr emanato uberiùs dicitur contineri. Ipſi verò exponentes ejuſdem edicti vigore augumentum pretii licentiarum hujuſmodi dicto Typographo, ſub annuâ centum ſcutorum monetæ hujuſmodi penſione, ſeù reſponſione elocarunt, ſivè appaltarunt. Cùm autèm, ſicùt eadem expoſitio ſubjungebat, dicti exponentes præmiſſa, quo firmiùs ſubſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis Noſtræ patrocinio communiri ſummoperè deſiderent, Nos ſpecialem ipſis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſvis Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à Jure, vel ab Homine quavis occaſione, vel causâ latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtant, ad effectum præſentium dumtaxàt conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, Supplicationibus eorum nomine Nobis ſupèr hoc humilitèr porrectis inclinati Erectionem, & reſtitutionem Lecturæ Mathematicarum diſciplinarum, ac augumentum pretii Licentiarum impreſſandarum hujuſmodi à memorato Sigiſmundo Cardinale tùnc Legato facta, ut præfertur, emanatumque deſupèr edictum præfatum, cùm omnibus, & ſingulis in eo contentis, aliàs tamèn licitis, & honeſtis auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos Juris, & Facti defectus, ſi qui deſupèr quomodolibet intervenerint ſupplemus. Decernentes eaſdem præſentes Litteras ſempèr firmas, validas, et efficaces exiſtere, et fore, ſuoſque plenarios, et integros effectus ſortiri, et obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, et pro tempore ſpectabit in omnibus, et per omnia pleniſſimè ſuffragari; Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiàm cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, ſi ſecùs ſupèr his à quoquam, quavis auctoritate, ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, et Ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenùs opus ſit dictæ Civitatis, aliiſque quibuſcumque, etiàm juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis,

 Sta-

Statutis, & Conſuetudinibus, Privilegiis quoquè, Indultis, & Litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, et innovatis; Quibus omnibus, et ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plenè, et ſufficientèr expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxàt ſpecialitèr, & expr ſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XVI. Decembris 1676. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

I. G. Sluſius.

Edicti verò Chiſiani *(a)* in præfatis Papæ Litteris memorati, ac confirmati tenor eſt.

SIGISMONDO Cardinal Chigi nella Città, e Ducato di Ferrara à Latere Legato.

Havendo Noi conoſciuto quanto ſia neceſſario per benefizio di queſto Stato l' ammaeſtrare la Gioventù nelle Mattematiche, e particolarmente nella Geometrìa, eſſendo pur troppo frequente il biſogno, che hà queſto Publico di Perſone, che ne ſiano ſufficientemente erudite, affinchè in congiontura di Livellazioni, ò regolamenti di acque, coſtruzioni di Arginature, e ſimili altre occorrenze poſſano ſervire con profitto alla Patria; Quindi è, che Noi inclinati al vantaggio maggiore di queſta Città abbiamo riſoluto di introdurre, come in virtù del preſente noſtro Ordine introduciamo una Lettura di Mattematica a prò, ed a benefizio di queſta Città, da doverſi eſercitare nel Collegio de RR. Padri della Compagnìa di Gesù, nelle forme, e colle condizioni ſeguenti.

Si farà l'elezione del Lettore di Mattematica dall' Eminentiſſimo Legato prò tempore eſiſtente, e ſaranno à Sua Eminenza nominati più Sogetti abili dai Signori Giudice, e Maeſtrato de Savj, preſa prima dai medeſimi ogni eſatta informazione della abilità, e dottrina dei medeſimi Sogetti.

Per onorario della ſudetta Lettura aſſeguiamo la ſomma di ſcudi cen-

---

(a) *Raccolta de Bandi, in Segretarìa del Publico, Tom.*9.*fol.*43.

cento annui da pagarſi al Lettore poſticipatamente alla Feſta di San Pietro, e detto pagamento ſi farà con mandato ſottoſcritto dal Signor Giudice de Savj, cominciandoſi al S. Pietro dell' anno venturo 1676.

E perchè non intendiamo, che per queſta Lettura l' azienda Publica ſenta aggravio alcuno, abbiamo perciò accreſciuto il pagamento delle licenze d' Arme, tanto per la Città, che da Caccia ſino a bajocchi cinque per ciaſcuna licenza, come ſopra, da doverſi eſiggere dallo Stampatore Camerale, con obligo al medeſimo di contribuire, come così vogliamo, che ſia tenuto a queſta Città ſcudi cento ſenza contradizione alcuna, da doverſi impiegare detto emolumento in detta Lettura aſſolutamente, e non mai in alcun uſo.

E quando mancaſſe mai la Lettura, intendiamo, e vogliamo, che manchi ancora il preſente accreſcimento fatto ſopra le licenze d' Arme, e che ſi tornino a pagare due ſoli bajocchi, come ſi è fatto ſino al preſente giorno.

A queſto effetto però vogliamo, che lo ſteſſo Stampatore Camerale faccia detto pagamento nel Banco della Publica Depoſitaria in conto a parte, di maniera che il preſente aſſegnamento non ſi confonda colle altre entrate del Publico, mà reſti totalmente ſeparato.

Il Lettore di Mattematica ſi intenderà condotto per un biennio con l' emolumento ſudetto, e avrà l' obligo di fare una Lezione ogni giorno nel Collegio predetto, cominciando a Novembre ſino a tutto Luglio, e così continuar ogni anno.

E perchè queſta Lettura viene introdotta da Noi col ſolo oggetto, che la Gioventù ſe ne approfitti, e col tempo ſi renda capace di ben ſervire alla Patria; Perciò ordiniamo, ed eſpreſſamente comandiamo, che nelle concorrenze ai Notariati d' Argine debbano aſſolutamente preferirſi quelli, i quali avranno veramente atteſo allo Studio delle Mattematiche ſotto la diſciplina del ſudetto Lettore, mentre in eſſi concorrino i dovuti requiſiti dell' abilità, e ſufficienza in tal profeſſione, a quelli, che non avranno fatto tale ſtudio, al qual effetto debbano produrre l' atteſtazione di quel Lettore, ſotto il quale avranno ſtudiato.

In eſecuzione dunque di quanto abbiamo ſtabilito, gli Signori Giudice, e Maeſtrato de Savj ſtipularanno con lo Stampatore ſudetto qualunque Stromento publico, colle cautele, e Capitoli, che ſtimeranno neceſſarj, dando loro ogni opportuna facoltà per l' adempimen-

mento di quanto ſi contiene in queſte, eſſendo così mente, e volontà noſtra.

Dat. in Ferrara nel Caſtello queſto dì 31. Ottobre 1675.

Sigiſmondo Card. Chigi Legato &c.

Die 5. Novembris 1675. Publicatum fuit ſupradictum Bannum in Civitate Ferrariæ loco, & more ſolitis per Paulum Gaginellum publicum Tubicinam, me Notario legente, & quantitate populi adſtante, proùt etiàm mihi Notario retulit &c.

Philippus Georgius Canc. Gener. rog. &c.

Tandèm ut quidquid de Lecturâ hujuſmodi occurrit abſolvatur, Edictum adijcimus, per Judicem Sapientum, ac Sapientes (*a*) factum die 4. Martij 1679., Ferrariæque typis vulgatum, quò Matheſis Lectori materia privatìm legenda præſcribitur.

Editto ſopra la Lettura privata di Mattematica.

Eſſendo mente degli Illuſtriſſimi Signori Giudice, e Maeſtrato de Savj, che venghino con ogni puntualità eſeguiti i Decreti della Fel. Mem. del Signor Cardinal Sigiſmondo Chigi, publicati nelli Editti dei 31. Ottobre, e 21. Novembre 1675., intorno allo Studio di Geometria, a cui devono avere applicato quelli, che dovranno eſſere ammeſſi al concorſo de Notariati d' Argine, determinandoſi in eſſi Editti, che li concorrenti ſiano tenuti d' aver ſtudiato almeno i primi ſei Libri di Euclide nelle lezioni private, da farſi dal Lettore di Mattematica a ciò deſtinato; quindi è, che per fare, che dette determinazioni rieſchino di maggior profitto alli Scholari, per abilitarſi al publico ſervizio, e per levare ai medeſimi ogni ſcuſa, quando verranno all' eſame, con la quale voleſſero coprire la loro traſcuraggine, ò la loro ignoranza, li medeſimi Illuſtriſſimi Signori, con loro deliberazione preſa ſotto li 23. Febraro proſſimo paſſato, & approvata dall' Eminentiſſimo, e Reverendiſſimo Signor Cardinal Mareſcotti Legato ſotto il dì ſudetto, hanno preſcritto le ſeguenti Regole da doverſi oſſervare inviolabilmente, al qual effetto, con participazione pure di Sua Eminenza ne hanno commandata la publicazione, e ſono cioè

Che

(a) *Detta Raccolta dei Bandi, Tom. 9. fol. 43.*

Che il Lettore Mattematico nelle Lezioni, che ſi faranno nel corſo di un anno debba ſpiegare intieramente i primi ſei Libri degli elementi di Euclide nella Scuola privata in lingua volgare.

Che ogni Lezione privata debba durare almeno un ora trà ſpiegazione, e repetizione.

Che eſſendo l' eſenziale di queſta Lettura la Geometrìa, e ſpecialmente come ſi è detto i primi ſei Libri di Euclide, debba sù queſti difonderſi il Lettore, ſenza divertire la applicazione dei Scholari in altre coſe, le quali come più dilettevoli levano l' attenzione a gli Elementi di Euclide, come a materia meno curioſa.

Che il Lettore ogni giorno ſia tenuto a far fare la repetizione delle dimoſtrazioni, e lezioni del giorno precedente agli Scholari, diſtribuendoli a trè, ò quattro per giorno vicendevolmente, acciocche tutti ſi impoſſeſſino della materia inſegnata.

E finalmente perchè l' intenzione di chi ſaviamente introduſſe queſta Lettura fù d' abilitare i Scolari a ſaper applicarè la Teorica alla Prattica, ſarà perciò gran lode del Lettore, ſe ſecondo l' occaſione nell' inſegnare, e ſpiegare le dimoſtrazioui farà capire a chi l' aſcolta i caſi prattici, a quali ponno ſervire.

Queſte Regole, come ſopra preſcritte non avendo altro oggetto che il profitto dei Scolari, e la loro puntuale aſſiſtenza ad uno Studio tanto neceſſario, & utile per il Publico, dovranno in quella parte, che a ciaſcuno ſpetta eſſere inviolabilmente oſſervate, mentre dall' adempimento di eſſe ne riſſultarà quello degli Editti, e della intenzione ſanta, per cui furono ſtabiliti, e publicati.

Di Maeſtratò li 4. Marzo 1679.

Publicat. il dì detto.

G. M. Eſtenſe Taſſoni Giudice de Savj.

Paolo Bartoli Segretario.

Anno verò 1678., Studii noſtri Congregatio, ad preces Giberti Ferri Prothomedici, Collegii Medicorum nomine porrectas cubiculum unum Sacello D. Lucæ adiacens in Æde Paradiſi conceſſit, prò ſacris ſuppellectilibus Sacelli uſui (*a*) inſervientibus ibidèm aſſervandis. Paulò poſt, cùm Congregationi eidem innotuiſſet Univerſitatis Lectores, per duos ferè annos in legendi munere defeciſſe, in eos animadvertere neceſſe habuit; idcirco qui 1678 1679

per

(*a*) *Congr. 28. Novembre 1678. fol. 125.*

per id tempus minimè legerant Lecturæ (*a*) ammiſſione, qui verò aliquandò tantùm ſtipendiorum retentione ad ratam mulctati ſunt; Sed cùm ferè omnes ſe quo minùs legerent legitimè impeditos (*b*) docuiſſent, à Congregatione ad eorum Cathedras,
1680 atquè emolumenta fuere reſtituti. Preces deindè Clementini Collegii nomine ab ejuſdem Rectore Congregationi porrectæ, quibus expoſitum, Vectigal Tranſitus Paſtorum Forenſium eidem Collegio, prò educatione Alumnorum à Communi Ferrariæ aſſignatum oneri impar evaſiſſe, proindè ſupplicatum quatenùs Congregatio in eam cauſam annuos Almi Studii redditus ſuperextantes aſſignaret: Huic (*c*) inſtantiæ nihìl reſcriptum, attentâ reſiſtentiâ Brevis Clementis VIII., quòd Vectigal duorum quadrantium ſupèr ſale pro Studii dote aſſignatum in cauſas diverſas diſtrahi poſſit. Placuit etiàm hoc eodem anno ſtatuere, à Scholaribus Lyceum publicum frequentari, & quoniàm infrequentiæ in causâ erant Doctores Univerſitatis nonnulli, qui horis Lectionum publicarum privatim in Domibus legebant, ſequens Edictum (*d*) Typis editum eſt.

D' Ordine delli Illmi Signori Giudice, e Maeſtrato de' Savj, e de Signori Riformatori dello Studio, ſi probibiſce ad ogni Lettore dell'Univerſità il leggere Lezioni private in Caſa, la mattina, e la ſera dal punto che ſuona la campana dello Studio, ſino all' ultima bora, che ſi legge nel medeſimo, affinchè li Scbolari non ſtano ſviati dal concorrere alle publiche Lezioni, e queſto anche in ordine alle Conſtituzioni, ſotto pena alli Contraventori della perdita dell' Emolumento di quella Terzaria, nella quale contraverranno, rimanendovi tempo di potere eſercitare queſto lodevole impiego, il quale le ſervirà ancbe di merito, mentre fatto nelle bore fuori di quelle deſtinate alle Lezioni publiche diverrà ſoſtenimento, e non deteriorazione del medeſimo Studio.

Viſum eſt ſuprà, anno 1665. Lecturas duas privatas fuiſſe inſtitutas, unam Inſtitutionum Civilium, Medicarum alteram, annuo earum unicuique Scutorum triginta ſtipendio conſtituto, pactione tamèn adiectâ, ne imposterùm auctio aliqua ſtipendii ejuſdem

(a) *Congr.* 17. *Marzo* 1679. *fol.* 126. (b) *Congregazioni* 19. *Aprile*, 8., e 12. *Maggio*, e 12. *Giugno* 1680. (c) *Congregazione* 26. *Aprile* 1680. *pag.* 143. (d) *Congr.* 20. *Novembre* 1680. *pag* 147.

dem fieri poſſet. Nihilominùs dùm Marcus Antonius Freguglia Civilem, Carolus Cavallini Medicam Lecturas cumulatiſſimè, maximoque Scholarium profectu exercerent, in Almi (*a*) Lycei Congregatione propoſitum, utrùm meritorum utriuſque intuitu annua merces à Scutis triginta uſquè ad triginta ſex eſſet adaugenda, reſque ad fabas, de more remiſſa eſt, cùm hoc, quòd obtinuiſſe minimè intelligeretur, niſì omnia penitùs Congregatorum favorabilia ſuffragia reportaret, & quòd eâ obtinente, Eminentiſſimi Legati aſſenſus accederet. Scrutinio peracto, fabæ decem albæ, una nigra ſunt inventæ, quapropter ratum remanſit, Salarii augmentum prædictum fieri minimè debere. Eodem labente anno ab Epiſcopali Menſâ Ferrariæ Studio noſtro renovata eſt (*b*) Inveſtitio Domus, & Apothecæ ad uſum Cauponæ sùb Palatio Juris Communis ſitarum, in primâ enìm jurium prædictorum inveſtitione, quæ contigit die 14. Septembris 1644. pacto intèr partes convenerat, ut vigeſimo anno quolibet renovaretur, ſolvendo Menſæ Capſoldi nomine Sc. 9. 9. — Videns deindè (*c*) Congregatio, prò bono Univerſitatis Lectorum regimine opus eſſe naturale Cathedræ uniuſcujuſque in primo ad eam ingreſſu onorarium conſtituere, ab anno etenìm 1613. nihìl tale actum erat, re priùs maturè perpensâ Cathedrarum prædictarum emolumenta abindè imposterùm Lectoribus perſolvenda ſtatuit, additis conditionibus, ac declarationibus, proùt in dictæ Congregationis decreto, cujus tenor eſt. 1684 1686

Adì 20. Giugno 1686.

In Congregazione dell' Almo Studio.

Eſſendo che dopo abolite alcune Cattedre in queſto Almo Studio, tanto de' Lettori Giuriſti, quanto Artiſti, e che dell' Anno 1613. ſotto li 22. Giugno in avvenire non ſia più ſtato fatto, ne ſtabilito ſtato alcuno delli onorari naturali delle Cattedre ſudette. Parendo però neceſſario alle Signorie Voſtre Illuſtriſſime di conſtituire, e fermare l' onorario naturale, che a ciaſcuna Cattedra de Lettori, come ſopra, nel loro ingreſſo dovrà appartenere, con le ſeguenti condizio-

(a) *Congr.* 12. *Giugno* 1684. *fol.* 158. (b) *Congr.* 30. *Novembre* 1684. *fol.* 162. (c) *Congr.* 20. *Giugno* 1686 *fol.* 174.

zioni, e conſiderazioni da aggiungerſi alle Conſtituzioni dell'Almo Studio, cioè.

Prima. Che venendo il caſo, che l'Illm̃a Congregazione voleſſe condurre un Filoſofo, ò un primo Prattico di Medicina, ò un Matematico, ò un primo Leggiſta di primo ingreſſo, ſia in ſuo arbitrio, e facoltà condurgli con quello Onorario, che parerà alla prudenza della medeſima Congregazione, dovendoſi ſolo ſtabilire il preſente ſtato per ragione d'Optione de Lettori già condotti in altre Cattedre inferiori, e che optano, come al Capitolo 22. della Conſtituzione dell'Almo Studio.

Secondo. Che i Lettori, che optaranno à Cattedre ſuperiori vacanti, entrino non ſolo collo ſtipendio naturale di detta Cattedra, mà ſeco portino gli accreſcimenti, che aveſſero ottenuti nelle Cattedre inferiori, quando ſarà loro conceduta l'optione.

Terzo. Che dovendoſi fare accreſcimenti à tenore della Conſtituzione, ſi dichiara che de medeſimi non ſiano capaci quelli, che non averanno ſcorſe almeno due prime Cattedre ordinarie, ò che nella prima Cattedra ordinaria, in che entrarono non averanno letto almeno trè anni continui, e che nel fare gli accreſcimenti ſi debba aver riguardo bensì al merito, & alle fatiche, mà ancora regolarſi conforme le forze della Caſſa dello Studio, il quale abbia ſempre da avere qualche coſa d'avvanzo, per ciò che poſſa occorrere.

Quarto. Si dichiara, che per primo capo di merito, e di riguardate fatiche ſi conſideraranno nelli accreſcimenti da farſi que Lettori, che avranno dato alle Stampe qualche Volume lodevole nelle Facoltà, e Dottrine da eſſi inſegnate ſopra detto Studio, ò che nel medeſimo avranno ſoſtenute più Concluſioni Publiche, ò à quelle aſſiſtito in ajuto de Scholari, ò avranno affaticato in ſimili eſercizj degni nelle Publiche Scuole.

Quinto. Che ſuccedendo che nell'uno, ò nell'altro Rotolo venga dichiarato qualche Lettore Emerito, per avere affaticato ſopra quarant anni continui nelle Letture ſopra queſto Almo Studio, e che perciò ſi dia luogo alle optioni delle Cattedre, in queſto caſo li Lettori non opteranno con maggior onorario di quello avevano nelli antecedenti, mà detta optione s'intenda ſolo naturale, e per Lettura vacata per morte, ò per condotta di detto Lettore in altra Univerſità; onde il Lettore Straordinario, a cui ſarà conceduto optare in Lettura ordinaria per cagione di detto Lettore Emerito non poſſa pretendere Onorario di Lettura ordinario da vacare, come ſopra, perciò per gli Onorarii naturali nella Cattedra de Lettori Leggiſti nel loro ingreſſo per ogni Terzaria ſarà quello ſi ſtabiliſce nell' infraſcritto modo.

Prima

Prima Cattedra del Jus Civile in ſero, nel ſuo ingreſſo ogni Terzaria ſarà ſenza gli accreſcimenti, che prima aveſſe, come ſopra ſi è detto, e ſi ſtabiliſce in	30:—:—
Seconda Cattedra del Jus Civile in Mane, come ſopra ſi ſtabiliſce in	22:—:—
Terza Cattedra, che è la prima Lettura del Jus Canonico in mane, ſi ſtabiliſce in	18:—:—
Quarta Cattedra, che è la ſeconda del Jus Civile in ſero, ſi ſtabiliſce in	14:—:—
Quinta Cattedra, che è la ſeconda del Jus Civile in mane, ſi ſtabiliſce in	11:—:—
Seſta Cattedra, che è la ſeconda del Jus Canonico in mane, ſi ſtabiliſce in	10:—:—
Settima Cattedra, che è la Lettura Criminale in ſero, ſi ſtabiliſce in	9:50:—
Ottava Cattedra, che è la prima Cattedra dell' Inſtituta, ſi ſtabiliſce in	9:—:—
Nona Cattedra, che è la Lettura di Bartolo in mane, ſi ſtabiliſce in	8:—:—
Decima Cattedra, che è la ſeconda dell' Inſtituta, ſi ſtabiliſce in	7:—:—
	138:50:—

Stipendj Naturali delle Cattedre de Lettori Artiſti, nel loro ingreſſo per ogni Terzaria.

Prima Cattedra di Filoſofia avrà di ſtipendio nel ſuo ingreſſo	18:—:—
Prima Cattedra di Prattica di Medicina	15:—:—
Seconda Cattedra di Prattica di Medicina	14:—:—
Terza Cattedra di Theorica di Medicina in primo luogo	12:—:—
Detta Cattedra in ſecondo luogo	10:—:—
Prima Cattedra dell' Opere di Hippocrate	9:50:—
Seconda Cattedra in ſecondo luogo	9:—:—
Prima Cattedra di Chirurgia	9:—:—
Detta Cattedra in ſecondo luogo	8:—:—
Secondo Filoſofo della ſera	8:—:—
Prima Cattedra di Filoſofia Naturale	7:50:—
Detta Cattedra in ſecondo luogo	7:—:—

Al

Al Theologo di Scoto la mattina	8:—:—
Al Theologo di S. Thomaſo la ſera	8:—:—
Al primo Logico	6:50:—
Al ſecondo Logico	6: 6:—
Al Mattematico	6:—:—
Al Metafiſico	6: 6:—
Al Filoſofo Morale	6: 6:—
All' Umaniſta, e Rettorico, non capace però d' accreſcimento	16:66: 8
Al Lettore Anatomico	30:—:—
Al Settore Anatomico	12:—:—
	232:34: 8

E più per ſpeſe della Anatomia uno Scudo il giorno per giorni quindici ſtatuiti, e prefiſſi dalle Conſtituzioni, e Scudi uno, e Bajocchi cinquanta per que' giorni, ne' quali uno, ò più de Signori Riformatori interveniſſero.

Però ſi pone a partito, ſe ſi debbano ſtabilire gli Onorarii delle Cattedre de Lettori dell' Almo Studio, così come ſopra eſpreſſi, & in avvenire oſſervarſi con le ſudette conſiderazioni.

Date le palle, e ſcrutinato il partito, ſi trovò, che era paſſato col maggior numero de voti favorevoli, eſſendoci ſtati nove voti per la parte del sì, & uno per la parte del nò. Sì 9. Nò 1.

Deliberationem prædictam approbamus, & ab omnibus, ad quos ſpectat ſervari, & addi Conſtitutionibus Almi Gymnaſii volumus, & mandamus. Non obſtan. &c. Omni &c.

Datum in Caſtro hac die 26. Junii 1686.

N. Card. Acciajoli Leg.

Hujuſmodi autèm Conſtitutio, vigore Decreti in eadem Congregatione 20. Junii emanati Ferrariæ impreſſa eſt per Typographum Cameralem. His ità reformatis Auguſtinus Fabri doctiſſimus in
1688 Almâ Univerſitate noſtrâ Mathematicæ Lector, qui Cremonam invitatus contenderat, ut eam Urbem adversùs Padi impetum fortiſſimis propugnaculis communiret, cùm admotâ operi manu diù ſibi Cremonæ commorandum cognoviſſet, ſupplicem Congregationi libellum tranſmiſit, ſibi Cathedræ dimmiſſionem indulgeri poſtulans; annuit autèm (*a*) Congregatio, viſum eſt enìm ad Fer-

(a) *Congr.* 6 *Novembre* 1688. *fol.* 188.

Ferrarienſis Urbis, & Academìæ gloriam maximè pertinere, ſi præclarum opus à Ferrarienſi Cive perficeretur. At ſequenti anno cùm res eſſet de Cathedrâ Philoſophiæ Naturalis in ſerò, quæ ob mortem Hieronymi Nigriſoli vacaverat alteri conferendâ, quæſtio (*a*) excitata, utrùm illa Optionis, an verò liberæ Electionis eſſet, cùmque prò utraque ſententiâ fuiſſet dimicatum, tandèm Dominis libuit Joanni Ciavernella Cathedralis Archidiacono Lyceique noſtri Lectori Primario Emerito demandare, ut re conſideratâ ſuum deindè votum in ſcriptis proferret: Is igitur, penſatis hìnc indè rationibus Cathedram Optionis eſſe declaravit, ut fuſiùs ex conſultivo (*b*) ejuſdem voto apparet. Verùm duo ex Reformatoribus in Congregatione proteſtati ſunt, ſe commiſſioni Archidiacono factæ minimè acquieviſſe, ac de nullitate quorumcumque in præjuditium eorumdem auctoritatis hac de re fieri contingeret dixerunt; defendebant enìm Cathedram Congregationis arbitrio conferri debere, ultimò præſertìm præcedenti exemplo inherentes, circà perſonam Hieronymi ejuſdem Nigriſoli defuncti, qui à Congregatione 19. Septembris 1675. fuerat Lector in Cathedrâ eâdem prò arbitrio electus; nihìl propterea tùnc actum eſt; ſed ſequenti anno, permiſsâ poſtulatione Doctores quatuor ſcrutinium ſubiere, quò peracto, majori ſuffragiorum favore Francìſco Mariæ (*c*) Nigriſoli, qui tùnc temporis intèr Ordinarios Lecturam ſecundam Theoricæ Medicinæ exercebat Cathedra collata eſt, ac abindè uſqùe in præſens Lectura Primaria Philoſophiæ Naturalis in ſero prò Congregationis lubitu conferri conſuevit. Collegii Penna nuncupati Erectio, ac ſucceſſiva ejuſdem aperitio de menſe Octobris ſubſecuta, Eminentiſſimo Joſeph Renato Imperiali Ferrariæ Legato meritiſſimo opus protegente, ac executioni demandari procurante. Illud Albertus Penna Nobilis Ferrarienſis teſtamento, rogitù Joannis Duri Notarii die 24. Februarii 1688. ex propriis Bonis inſtitui mandaverat, ſub gubernio, ac diſciplinâ PP. Societatis Jeſu, ibidèmque redditibus ſuæ Hæreditatis Alumnos tot Ferrarienſes Cives manuteneri, boniſque moribus, ac litteris efformari, quot Hæreditatis ejuſdem vires paterentur: Collegium verò juxtà Teſtatoris mentem, in amplis Ædibus, quas ipſe vivens in Judecæ Viâ propè Capuccinarum Cœnobium incoluerat adornatum eſt; cùmque ultrà Alumnorum nume-

1689 (beside line 2); 1690 (beside "eſt; ſed ſequenti anno"); 1692 (beside "aperitio de menſe Octobris")

(*a*) *Congr.* 26. *Ottobre* 1689 *fol.* 194. (b) *Congr.* 29. *Decembre* 1689. *fol.* 196. (c) *Congr.* 26. *Novembre* 1690. *fol.* 203.

numerum Nobiles Ferrarienſes, exterique Adoleſcentuli, convivendi gratiâ in Collegium admitterentur, itaùt primis poſt Erectionem annis uſquè ad numerum Convictorum ferè centum aſcenderint, propinquis Ædibus comparatis locum amplificare opus fuerit: Non diù tamèn floruit; redditibus enim ob varias temporum calamitates notabilitèr imminutis Alumnorum numerum coarctare oportuit, Convictoreſque tàm Noſtrates, quam Alienigenæ (quæ ſors aliorum etiàm Italiæ Collegiorum eſt) defuerunt, itaùt in hodiernam diem ad paucos redactum conſpiciatur.
1694 Anno verò 1694. Decretum Congregationis 12. Septembris 1674. renovatum, quò ſancitum fuerat, ut ad legendum in Univerſitate noſtrâ extraordinariè, & extrà Rotulum (*a*) diſpenſati, diſpenſationi renunciaſſe intelligerentur, ſpeque novæ habilitationis cecidiſſe, ſi per integrum anni curriculum, nullâ legitimâ interveniente causâ minimè legiſſent; hæc verò ſanctio lata eſt ad eorum retundendam audaciam, qui in Cathedrarum vacatione, in anterioritate diſpenſationis dumtaxàt confiſi, laborumque merito deſtituti turbas ciebant, illiſque præfici curabant, qui
1695 meliùs de Lyceo meruiſſent. Sed & in Lectorum aliquos Ordinarios, qui raro legiſſe reperti ſunt animadvertere opus fuit; idcircò eorum nonnulli (*b*) punctati, Legiſtarumque, ac Artiſtarum Bidellis remotionis, ac ſuſpenſionis ab offitio pena reſpec-
1698 tivè inflicta. Deindè Scholarum Univerſitatis ornandarum gratiâ decretum (*c*) prodiit, ut ſtemmata celebriorum Lectorum, qui jam obierant, ibidèm, locis deſſignandis exponere liceret in perenne eorundem virtutis monumentum, ſumptibus tamèn vel eorum de Familiâ, vel Hæredum, aùt alterius cujuſcumque id fieri poſtulantis; Stemmata autèm ſculptorio opere ex ligno uniformitèr fieri, ac in albi marmorei lapidis ſpeciem omnia colorari mandatum eſt, proùt fuſiùs in decreto. Hoc quoquè labente anno tota in proſpiciendo Lectorum dignitati, ac Scholarium immunitati Lycei Moderatorum Sedulitas fuit: Quòd ad Lectores ſpectat; innotuerat eorum nunnullos in publicis conventibus loco quibuſdam, qui Univerſitatis noſtræ Rotulis non eſſent adſcripti turpitèr cedere, quòd cùm indecorum videretur, leges (*d*) hujuſmodi editæ ſunt.

I. Che

(a) *Congr.* 26 *Ottobre* 1694 *fol.* 225. (b) *Congr.* 28. *Marzo* 1695 *fol.* 228.
(c) *Congr.* 18 *Agoſto* 1698 *fol.* 31. (d) *Congr. ſud. fol.* 38.

I. Che i Lettori dello Studio non debbano cedere i loro luoghi nell' argomentare ad altri, che non ſia Lettore sù lo Studio medeſimo, quantunque queſti aveſſero prerogativa di Letture anco riguardevoli fuori dello Studio; ma debbano avere il loro poſto nell' argomentare in primo luogo ſopra ciaſchedun' altro, come ſopra.

II. Che dandoſi il caſo, che nelle Publiche Concluſioni argomentino Dottori ammeſſi dalla Illma Congregazione all' eſercizio della Lettura con altri Dottori non ammeſſi, ſempre i Lettori debbano tenere il loro poſto ſopra gli altri non Lettori, ſenza riguardo alcuno all'età, ò all' anzianità del Dottorato.

III. Che trà i Dottori Lettori, ò abilitati à leggere onninamente ſi oſſervi l' anzianità della Lettura, ſenz' altra circoſpezione dell'età, come ſopra.

IV. Per levare ogni, e qualunque abuſo, che poteſſe naſcere ſi determina, che non ſi dia luogo nelle Publiche Concluſioni ad alcun Scholare ad argomentare in terzo luogo, acciò incominciј la diſputa, e poi il terzo arguente ripigli la difficoltà; ſtatuendoſi, e determinandoſi, che ſenza Scholari tutti trè gli Arguenti facciano le loro funzioni, ne quali ſi debba oſſervare l' anzianità della Lettura, e caſo ne ſiano tutti trè Lettori, ſempre debba reſtar in ultimo luogo quelli, che non ſarà Lettore.

Finalmente con dichiarazione, che contrafacendo alcun Lettore a ciaſcheduna delle ſudette determinazioni, ſi intenda ipſo facto privo della Lettura, e d' ogni altro onore, & emolumento, che poteſſe mai conſeguire, volendoſi onninamente, che le determinazioni, come ſopra, ſi oſſervino in tutte, e ſingole ſue parti. come ſi è detto.

Quò verò ad Scholares, quorum nominibus fuerat Congregatio ſupplicata, pro manutentione Privilegiorum iiſdem à Clemente VIII. impertitorum, immunitatis ſcilicèt à Gabellis, Vectigalibus, & Pedagiis, ac delationis Armorum, multa (*a*) per eandem ſancita ſunt; cùm autèm hæc omnia Edictum per Typographum (*b*) Cameralem Ferrariæ impreſſum complectatur, illud integrum de more exhibemus.

(a) *Congreg. ſudetta, fol.* 35. (b) *Nel Tomo* 9. *della Raccolta dei Bandi, pag.* 91.

Ordini da oſſervarſi da Scholari aſcritti, e da aſcriverſi nell' Albo dell' Univerſità di queſto Almo Studio di Ferrara, e da Bidelli di detta Univerſità.

Premendo molto all' Illma Congregazione di queſto Almo Studio di Ferrara, che da Scholari aſcritti, ò da aſcriverſi nell' Albo della ſudetta Univerſità nel tempo, e giorni preſcritti à leggerſi nel detto Almo Studio, ſia queſto frequentato, acciò li medeſimi ſi rendano degni di vero nome di Scholari, e che poſſano godere tutti li Privileggi, immunità, prerogative, & eſenzioni che godono le Univerſità di Parigi, e Bologna, & altre di quà, e di là dai Monti, come pure le eſenzioni delle Gabelle, e portar l' Armi benignamente conceſſe a' Dottori Leggenti, & a' Scolari aſcritti nell' Albo di queſt' Univerſità dalla S. Mem. di Clemente VIII., come per ſuo Breve dato in Roma li 25. Ottobre 1602., e confirmato da Clemente X. per ſua Lettera data in Boma li 25. Maggio 1671., poichè eſſendo gli Signori Dottori Leggenti, e Scholari eſenti dalle Gabelle, à quali ſempre verranno ſpedite gratìs da Gabellieri le lor Bollette a tenore del ſudetto Breve, e venendo permeſſo a medemi a tenor del detto Breve portar l' Armi non eſpreſſamente probibite in ogni, e qualunque luogo di giorno, e di notte, con lume, e ſenza, eccetto per la Città l'armi da fuoco, ſe non per paſſaggio, e ſcarriche di focilì: E ne giorni ſoliti delle loro ſolennità, per le elezioni degli Ufficiali, e Conſiglieri di detta Univerſità de Scholari, s'oſſervi il ſolito, incarricandoſi a' medemi in tali ſolennità ogni morigeratezza ſotto pena a' Contraventori delle Carceri, & altre arbitrarie; Perciò avendo determinato la detta Illuſtriſſima Congregazione ſotto li 18. Agoſto 1698., che niun Scholaro goda le ſudette Immunità, Prerogative, Privileggi, & Eſenzioni, ſe veramente non ſarà Scholaro, e per eſſer tale dovrà oſſervarſi quanto fù ſotto il dì ſudetto decretato, & è.

I. Che qualunque Studente, tanto Ferrareſe, quanto Foraſtiere, quale intenda eſſer aſcritto nell' Albo ſudetto, debba in ogn' anno nel principio del Meſe di Novembre dar nota del ſuo Nome, e Cognome, e Patria al Notaro dell' Univerſità, e poi eſporſi ne giorni ſoliti all' eſame avantì l' Illuſtriſſima Congregazione ſudetta, per eſſer aſcritto al ſudetto Albo.

II. Che in ogni, e qualunque Terzaria, che ne giorni ſoliti ſi leggerà da Lettori Publici nel detto Almo Studio debba frequentarlo, e con ogni riſpetto aſcoltar le Lezioni, e mancando in una di queſte Terzarie ſia privo d'ogni privilegio, & eſenzione, e caſſo dell' Albo dell' Uni-

Univerſità, e mancando più giorni in una delle dette Terzarie, ſia privo di conſeguir titolo di Uffiziale, e di Conſigliero.

III. Che ogni, e qualunque Studente eſponendoſi al ſudetto eſame, debba aver le ſolite atteſtazioni, tanto del Lettore Publico, alle Lezioni del quale ſarà intervenuto, quanto del Lettore privato appreſſo il quale ſtudia, ò avrà attualmente ſtudiato. E niuno abbia ardire d'eſporſi all' eſame, ſe veramente, e realmente non ſia, ò ſia ſtato Studente nella Facoltà, in cui intende eſaminarſi, ſotto pene arbitrarie; Incaricando tanto a' Lettori Publici ſotto pena della privazione della Lettura, quanto a' Privati ſotto pene arbitrarie, di non far atteſtazione a chi ſi ſia, quale effettivamente non abbia frequentato lo ſudetto Almo Studio, e non ſtudj, ò abbia ſtudiato privatamente.

IV. Saranno tenuti li Bidelli dell'Univerſità ſudetta, ſotto pena d'eſſer privi ſubito dell'Uffizio, & altre arbitrarie a tenore del Decreto dell' Illma Congregazione ſotto il dì ſudetto, tener nota diſtinta del Nome, Cognome, e Patria d'ogni Studente, ò Scholaro, quale di giorno in giorno frequentarà lo Studio Publico, & aſcoltarà le Lezioni da Lettori Publici ne giorni ſoliti a leggerſi, con darne di cadauno una ben giuſta nota all' Illma Congregazione nel giorno avanti dell'Eſame ſudetto, & un'altra nota, come ſopra nel giorno avanti le Vacanze generali, acciò ſia noto alla medema, che chi ſarà aſcritto nell' Albo ſudetto abbia frequentato lo Studio ſudetto, e ſi ſia reſo degno de ſudetti Privileggi, ed eſenzioni.

V. Dovranno pure li ſudetti Bidelli ogn' anno portar il Diario de giorni preſcritti a leggerſi nell'Almo Studio a tutti li Lettori privati di queſta Città, acciò li medemi permettano, e procurino, che li loro Studenti frequentino ne detti giorni l'Almo Studio.

E perchè a tutti ſiano note tali determinazioni, ſiano tenuti li Bidelli ſudetti tener affiſſo il preſente nell' Almo Studio, quale obligarà ogn' uno all' oſſervanza delle medeme, come ſe a ciaſcuno foſſero perſonalmente intimate.

Dato in Maeſtrato li 30. Ottobre 1698.

Franceſco Muzzarelli Bruſantini Giudice de Savj.

Anno verò 1700. clariſſimus Medicus Franciſcus Maria Nigriſoli Philoſophiæ Lector Primarius doctiſſimum Opus ſuum de Chinâ China Typis edidit, ac Congregationi Studium moderanti dicavit, quapropter viro optimè merito (*a*) nummarium munus conſti- 1700

X 2 tuit.

(a) *Congr.* 19. *Aprile* 1700. *fol.* 50.

tuit. Maxima quoquè Nigriſoli noſtri ea laus fuit, quòd præ cæteris operam ſtrenuè in Lycei noſtri celebritate, adversùs Bononienſem Academiam vindicandâ navaverit; cùm autèm his temporibus ſit orta contentio, Romæque tandèm, ſummâ opitulante vigilantiâ Co: Euſtachii Criſpi, dùm ibidèm Oratoris Ordinarii munere digniſſimè fungeretur, prò Ferrarienſibus definita, partium noſtrarum eſt pauca de controverſiæ causâ, ac de ejuſdem ſubſecutâ deciſione in medium afferre. Quidam in Ferrarienſi Medicorum Collegio Doctoralem gradum aſſecutus, cùm
1702 ſe Bononiam contuliſſet animo Medicam ibìdem Artem exercendi, Bononienſium Medicorum Collegium adiit, eidemque Doctoratus ſui patentibus Litteris exhibitis petiit, ut ſibi facultas Bononiæ, ejuſque in Comitatu medendi impertiretur. Renuit Collegium inſtantem exaudire, nisì novum ſubiret examen, quo mèdiante approbationem reportaret, vetus enìm Collegii Medicorum Bononiæ poſtulatio fùit, pluriès excitata, ſempèr verò ipſiuſmet Partis acquieſcentiâ conſopita, Laureatos in Ferrarienſi Univerſitate Medicinam exercere minimè potuiſſe, nisì examen coràm Bononienſi Collegio iterarent; hæc autèm adverſantium reluctantia nitebatur Conſtitutioni San. Mem. Gregorii XV., quâ ſancitum fuerat, ut qui Artem Medicam Bononiæ, aùt in ejuſdem Comitatu exercere cuperet, vel à Bononienſi Medicorum Collegio approbatus fuiſſet, ac licentiatus, vel Doctoratus gradum in alio Publico Collegio fuiſſet conſecutus, quo caſu Doctoratus legitimas litteras Bononienſi Collegio exhibere teneretur: Hæc Apoſtolicæ Conſtitutionis, & æquiſſima herclè diſpoſitio; ſed Bononienſes Pontificis verba interpretantes, eos non eſſe admittendos abſquè examine contendebant, qui in Collegio inſigni, ac famoſo (liceat verbo uti, quod uſus in hanc adoptavit ſignificationem) Doctoratus inſignia non obtinuiſſent, Univerſitatem noſtram à celebriorum numero reijcientes. Ferrarienſes itaquè Academiæ ſuæ dignitatem, celebritatemque toto Orbe diffuſam adversùs Bononienſe Collegium vindicandi ſtudio accenſi, rem
1702 ad Clementem XI. recolendæ memoriæ Pontificem detulére, ut Sanctiſſimum ſuperindè Oraculum pronunciaret: Placuit Pontifici cauſam particulari Prælatorum trium Congregationi, ſcilicèt RR. PP. DD. Curtii Origo, Silvii de Cavaleriis, & Petri Corradini cognoſcendam demandare, cùm onere Sanctitati Suæ referendi: Claſſico vix audito plura utrinquè apùd eandem Congregationem per doctiſſimos Romanæ Curiæ Advocatos, Cauſidi-

coſque

coſque deducta ſunt, Bononienſibus Almæ Ferrarienſis Academiæ celebritatem negare; noſtris verò vindicare acerrimè contendentibus: Ommiſſis quæ Bononienſis Univerſitatis favore dicta ſunt; ea tantùm; nec quidèm omnia, quæ ad Academiæ noſtræ dignitatem aſtruendam fuerè in medium allata, brevibus perſtringemus; fuſiùs autèm habentur in Juris, & Facti (*a*) Allegationibus anno 1701. Romæ impreſſis. Primùm, quoad Studii celebritatem, ac præcipuum controverſiæ nodum Apoſtolicum Bonifacii IX. Privilegium Ferrarienſi datum Academiæ deductum eſt, à quo eidem omnia Pariſienſis, & Bononienſis Studiorum Privilegia, immunitates, libertateſque impertiuntur; Sed hæc præcipua Bonifatiani (*b*) Diplomatis verba allata, cauſam penitùs dirimentia, videlicèt.

Illi verò, qui in eodem Studio Ferrarienſi examinati, & approbati fuerint, ac docendi licentiam, & honorem hujuſmodi obtinuerint, ut eſt dictum ex tùnc, abſquè examine, & approbatione aliâ regendi, & docendi, tàm in prædicto Ferrarienſi, quàm in ſingulis aliis Generalibus Studiis, in quibus voluerint regere, vel docere, Statutis, & Conſuetudinibus quibuſcumque contrariis, Apoſtolicâ, vel quacumque firmitate vallatis nequaquàm obſtantibus plenam, ac liberam habeant facultatem.

Huic acceſſit Breve Clementis VIII., Privilegia quæcumque Bononienſis Academiæ Ferrarienſi tribuens, proùt ex (*c*) infraſcriptis verbis apertè conſtat. Hæc autèm ſunt.

Demùm Collegiis Doctorum, & Univerſitati Scholarium Studii Ferrarienſis omnia, & ſingula privilegia, & indulta per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores, ac Nos, & Apoſtolicam Sedem Collegiis Doctorum, & Univerſitati Scholarium Studii Generalis Civitatis noſtræ Bononienſis conceſſa, etiàm ſi talia ſint, quæ ſpeciali notâ digna eſſent, quæ tamèn omnia, & ſingula præſentibus prò ſingillatim expreſſis, & ſpecificatis haberi volumus &c. concedimus &c.

Ex quibus rectiſſimè inferebatur, quòd preſcindendo etiàm ab innegabili Studii Ferrarienſis Famoſitate, communicationis Privilegiorum

(a) *Nel Mazzo dei Recapiti dello Studio.* (b) *Privilegium Bonifatii Noni, in fine.* (c) *Breve Clementis VIII. in Tomo I., Privileg. Ferrar. pag. 84.*

rum prædictorum vigore Ferrariæ laureatus novum Bononiæ examen ſubire minimè cogi poterat. Celebritas verò Gymnaſii noſtri innumeris Hiſtoricorum, aliorumque magnæ auctoritatis Scriptorum, quinimmò Summorum Pontificum Dominorum noſtrorum teſtimoniis probata: Non omnium (difficillimum enim factu eſſet), ſed quorumdam ſententias ad Hiſtoriam illuſtrandam hìc promere opportunum ducimus, Auctoris cujuſque nomine, ac Opere in calce indicato.

Quòd verò præteritis temporibus nova, & ſplendidiſſimæ Civitati Ferrariæ defuit, præſens ſupplevit Sæculum, in eâ enìm ſuperbiſſima Principum, ac Civium Palatia erecta fuerunt: Ubi cùm Gymnaſium ſit, noſtris temporibus multi Humanitate, Philoſophiâ, ac Legum peritiâ Viri excelluère; præſertim Viros habuit Nobiles, Litteris Humanitatis ornatiſſimos.

In Regiſtr. Mundi Norimbergæ impreſſo 10. *Kal. Junias* 1493. *pag.* 159. *ſub ſextâ Mundi ætate.*

Quòd verò præteritis temporibus nova, ſed ſplendidiſſimæ Civitati defuit, præſens ſupplevit Sæculum, in quo Viros habemus Nobiles, litteris Humanitatis ornatos Nicolaum, Laurentium, Robertum, & Titum fratres Strozzas: Lippum Plateſium, & qui peritiſſimus etiàm eſt Medicus, & Philoſophus, Hieronymum Caſtellum.

Flavius Blondus, *Italia Illuſtrata, ſub tit. Romandiola.*

Non deerunt in tuo florentiſſimo Ferrarienſi Gymnaſio (ſi tibi cura inerit) Viri ingenio, & doctrinâ præſtantes, qui ſuarum lucubrationum Opera tuæ memoriæ conſecrabunt.

Nicolaus Leoniceno, *in Præfatione ſuæ Verſionis è Græcâ in Latinam linguam Artis Medicinalis Galeni, ad Alphunſum I. Eſtenſem Ferrariæ Ducem.*

In eâ ſuperbiſſima Principum, ac Civium Palatia erecta fuerunt, ubì cùm Gymnaſium conſtitutum ſit noſtris temporibus multi Humanitate, Philoſophiâ, ac Legum peritiâ excelluerunt Viri.

Jacobus Philippus Bergomenſis, *in Supplement. Chronic. libr.* 6. *ubì de Ferrariâ.*

Magna pollet nùnc temporis Nobilium Familiarum opulentiâ, atquè Civium locupletum frequentiâ; nèc non celebris eſt Gymnaſio Littera-

tio publico Diſciplinarum omnium, à Friderico II. Imperatore Bononienſium in contumeliam inſtituto.

Gaſpar Ens, *Delitiæ Apodemicæ per Italiam, ubì de Ferrariâ.*

Hìc plùs ultrà tendens, Caput olìm orbis Terrarum Romam, luſtratis in viâ non incelebri Rhodigino Oppido, munitiſſimâ Ferrariâ STUDIORUM MATRE *&c. conceſſit.*

Lucas Scrockio, *in Vita Georgii Hieronymi Velſchio Medici Auguſtani, apùd Jo: Jacobum Mangetti, Bibliothec. Medicæ Tom. I. part. 12. pag.* 466.

Nàm, ut cætera ommittam, cùm bonarum Artium præclarum Diſciplinarum primùm Gymnaſium in hanc tuam felicem, & inclytam Urbem revocaſſes, non famâ noſtrâ, quæ tenuis admodùm, & exigua eſt, ſed tuâ potiùs probitate, ac etiàm ergà ſtudioſos homines ſingulari benevolentiâ motus, quanto ſtudio, & diligentiâ effeceris, ut hùc conducerer, & ego apertè intellexi, & cæteri omnes facilè perſpicere potuerunt &c. & paulò pòſt, *qui hìs temporibus in Ferrariâ florentiſſimâ primum Litterarium Gymnaſium jampridèm intermiſſum rursùs inſtituiſti, sìc noſtrum Opus prima Legum cunabula explicans tibi devotum eſſe oportet; ac etiàm ut ex auctoritate tuâ quædam illi non mediocris accedat auctoritas, quâ ab his, qui fortaſsè labori meo eidem refragari voluerint, penitùs tueatur.*

Angelus Aretinus, *in Prohæmio Comentar. in Inſtitut. Imperial. Borſio Eſtenſi Ferrariæ Duci dicat.*

Ego Angelus de Gambilionibus de Aretio I. D. Ferrariæ in Inclyto Studio actualitèr Jura Civilia legens.

Ità idem Aretin., in initio Tractat. de Teſtamentis.

Scribit Amianus Marcellinus Alexandrinæ Academiæ tantam fuiſſe olìm exiſtimationem, ut ad ſummam Artis peritiam oſtentandam ſufficeret, ſi in eà ſe operam ſtudiis dediſſe quis prædicaret, quòd & de hac Univerſitate dici poteſt, in quâ olìm tot egregii Viri, & quorum edita ſunt Opera, ut Salicetus, Aretinus, Felinus, Ceſſalus, & Riminaldus, idque genus alii profeſſi ſunt.

Andreas Alciati, *in Oratione in Ferrarienſ. Gymnaſio habitâ, dùm ibi Lecturæ exercitium inchoaret.*

Intepretatus eſt, in clariſſimis Italiæ Gymnaſiis Ferrarienſi, Ticinenſi, & Patavino.

Antonius Riccoboni, *in Funebri Ration. Cephali Ferrarienſis J. C. celeberrimi.*

Litterarum cultores Itali &c. Hinc tot per Italiam Academiæ, Romana, Mediolanenſis, Bononienſis, Patavina, Ticinenſis, Neapolitana, Peruſina, Salernitana, Piſana, Ferrarienſis, Senenſis, Florentina, Veneta, Bergomenſis, Mutinenſis, Taurinenſis; nam Parmenſis, Placentina, Anconitana, Maceratenſis magnâ ex parte interierunt. Indè itèm tanta Doctorum, ſummâque eruditione, variis Artibus, & Diſciplinis præſtantium Virorum copia, ſtupendum fuit ab iis omne ævum. Eos uno ductu ennumerare ſi conarer, maximum mihi quidèm conciliarem laborem, Lectori verò tædium &c.

Gerardus Mercatore, *in Atlante, citat. à Vincentio Gimma, Italia Letterata, Tom.* 1. *cap.* 20.

Quocircà Leander Albertus sic paulatìm Academìam auctam, ornatamque ſcribit, ut vel intèr præcipuas Italiæ meritò referri queat; & paulò inferiùs *Tantoque majori amore hanc Academiam, Ferrarienſem, proſequi debemus, quantò plures Germanos erudivit, qui omne Doctrinarum genus, cùm Gloriâ in Patriam chariſſimam referrent. Intèr quos profectò minimè poſtremum locum obtinet Rodulphus Agricola, Philoſophus, Rhetor, Poeta, & Theologus celeberrimus. Joannes etiàm Cochleus, Sacræ Theologiæ Doctor creatus eſt.*

Jacobus Middendorppio, *Academiarum Univerſ. Orbis libr.* 3. *de Academ. Ferrarienſe.*

Hæc Germanus laudatus Auctor germanâ fide, ac ſinceritate de Lyceo noſtro prædicat: Vices quodammodò grati animi Germaniæ rependere videtur eruditiſſimus Cælius noſter Calcagnini, qui in Oratione Ferrariæ habitâ, àc intèr ejuſdem Opera impreſsâ, prò doctoratu nobiliſſimi cujuſdam Gaſparis Ingolſtadienſis, hæc habet de Germanorum ingeniis Ferrariæ eruditis.

Profectò Germaniæ ſinè ullâ ſuſpicione injuriæ debemus, quòd eminentiſſima ad nos miſit Ingenia, & ſeneſcenti quodammodò Italiæ laudi ſuccreſcit ad omnem proventum optimarum Artium feraciſſima.

Real-

Realmontii Albanenſium oppido, in Agro Toloſano natus eſt Joannes Coraſius J. C., qui in præcipuis ſex Academiis Galliæ, & Italiæ, Andegavi, Aureliis, Lutetiæ Pariſiorum, Toloſæ, Valentiæ Allobrogum, & Ferrariæ Profeſſor Publicus fuit.

Joannes Andreas Quenſtedt, *de Patriis Virorum Illuſtrium, pag. m. 58.*

Ex hac Univerſitate Ferrarienſe, noſtris temporibus multi Philoſophi, ac Legum periti eruditi Viri prodierunt excellentes, qui Patriæ ſuæ, ac Familiæ ornamenta fuère.

Franciſcus Swercio, *in Atheneo Belgico, fol. m.* 65.

Magna pollet nùnc temporis Nobilium Familiarum opulentiâ, nèc non celebris eſt Gymnaſio Litterario Diſciplinarum omnium, à Friderico II. Imperatore, odio Bononienſium inſtituto.

Joannes Bleu, *in Theatro Civitat. Admirandarum, ubi de Ferrariâ agit.*

Ferrarienſis Academìa in Italiâ, quam inſtituit Albertus Ferrariæ Princeps anno 1316., *confirmavit Bonifacius IX., & Principes Eſtenſes auxerunt: Eam commendat Raphael Volaterranus libr.* 21. *Antropologiæ, Angelus Aretinus in Prohæmio Inſtitutionum. Sapientiſſmos habuit hæc Academìa Proffeſſores ſuis ſcriptis inſignes, nempè nupèr relatum Aretinum, Felinum Sandeum, Andream Alciatum, Guarinum Veronenſem, Theodorum Gaza, Cælium Calcagninum, Nicolaum Leonicenum, Baptiſtam Guarinum, Rodulphum Agricolam, & Joannem Cochleum &c.*

Mendo, *de Jure Academiarum, libr.* 1. *quæſt.* 2.

Ferraria Civitas eſt Italiæ ſuprà Padum ſita, cujus conditores refert Ughellius &c. Habet Eccleſiam Cathedralem ab anno 657., *& adhùc in eâ floret Studium, à Friderico II. Imperatore illìc invectum.*

Gonzallez Tellez, *in cap. cùm Marcus Ferrarienſis, ſub n.* 2. *de Conſtitutionibus.*

Ferrarienſem Academìam, juxtà aliquos à Friderico Imperatore in odium Bononienſium excitatam eſſe, juxtà alios verò, ab Alberto Ferrariæ Principe, quam anno 1316. *à Bonifacio VIII. confirmatam Eſtenſes Principes mirè exornarunt.*

Tobìas

Tobias Lohner, *Inſtructiſſimæ Bibliothecæ Tom. 3. tit. 124., in verbo Reſpublica, part. 2. §. 3. n. 10., ubi Ferrarienſis Academia poſt Romanam antiquam, & Bononienſem ſtatim memoratur.*

Academiam Ferraria habet, quam Fridericus II. Imperator, Bononienſium odio, ut Patavinam quoquè conſtituiſſe memoratur. A quocumque cæperit, conſtat, & teſtatur Leander Albertus ad id faſtigii eam perveniſſe, ut intèr clariſſimas Italiæ haberetur.

Mercur. Italic., in verbo Ferraria.

Eſt quoquè ibidèm, Ferrariæ, celebre Litterarum Gymnaſium, in quò præclari Viri Humaniora Studia, Juriſprudentiam, & Medicinam profitentur.

Philippus Honor, *Theſaur. Politic., in relatione Ducat. Ferrariæ.*

Cùm itaquè in Civitate noſtrâ Ferrarienſi, ab antiquiſſimo tempore inſtituta ſit Univerſitas Studii Generalis &c.

Clemens VIII., *in Brevi, ad Ferrarienſes dato die 25. Octobris 1602.*

Spectata Ferrarienſis Urbis claritas, ac Majorum geſtis imitationi Poſterorum commendata.

Innocentius X. *Pont. Max., in Brevi, ad Ferrarienſes dato 2. Maii 1645.*

Nos quoquè lætamur Ferrariam, quæ Civium egregiorum Prole omni tempore ſpectatè floruit, etiàm hodiè feracem adeò eſſe, ut ex Veſtris Romanæ Curiæ Prælatis, unius præclaras Virtutes ad amplitudinem Cardinalatus evehere, alterius fidem, & induſtriam prò graviſſimo Theſaurarii Noſtri Generalis munere ſeligere ſimùl potuerimus.

Idem Pontifex, *in Brevi ad Ferrarienſes dato 16. Martii 1652.*

Civitatem Veſtram egregiâ magnorum Virorum Prole præſtantem ſempèr ſanè plurimi fecimus &c.

Alexander VII. *in Brevi ad Ferrarienſes dato die 20. Novembris 1660.*

Ferrarienſis Civitas inſignium, quà Bellicis Laudibus, & Æqueſtri Vir-

Virtute, quà Togæ, Muſarumque ſtudiis præcellentium Virorum prole felix &c.

Clemens IX. *In Brevi ad Ferrarienſes dato die 23. Julii 1667.*

Inclyta Sapientiæ Paleſtra, celſarumque Sacrarium Virtutum habita ſemper fuit Ferrarienſis Civitas, præclaris idcircò à Summis Pontificibus inſignita Beneſitiis, tamquàm de Præmiis ob ampliſſima decora ſibi collatis gloriari meritò poteſt.

Clemens X. *In Brevi, ad Ferrarienſes dato 5. Julii 1670.*

Pontificiæ Charitatis ſolatia ſunt eximia Bonarum Artium decora, Veſtro quæ olìm Nomini Exterarum latè Nationum cultum conciliarunt; ad novos enìm celſarum uſquè Laudum titulos promerendos incitamento Vobis futura omninò confidimus, atquè à Veſtrarum in præſentià præſtantiâ Virtutum prorsùs expectamus &c.

Idem Clemens X., *In Brevi ad Ferrarienſes dato 5. Januarii 1671.*

Agathus Nobilis Cremonenſis hoc anno 1508. in celebri Ferrarienſi Univerſitate non inglorius intèr alios variarum eruditionum Proffeſſores, ſub diſciplinâ Mag. Nomici Parmenſis efflorebat.

Franciſcus Ariſi, *Cremon. Litterat. Tom. 2. ad an. 1508.*

Ferrara è altresì molto nominata, per lo Studio Generale di tutte le Scienze, il quale vi fù poſto da Federico II. Imperatore, in diſpreggio dei Bologneſi.

Andrea Scoto, *Itinerario di Italia, part. 1.*

E queſta Città, Ferrara, delle Famoſe di Italia, ornata di molti belli Palaggi, con ricchi Gentilhuomini, fiorendovi lo Studio, il qual vi poſe, à concorrenza di quel di Bologna Federico Secondo.

Gio: Lorenzo de Anania, *Fabrica del Mondo, Trattat. 1. fol. m. 9.*

Di qual Dominio dico, e di qual Città? Di Ferrara, una delle più grandi, delle più chiare, delle più vive, delle più riſplendenti luci di queſta Italia. D'una Città, che ſempre fù campo, ſempre fù nidio, ſempre fù ſeno d'huomini celebri, ed eccellenti in ogni nobile Studio, e Profeſſione. Di Ferrara in breve, à cui niun' altra contende il titolo di degna Regina del Rè de Fiumi.

Ca-

Cavallier Leonardo Salviati, *Orazione in morte del Cardinal Don Luigi d'Eſte, ſtampata in Firenze l'anno 1587. per Antonio Padovani.*

Giovan Battiſta Guarino fù Maeſtro nelle Schuole FAMOSE *di Ferrara.*

Lorenzo Craſſo, *Elogii dei Letterati, part. 2. fol. m. 115.*

Nella Univerſità di Ferrara fiorirono Huomini, che in eminenza di Belle Lettere pareggiarono la Gloria de più famoſi Letterati d' Italia, con opportuna occaſione della tanto rinomata Academia.

Gillini, *Teatro, Tom. 1. fol. m. 102.*

Tandèm prò laudum Urbis, Gymnaſijque noſtrorum culmine Regnantis Sanctiſſimi Domini Noſtri CLEMENTIS XII. Pontificis Optimi Maximi, CORSINORUM Gloriæ, quem Deus Omnipotens, ad Subditorum ſuorum, Catholicæ Fidei, Orbiſque univerſi felicitatem incolumem ſervet, Oraculum audiamus; Nobiſque ſummoperè gratulemur, quòd noſtrum, tantumque Principem laudatorem habuerimus.

Civitas verò noſtra Ferrarienſ. prædicta illuſtri vetuſtate, ſitus amplitudine, valido Mœnium munimine, fertili Soli amœnitate, copioſo tùm Generis Nobilitate Pollentium, tùm Scientiarum, Armorumque virtute præditorum Civium numero, Studio Generali, ex quo quamplures Viri Litterarum Scientiâ, Artiumque Liberalium inſigni experientiâ celebres prodijerunt, & prodeunt in dies, nèc nòn Tribunali, ſeù cauſarum Audientiâ Rota nuncupatâ, cui Juris Utriuſque Doctores Juſtitiæ, & Probitatis aſſeclæ præſunt, Concilioquè in eâ ab Eugenio PP. IV. ſimilitèr Prædeceſſore Noſtro habito, & deindè pòſt quindecim ejuſdem Concilii Seſſiones inibì habitas Florentiam translato, proùt vetera referunt monumenta, centum Eccleſiarum in ejus circuitù exiſtentium, annuis redditibus, Divinoque ſervitio locupletum quamplurium Virorum, & Sacrarum Virginum Monaſteriorum, & in eis ſatìs ampla Diœceſis centum millium Animarum Parochianorum, intèr centum, & ultrà ejuſdem Diœceſis Parochiales Eccleſias diviſarum numero referta, unà ex inſignioribus totiùs Italiæ Civitatibus exiſtat; illiuſque in Temporalibus guberio unus ex ejuſdem S. R. E. Cardinalibus

libus

libus cùm facultate Noſtri, & prò tempore exiſtentis Romani Pontificis de Latere Legati præſideat &c.

CLEMENS XII. *In Bulla Erectionis Ferrarienſ. Eccleſiæ in Archiepiſcopatum, Romæ datâ XVII. Kal. Auguſti* 1735.

Sed aliorum Exterorum plurium teſtimonia edere ommittimus, ex Noſtratibus, qui multi ſunt, ac intèr Scriptores laudatiſſimi nullum penitùs inducimus, nè Teſtibus Ferrarienſibus in Ferrarienſi causâ inniti videamur: Cæterum minimè prætermittendum, à Carolo Antonio (*a*) de Lucâ Studium noſtrum mirificè extolli, Viroſque clariſſimos, qui in eodem floruerunt recenſeri, à Mattheo (*b*) Stephano immediatè poſt Bononienſem Academiam laudari, à Chriſtophoro (*c*) Beſoldo præferri Peruſinæ, Piſanæ, & Senenſi Univerſitatibus, quæ à Bononienſibus intèr Famoſas numerabantur: His accedit, quòd (*d*) Ferrarienſes Doctores, quò ad dignitatem Doctoribus inſigniſſimæ Salamantinæ Academiæ Bononienſi coævæ, paribuſque, vèl majoribus fortaſsè Privilegiis munitæ ſunt exæquati; quinimmò Alma Ferrarienſis Univerſitas à nonnullis nedùm Illuſtris, Celebris, Famoſa, verùm etiàm LITTERARUM MATER fuit appellata. Studii noſtri celebritatem oſtendit quoquè exiſtimatio, quâ eam proſecutæ ſunt Scholarium florentiſſimi Patavini Gymnaſii Univerſitates; illæ etenìm, ſi Philippo (*e*) Tomaſini credimus, cùm ſe læſas, in earum Privilegiis aliquandò crederent, minitari conſueverant, ſe ſe cùm tympanis, & vexillis à Patavino prædicto ad Ferrarienſe, vel Bononienſe Gymnaſium recepturas. Tandèm de Univerſitatis noſtræ dignitate ſcripſerunt Anonymus, *in Compend. Geograph. Italiæ, de Ducat. Ferrariæ §. Cæterum*. Hermes, *in Faſciculo Juris publici, cap.* 23. *num.* 64. Pancirol., *de Claris Legum Interpret. cap.* 78. *libr.* 2., *cap.* 1. *libr.* 4., *& alibi*. Coppin., *de Doman. Franciæ, libr.* 3. *tit.* 27. *num.* 21. *in fine*. Borel., *de Reg. Cathol. præſtant. cap.* 40. *num.* 85. Marzar., *in Conſil. impreſſ. poſt Epit. de*

(a) *De Præſtant. laur. Doctoral., quæſt.* 76., *& cap.* 150.
(b) *Matth. Stephan. de Juriſdict, part.* 2. *libr.* 3. *poſt cap.* 14. *in Cathalog. Academiar. Italiæ.* (c) *Beſold., in Theſaur. pract. litt. A. nu.* 16. *§. Italiæ Academiæ.* (d) *Rota, Deciſ.* 161. *libr.* 2. *part.* 3., *& Deciſ.* 1326. *libr.* 3. *dictæ part.* 3. *Diverſorum.* (e) *Jacobus Philippus Tomaſini, Hiſtor. Gymnaſ. Patavini libr.* 4. *ad annum* 1580.

de Fideicom. conſil. 25. *§. Secundò ratione*. Lotter., *de Re benefic. libr.* 2. *qu.* 7. *num.* 142. Cohell., *in Notit. Cardinalat. Congr.* 19. *§. Finali*. Cardinal. Laurea, *Epitome Canon.*, *verbo Ferraria §. final.*, *& verbo Studium Generale Ferrariæ*. Daniel. Otton., *de Jure Publ. Imper. cap.* 24. Aubertus Myreo, & alii innumeri, quos ad nauſeam uſquè citare valeremus. Ferrarienſibus tamèn haud ſatìs viſum eſt propriæ Univerſitatis famam Scriptorum inſignium calculis demonſtraſſe, docere quìn etiàm voluerunt à præclariſſimis, tàm Italiæ, quàm Belgii, ac Germaniæ Academiis, actu intèr Celebres, ac Famoſas haberi, eoſque, qui in eâ Doctoralem gradum in Medicinâ fuiſſent conſecuti ab ipſis nullo præcedente examine ad Artis exercitium admitti ſolere. Plura ab Exteris Univerſitatibus documenta ſuperindè reportata, ac Romæ producta; nos quatuor hæc tantùm Lectori exhibemus.

Nos Comes Federicus Baſchera Ducalis Gubernator Riperii, ejuſque Pertinentiarum Ducatus Mantuæ.

Univerſis, & ſingulis &c. fidem facimus, & atteſtamur, Perilluſtrem, & Excellentiſſimum Dominum Doctorem Stephanum Jordanum, ab Univerſitate Ferrarienſi in Facultatibus Philoſophicis, ac Medicis Doctorali inſignitum Laureâ, in hoc Oppido, ejuſque Juriſdictione, abſquè aliâ approbatione pretèr illam Ferrarienſem Praxim Medicam multis in Indigentiis exercuiſſe laudabilitèr: In quorum Teſtimonium.

Datum Riperii ex Palatio noſtræ ſolitæ Reſidentiæ hac die 24. *Menſis Septembris* 1701., *Indictione Nonâ*.

Federicus Baſchera Gubernator.

L. ✠ *S.*

Nos Laurentius de Nigris, Artium, Medicinæque Doctor, ac Almi Collegii Civitatis Venetiarum Prior.

Cùm Ferrarienſis Univerſitas intèr Generales Studiorum Univerſitates in hac Inclytâ Civitate, & Sereniſſimo Dominio ſit adſcripta, ideoque ejus Privilegia hìc (excipiuntur tamèn nativi, qui tenentur Doctoralem Lauream aſſumere, aut Venetiis, aut Patavii) non ſecùs ac aliarum celeberrimarum Univerſitatum fore, ac eſſe admiſſa, omneſque in eadem promotos Doctores, abſquè ullâ aliâ approbatione, ſed

ſolâ

ſolâ ejuſdem Univerſitatis Privilegii D.D. Priori, ac Conſiliariis hujus Almi Collegii, ac demùm Excellmo Sanitatis Magiſtratui exhibitione, Medicam facultatem hìc, & in toto Sereniſſimo Dominio exercere poſſe, præſentes inſpecturis fidem facimus, & atteſtamur, in quorum robur has manu propriâ ſubſcripſimus, ſigilloque noſtro muniri juſſimus.

Datum Venetiis 10. *Menſis Novembris* 1701.

L. ✠ *S.*

Nos Laurentius de Nigris Univerſitatis Venetiarum Prior manu propriâ.

Ego Hyeronimus Bertoccus Conſiliarius manu propriâ.

Ego Theodorus Sennacchius Conſiliarius manu propriâ.

Ego infraſcriptus Decanus Inclytæ Facultatis Medicæ Viennenſis fidem facio, quatenùs vigore Statutorum noſtrorum nunquàm paſsìm violatorum, non tantùm de conſuetudine, quàm etiàm de neceſſitate ſit omnibus, & ſingulis in Exteris Univerſitatibus promotis Doctoribus dictam noſtram Facultatem Medicam ingredi volentibus, in legitimà Univerſitate, tali nempè, in quâ non tantùm juxtà Pontificias, quàm etiàm Cæſareas Sanctiones promoveatur, eſſe creatos Doctores; atquè cum idipſum paſsìm in celeberrimis Univerſitatibus Bononienſi, Patavinâ, & Ferrarienſi ſempèr obſervatum, & nùnc obſervari ſolet, dictæ Univerſitates penès noſtram Facultatem Medicam in eodem gradu æſtimationis eſſe cenſentur, omneſque inibi promotos Doctores, ſinè ullâ contradictione præſtitis cæteris præſtandis in gremium noſtrum ſuſcipimus. In cujus rei fidem ſigillo Facultatis noſtræ Medicæ munivi, & propria manu me ſubſcripſi.

Datum Viennæ Auſtriæ, 3. *Menſis Novembris* 1700.

L. ✠ *S.*

Joannes Gabriel Gallermaſi Med. Doctor Facultatis Med. Viennenſis Decanus.

Melchior Cortens Bruxellenſis, Medicinæ Doctor Ferrarienſis, Univerſis, ac ſingulis has viſuris, ſalutem. Veritatis Teſtimonium illud à me implorantibus perhibere paratus, ad notitiam omnium, & ſingulorum deduco per præſentes, me in hac Civitate ab Annis circitèr ſex à Collegio Medico ad Medicinæ praxim ſinè aliâ Laureâ prætèr Ferrarienſem fuiſſe admiſſum, publicèque in dies exercere; ac inſupèr die decimâ octavâ Octobris præteriti, ab eodem Collegio in

ejus

ejus Syndicum præſentatum, atque à Magiſtratu confirmatum fuiſſe. In quorum fidem præſentes manu propriâ ſignavi Bruxellis die decimâ quartâ Auguſti anni milleſimi ſeptingenteſimi.

M. Cortens Synd. Colleg. Med.

Nos Conſules, Scabini, Conſiliariique Civitatis Bruxellenſis in Ducatu Brabantiæ notum facimus, & atteſtamur expertiſſimum Dominum Melchiorem Cortens, qui ſupraſcriptum Teſtimonium ſubſignavit eſſe Medicum Praxim exercitantem in hac Urbe, nec non Collegii Medici in præſentiarum Syndicum fide dignum. In quorum fidem præſentes Sigillo prædictæ Civitatis communiri, & ab uno è Secretariis noſtris ſubſignari juſſimus Bruxellis die 14. Auguſti 1700.

L. ✠ S.

I Vanden Dyche.

His omnibus, aliiſque pluribus apùd RR. Sacræ Congregationis PP. legitimè deductis, perpenſiſque æquâ lance quibuſcumque ex adverſo oppoſitis, Univerſitatis noſtræ favore Congregatio eadem pronunciavit, factâque Pontifici relatione, Sanctitas ſua annuit, editumque ſuperindè Decretum approbavit, cujus tenor hujuſmodi (*a*) eſt.

Fidem facimus, qualitèr in causâ Bononienſi, ſeù Ferrarienſi propoſitâ die Sabbati 30. Septembris proximi præteriti, intèr Collegium Medicorum Phyſicorum Bononienſium, & Collegium Medicorum Phyſicorum Ferrarienſium Congregatio particularis trium Prælatorum, nempè mei infraſcripti, & RR. PP. DD. Silvii de Cavaleriis Commiſſarii R. C. A., & Petri Corradini Subdatarii, ſpecialitèr à Sanctiſſimo Domino noſtro ad referendum Sanctitati Suæ deputata cenſuit, proùt infrà, videlicèt. Referendum Sanctiſſimo, poſſe Medicos Phyſicos Laureatos in Univerſitate Ferrarienſi exercere Artem Medicam in Civitate, & Comitatu Bononienſi, exhibito priùs, & recognito Privilegio Doctoratus à Collegio Medicorum Bononiæ, & obtentâ licentiâ ab Eṁo Legato, & idem ſervandum eſſe in Medicis Laureatis Bono-

(a) *Stampato in Ferrara nella Stampa Camerale à piè della notificazione dell' Eminentiſſimo Aſtalli Legato l'anno 1703.*

noniæ, volentibus exercere Artem Medicam in Civitate, & Ducatu Ferrariæ. Et factâ per me hujuſmodi relatione Sanctiſſimo, Sanctitas ſua benignè annuit, & approbavit. In quorum fidem.

Datum ex Ædibus Palatii Apoſtolici Quirinalis hac die 22. Octobris 1702.

Publicat. li 8. Marzo 1703.

C. Origus Secretarius.

Hujus autèm Decreti obſervantia Ferrarienſi, ac Bononienſi Collegiis per Sanctiſſimum, litteris Secretariæ Status ſupèr id ad Eminentiſſimos utriuſque Provinciæ Legatos datis penitùs demandata, quapropter Decretum prædictum Eminentiſſimi Ferdinandi de Abduâ Bononiæ Legati juſſu Medicorum Civitatis ejuſdem Collegio intimatum eſt, ut conſtat (*a*) ex documento exhibito die 31. Martii 1705. in actis Laurentii Lolli Notarii Ferrarienſis, ac Univerſitatis Medicorum Ferrariæ quondàm Cancellarii: Eminentiſſimus verò Aſtalli Ferrariæ Legatus Decretum Edicto (*b*) mediante ab omnibus hìc ſervari mandavit: Eſt autèm hujuſmodi.

Fulvio Cardinal Aſtalli, nella Città, e Ducato di Ferrara Legato &c.

Avendo la Santità di Noſtro Signore Papa Clemente XI. fatto à Noi partecipare per lettera ſpedita dalla Segretaria di Stato in data delli 13. Decembre 1702., come la differenza già inſorta, & agitata trà i Medici Addottorati ne Collegj di Ferrara, e Bologna, quale aveva la Santità Sua rimeſſa prima ad una Congregazione particolare, era finalmente ſtata coll' approvazione, & aſſenſo della Santità Sua determinata ſecondo il reſcritto, di cui quì ſotto ne ſarà ſteſa la copia, à tenore del qual reſcritto dovranno li Medici Addottorati in Ferrara eſſere admeſſi al libero eſercizio della loro profeſſione in Bologna, e ſue Pertinenze ſenza che ſi eſpongano ad eſame alcuno, mà fatta ſolamente l'eſibizione, e ricognizione del Privilegio dal Collegio de Medici di Bologna, & ottenutane da quell' Eminentiſſimo Legato la licenza, come pure à tenore del medemo reſcritto dovranno li Medici Addottorati in Bologna, à fine di poter eſer-

(a) *Nel Mazzo dello Studio.* (b) *Stampato nella Stampa Camerale l'anno 1703.*

eſercitare in Ferrara, e ſua Legazione la loro Profeſſione, eſibire il loro Privilegio, e farlo riconoſcere dal Collegio de Medici di Ferrara, & ottenerne da Noi, ò da noſtri Succeſſori la licenza; E però eſſendo la mente della Santità Sua, che reſti deciſa in tal forma la Controverſia, e ceſſi affatto trà le Parti ogni motivo di ulterior litiggio, e che da ambe le Parti venga adempito quel tanto, che nel medemo reſcritto ſi contiene; Perciò abbiamo ſtimato debito del noſtro carico di far giungere alla notizia di tutti il Decreto della Congregazione ſudetta approvato dalla Santità di Noſtro Signore, con il quale è ſtata determinata la differenza accennata, acciò avutaſi da qualſiſia Perſona la notizia di quanto è ſtato in queſto particolare dalla Congregazione deciſo, e dalla Santità Sua approvato, niuno abbia ardire per l' avvenire di opporſi alle Determinazioni nel medemo reſcritto contenute, anzi adempire debba in tutte le ſue parti le medeme, eſſendo queſta appunto la mente della Santità Sua, per adempimento, ò ſia eſecuzione della quale non mancaremo Noi di avere tutta la attenzione, ò vigilanza con punire anche quelli, che ſi moſtraſſero poco ubbidienti, ò pure ardiſſero traſgredire le ſudette determinazioni.

Dato nel Caſtello di Ferrara il dì primo Marzo 1703.

Fulvio Card. Aſtalli Legato &c.

Sequitur tenor Decreti Congregationis, cùm approbatione Sanctitatis Suæ, quæ hìc repetere ommittimus; & ſic Studii Ferrarienſis celebritas felicitèr vindicata.
1703 Hoc eodem anno preces Univerſitatis noſtræ Congregationi porrectæ, nomine Hieronymi Braſavola Medici inſignis Ferrarienſis Pontificii Medici, Romæ commorantis, quatenùs ſibi liceret in marmoreâ tabulâ Elogium, cujus Congregationi copia tradita Antonio Muſæ Braſavola Abavo Medico celeberrimo, in unâ Scholarum publici Lycei erigere, ad tanti viri nomen ibì etiàm immortalitati commendandum; Voti compos effectus, locoque in pariete, quod eſt contrà Cathedram in Scholâ Artiſtarum (*a*) primariâ aſſignato, am-
1704 pliſſima marmorea tabula ibidèm erecta; ſed cùm Congregationi renuntiatum eſſet, inſcriptionem in aliquibus cùm primâ eidem oblatâ haùd convenire, removeri decreto (*b*) juſſit; at paulò

(a) *Congreg.* 9. *Luglio* 1703. *fol.* 66. (b) *Congreg.* 21. *Maggio* 1704. *fol.* 83.

lò poſt Pontificiâ accedente auctoritate aliquibus (*c*) immutatis priſtino loco reſtituta. Tenor ejuſdem eſt.

D. O. M.

Antonio Muſæ Braſavolo Civi Nobili Ferrarienſi Philoſophiæ, Medicinæ, Juris utriuſque, ac Sacræ Theologiæ Doctori, Comiti Palatino, Equiti S. Michaelis in Galliis, Sorbonici Athenei Collegæ, Celebris bujus Archigymnaſii Lectori Emerito, & Moderatori omnigena eruditione in Univerſo Terrarum Orbe clariſſimo, Pauli III. Pontificis Maximi Archiatro, aliorumque trium ſummorum Pontificum Leonis X., Clementis VII., & Julii III., Caroli V. Cæſaris, Franciſci I. Galliarum, & Henrici VIII. Britanniæ Regum Phyſico à Conſiliis, Alphonſi I. Ferrariæ Ducis III., & Herculis II. Ducis IV. Medico Dilectiſſimo, Arragonenſium, Ateſtinorum, Farneſiorum, & Gonzagarum Principum intimo Familiari, qui Publicas Theſes de quolibet ſcibili per triduum Pariſiis, ubi Muſæ nomen, ipſo Franciſco Rege præconizante, ſibi comparavit, Patavii, Bononiæ, & hìc in Patriâ, cunctis ſtupentibus propugnavit, ac per quam plura luſtra è totâ Europâ confluentes Ingenuos Auditores erudivit ex Cathedrâ, Qui plures quam quadraginta libros, & volumina de rebus variis, at præcipuè de Re Medica doctiſſimè ſcripſit, & ferè omnia Typis magno cum plauſu evulgavit, tanquàm effulgenti Patriæ Soli, qui nunquàm moriturus occidit Ferrariæ pridie nonas Julii An. Sal. MDLV. Ætatis Suæ LV. M. V. D. XX., cujus tamèn Ortum præceſſerunt Franciſcus Comes genitor, & Hieronymus frater, cujus Occaſum ſecuti Renatus Comes, paritèr Moderator, & Hieronymus filii, Antonius Maria, Hercules, Bartholomeus, & Alphonſus Nepotes, in hac Univerſitate Philoſophiæ, Medicinæ, ac Juris utriuſque reſpectivè Lectores, aliique duodeviginti Togâ, totidemque Sago conſpicui, ſub tanto Sapientiæ lumine verè fulgentiſſima Sydera, Hieronymus Bartholomei filius Comes, & Eques Palatinus in hoc Archigymnaſio Lector, in Romano Promotor perpetuus, & Collega numerarius, Phyſicus Pontificius à Conſiliis, ſub Innocentio XI., & XII., Alexandro VIII., & Clemente XI. Regnante, ac Regius ſub Chriſtinâ Alexandrâ Svevorum, Gothorum, Vuandalorum Reginâ, Illuſtriſſimis Viris Dominis Comite Carolo Flaſcho Sapientum Judice, Marchionibus Aloyſio Bentivolo, & Gaſpare de Monte bujus Almæ Univerſitatis Moderatoribus, unà cum Magiſtratus Sapientibus, nempè Jacobo Minio Ronchagallo J. C., & Lectore Publico, Alexio Surchio,

(a) *Congreg.* 13. *Agoſto* 1704. *pag.* 83., *e* 14. *Agoſto*, *fol.* 87.

chio, Jacobo à Monetis, Camillo Riccio, Hercule Siverio, Joanne Franciſco Algarotto, & Valerio Botticino enixis ejus precibus annuentibus, Ære proprio Abavo ſuo optimè merito pridiè nonas Julii anno ab Orbe Redempto 1703. P.

His peractis, cùm quiddam à Comitibus Palatinis, nullo etiàm prævio examine, in Jure, vel Medicinâ doctorati, Ferrariæ, ac
1705 in ejus Ducatu in Doctorali habitu incedere, Advocati, & Cauſidici munus exercere, ac mederi reſpectivè præſumerent, re ad Clementem XI. Pontificem Maximum delatâ, motu proprio eidem placuit Doctorum hujuſmodi licentiam coercére: Brevis Apoſtolici hic tenor.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram Rei Memoriam.

Cùm ſicùt accepimus, in Civitate, & Ducatu noſtris Ferrarienſ. nonnulli reperiantur, qui non in Publici Studii Generalis Univerſitate, ſed in Cubiculo à Comitibus Palatinis vigore quorumdam aſſertorum Privilegiorum eis conceſſorum, nullo prævio examine ad Doctoratus gradum promoti, Advocati, & Procuratoris offitia, ac Medicinæ Artem, non ſinè maximo Litigantium, Ægrotorumque detrimento exercent; Hinc eſt, quòd Nos, huic abſurdo, quantùm in Nobis eſt occurrere, ac publicæ utilitati providere volentes. Motu proprio, ac ex certâ ſcientiâ, & maturâ deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quòd de cætero Comites Palatini præfati, nòn ſolùm in Civitate, & Ducatu hujuſmodi ad Doctoratus gradum promovere, ut præmittitur, ſed nèc ii, qui alibi ab eiſdem Comitibus Palatinis ad dictum Doctoratus gradum promoti fuerint, in Civitate, & Ducatu prædictis habitum per Doctores geſtari ſolitum deferre, nequè publicè, vel privatìm docere, nequè Advocati munus exercere, ſeù in cauſis patrocinari, vel mederi, aùt aliquem actum ad Doctores ſpectantem exercere minimè valeant, ſub pœnis arbitrio noſtro infligendis, tenore præſentium declaramus, interdicimus, & probibemus. Decernentes eaſdem præſentes Litteras ſempèr firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & prò tempore quandocumque ſpectabit, inviolabilitèr, & inconcuſsè obſervari. Sicque in præmiſſis, per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiàm cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere,

bere, ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſupèr his à quoquam, quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis, etiàm juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quavis firmitate aliâ roboratis, Statutis, & Conſuetudinibus, Privilegiis quoquè, Indultis, & Litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibèt conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus, prò plenè, & ſufficientèr expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxàt ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autèm, ut earumdem præſentium Litterarum tranſumptis, etiàm impreſſis, manù alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in Eccleſiaſticâ dignitate conſtitutæ munitis eadem prorsùs fides, in Juditio, & extrà illud ubiquè adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apùd S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 23. Decembris 1705. Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

F. Oliverius.

Loc. ✠ Sigill.

Hæ autèm Litteræ Ferrariæ impreſſæ prodierunt ex Typographiâ Camerali. Lycei Moderatorum verſa deindè ſollicitudo ad Scholarium eruditionem in optimis diſciplinis magìs atquè ma- 1706
gìs procurandam, promovendamve. Cùm itaquè non ſatìs conſultum Univerſitatis decori viſum eſſet decreto, quo conſtitutum fuerat, ut nullus in eâdem Juris utriuſque, vel Philoſophiæ, ac Medicinæ Cathedram conſequi poſſet, nisì priùs in Almo Gymnaſio Theſes dictarum reſpectivè facultatum publicè ſuſtinuiſſet, ſanxit (*a*) Congregatio, ut id ultrà impoſterùm quilibet, qui ad Cathedras prædictas promoveri cuperet, Scholarium examen, temporibus quibus fieri conſuevit, coràm Moderatoribus ſubire deberet, ac in actu imploratæ ad legendum diſpenſationis dicti examinis documentum, ab Univerſitatis Notario confectum exhibere teneretur, aliàs legendi facultatem non impetraturus. Ingens ſequenti anno DD. Ferrarienſis Curiæ Advocatorum, & Cauſidicorum cœtui honor acceſſit: Eorumdem ſempèr præclariſſimum, tàm doctrinæ, quàm probitatis, ac integritatis titulo ne dùm in

(a) *Congr.* 25. *Novembre* 1706. *fol.* 91.

Italiâ, verùm etiàm in Europâ universâ nomen fuit; intèr cæteras autèm Curialium noſtrorum laudes illa præcipua eſt, quòd in Signaturâ Principis, eoque adſtante publicè coràm omnibus intereſſe volentibus, cauſas nùnc ſemèl (olìm bis id fieri conſueverat) in Hebdomadâ diſcutiant, Partium alterâ ut plurimùm contradicente; magnum ſanè experimentum, quodque ſummam in legali ſcientiâ eruditionem requirat, cùm ea, quæ ex adversò proponuntur validis argumentis ſint ex tempore propulſanda. Sed laudibus Curiæ noſtræ culmen impoſuiſſe credimus publicum encomium eidem redditum ab Eminentiſſimo Ferrariæ de Latere Legato Fulvio Aſtalli, quo doctiorem in legali ſcientiâ ætas non
1707 vidit: Hic poſtremo ſuæ Ferrarienſis Legationis die in frequenti Curialium omnium, ac Civium aliorum cœtù, Signaturâ expletâ Orationem diſertiſſimam ex propoſito, de laudibus Curiæ noſtræ, Exercentiumque recitavit, tantâ humanitate, animique affectu, ut præclariſſimi Oratoris obortæ ex oculis lacrimæ Audientium gemitus excitarent: Pròglorioſiſſimo tanti Principis elogio grates oretenùs reddere Curia feſtinabat; ille verò obtutum eorum, quos deſerere cogebatur declinavit, quaproptèr eximius J. Conſultus Marcus Antonius Freguglia Advocatorum Senior, Curiæ totius nomine feſtinantèr Oratiunculam in gratiarum actionem typis Bernardini Pomatelli vulgavit, eamquè Principi Eminentiſſimo, antequàm iter Romam versùs capeſſeret reddi curavit: Meritò igitùr poterit Curia noſtra gloriari hoc etiàm titulo, quòd à ſapientiſſimo, laudatiſſimoque Legum
1709 Lumine laudari promeruerit: Anno 1709. Lectorum extraordinariorum nominibus, qui operam ſedulò publicis Lectionibus navabànt orata Congregatio, ne in Cathedrarum Roturi vacatione ii præficerentur, qui antiquioris Doctoratus prætextu, cùm tamèn vel abſentes fuiſſent, vel Studium minimè frequentaſſent eos antevertere ſatagebant. Recurrentium preces juſtiſſimæ à Moderatoribus exauditæ, proùt (a) ex infraſcriptis conſtat Decretis, quæ de eorundem mandato Typis tradita ſunt: Tenor eſt autèm.

Adi

(a) *Congr.* 30. *Novembre* 1709. *fol.* 105.

Adì 30. Novembre 1709.

Nella Congregazione dell' Almo Studio.

Eſſendo ſtato fatto ricorſo all' Illuſtriſſima Congregazione dai Signori Lettori Straordinarii con ſupplica, in cui eſponevano venir alle volte promoſſi a Cattedre vacanti ſull'Almo Studio alcuni, che ſtanno fuori di Città, impiegati in Miniſteri Publici, col motivo, ò dell' Anzianità del Dottorato, ò d' eſſer abilitati prima a leggere, in pregiudizio di quelli, che dimorando continuamente in Città fanno maggior fatica nello Studio ſudetto; Quindi fatte mature rifleſſioni ſopra l'iſtanza, fù conoſciuta fondata sù la Giuſtizia, e sù le Leggi dello Studio; ſopra la Giuſtizia, poichè il dovere richiede, che chi affatica acquiſti il premio, eſſendo le Cattedre, e gli onorarj delle Letture mercede dell' opera virtuoſa, che ſi preſta sù lo Studio; onde ragion vuole, che chi attualmente vi impiega la ſua applicazione, non ſia defraudato del premio, ne ſi vedano a lui antepoſti quelli, che col ſolo motivo dell' anzianità per eſſer ſtati prima abilitati a leggere entrano ne poſti, ſenza il merito dell' attual eſercizio della Lettura.

E poi convalidata la Giuſtizia dalla Coſtituzione al Cap. XIV., e dai Decreti emanati in diverſi tempi dall' Illma Congregazione, & in ſpecie nella tenuta li 30. Marzo 1695., e prima li 26. Ottobre 1694. per ovviare ai diſordini, e dare il ſuo compimento alla Giuſtizia, ſi venne dopo ſerio, e maturo diſcorſo alla ſeguente determinazione.

Si pone a partito, ſe ſi debbano, non ſolo confirmare, ed approvare tutti, e ſingoli Decreti altre volte fatti in ſimil materia, i quali ſi abbiano per repetiti, & eſpreſſi; ma di più ſi debba con inviolabile Decreto dichiarare, che gli Lettori, che ſono, ò ſaranno in Condotta, ò in Governo, ò in altri impieghi fuori di Città, non poſſano in caſo di vacanza di Lettura, ò ſtraordinaria, ò ordinaria, quando non vengano a leggere ſullo Studio publico in tutti, e ſingoli giorni aſſegnati nel Diario di ciaſcheduna Terzaria reſpettivamente alle Letture, che hanno, ò ordinarie, ò ſtraordinarie, che ſiano, pretendere, ò poter conſeguire le Cattedre vacanti, e le opzioni, che foſſero per farſi, in pregiudizio delli altri Lettori, che effettivamente avranno faticato sù lo Studio, non oſtante ſiano inferiori di tempo, ò nella Lettura, ò nel Dottorato, laſciando ſolo, e riſſerbando

a favore di detti Lettori, che ſono, e ſaranno in avvenire in Condotta, ò in Governo, ò in altri impieghi fuori di Città il vantaggio, e beneſizio del tempo, in cui ſaranno ſtati in Città, e avranno letto sù lo Studio medemo.

Quelli, a' quali &c. Date le palle, e ſcrutinato il partito, ſi ritrovò eſſer paſſato con tutti i voti favorevoli, cioè otto nella parte del sì, e niuno nel nò. Sì 8. Nò 0.

Dopo eſſer paſſata la deliberazione ſudetta furono pur fatti maggiori rifleſſi ſopra la materia dell' aſſenza dei Lettori, e conſiderato, che in fatti viene defraudata la fatica di quelli, che effettivamente ſi impiegano nello Studio, però non eſſendo il dovere, che gli aſſenti godano di quelli emolumenti, ò che per Giuſtizia toccarebbero ad altri, ò cederebbero a beneſizio della Caſſa dello Studio, però ſi venne alla ſeguente determinazione.

Si pone a partito, ſe per Decreto inviolabile ſi debba determinare, che in avvenire i Lettori che ſono, ò ſaranno in Condotta, ò in Governo, ò in impieghi fuori di Città, quando non abbiano letto nello Studio publico in tutti, e ſingoli giorni d'ogni, e cadauna Terzaria, ſi intenda alla prima Terzaria che non avranno letto tutti, e ſingoli i giorni, debbano aver perduta la Lettura, la quale ſi debba immediate conferire dall' Illuſtriſſima Congregazione a chi, ſecondo il grado di optione avrà affaticato, non potendo ad eſſi ſuffragare la licenza, che otteneſſero, ò aveſſero ottenuto dai Signori Riformatori, ò dall' Illuſtriſſima Congregazione, con dichiarazione che il preſente Decreto non obblighi i Lettori, che ſono in Governo ſin a tanto, che non ſarà terminato il tempo della Patente, che ſpira in tutto Aprile dell' anno venturo 1710., confermando anche in queſta parte il Capitolo XXI. delle Conſtituzioni dell' Almo Studio.

Quelli, a' quali &c. Date le palle, e ſcrutinato il partito, ſi ritrovò eſſer paſſato col maggior numero dei voti favorevoli, cioè ſei nella parte del sì, e due nell' altra del nò. Sì 6. Nò 2.

Finalmente perche le ſudette deliberazioni aveſſero il ſuo pieno effetto, ſi oſſervò l' obbligo, che hanno i Bidelli in vigore della Conſtituzione al Capitolo V., rapportato nella Congregazione tenuta li 28. Marzo 1698. di preſentare in fine di ciaſcheduna Terzaria le puntazioni in ordine ai Lettori, che aveſſero mancato, e fù ſteſo il ſeguente partito.

Si pone a partito, ſe ſi debbano confirmare, e far dar eſecuzione alli Decreti concernenti l'obbligo dei Bidelli, di dar le note giuſte,

con

con doverle di più giurare, di tutti i Lettori di Terzaria in Terzaria, tanto Leggiſti, che Artiſti, con la diſtinzione dei giorni preciſi, che hanno letto, ò mancato, ad effetto di conſervarle nella publica Segretaria trà le Scritture dell'Almo Studio, con pena ai Bidelli della perdita del Poſto, con dover poi trattenerſi ai Lettori, che non avranno letto a rata i giorni, che avranno mancato; nel mandato delli loro onorarj, ad effetto di laſciargli a beneſizio della Caſſa dello Studio.

Quelli, a' quali &c. Date le palle, e ſcrutinato il partito, paſsò con tutti i voti favorevoli, cioè otto nel sì, e niuno nel nò. Sì 8. Nò 0.

Paſſate che furono le deliberazioni ſudette dall' Illma Congregazione, ſebbene le medeſime non ſervivano ad altro, che a confermare, e dichiarare ciò, che altre volte era ſtato maturamente deliberato nelle Conſtituzioni dell'Almo Studio; e in altre Congregazioni, con tutto ciò, perche niuno poteſſe mai addurne l'ignoranza nell' avvenire, e perche reſtaſſero inviolabilmente oſſervate, fù ordinato, che non ſolo ſi regiſtraſſero nella Segretaria del Publico, mà ſi daſſero alle ſtampe per notizia di tutti. In fede.

Gioſeppe Bartoli Segretario.

Deindè de novâ Cathedrâ Dogmaticæ Theologiæ inſtituendâ, honoris tantummodò causâ, nulloque aſſignato ſtipendio actum eſt: Inſtitutioni hujuſmodi adverſari videbatur Capitulum VI. 1711
Conſtitutionum, quò, ultrà Lecturas in eo præſcriptas, aliæ ſeù ordinariæ, ſivè extraordinariæ de novo introduci, ac alicui conferri prohibebantur; hæc tamèn minimè obſtare cenſuit (*a*) Congregatio, cùm non ageretur de novo ſtipendio, in Studii præjuditium inſtituendo; quaproptèr conſpirantibus omnium votis prædictæ Dogmaticæ Theologiæ Lectura in Rotulis Artiſtarum deſcripta, primùmque Fr. Henrico Vaccari Ferrarienſi, Minorum Conventualium Provinciali collata eſt. Sequenti anno
placuit Bidellorum licentiam corrigere, nonnullos ad legendum in 1712
Almo Studio admittentes, quamvìs ab ejuſdem Congregatione Cathedram aſcendendi facultatem minimè reportaſſent; lex igitùr Bidellis data, ne impoſterùm legendi in Univerſitate noſtrâ poteſtatem facerent iis, qui Bidellis prædictis abilitationis à Congre-

(a) *Congr.* 7. *Novembre* 1711. *fol.*118.

gregatione factæ (*a*) documentum per Civitatis Secretarium propriâ manu ſignatum non exhiberent, & hoc ſub pœnâ privationis Officii Bidellatus. Nihìl deindè uſquè ad annum 1716. memorandum accidit; hoc verò à Lectoribus Extraordinariis ſupplicatum, ut vacantibus in Rotulo Cathedris ii præficerentur, vèl qui aſſiduè in Studio legiſſent, vèl in eodem contrà Theſium aſſertores arguiſſent, ſeù defendentibus præſtò fuiſſent, aùt privatìm legiſſent domi, vel tandèm dediſſent operam cauſis advocandis, nullâ habitâ, niſi cæteris paribus anterioritatis diſpenſationis ratione: Maturiori inſtantiam diſcuſſione indigere, ceù Almi Lycei Conſtitutionibus contrariam cenſuit (*b*) Congregatio; ejuſdem propterea examen Primariis quibuſdam Univerſitatis Lectoribus injunctum eſt, cùm onere referendi; ſed nihìl poſteà hac de re tùnc temporis reſolutum. Eodem anno ad Congregationem delata quæſtio Joſeph Florentini Vaccari Gioja, & Benedicti Malvezzi Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctorum, quolibet eorum inſtante, ut prima in Rotulis Artiſtarum vacatura Cathedra ſibi adjudicaretur: Ut voti compos fieret probavit Malvezzi, & concludentèr quidèm, ſe numero Lectionum in Almâ Univerſitate habitarum Vaccari ſuperare, ideòque Conſtitutionibus ſuffragantibus eam ſibi deberi aſſerebat: Id minimè inficiabatur Vaccari; docebat tamèn ſe pauciſſimis Lectionibus ab Adverſario ſuperari, earumdemque defectum à ſe ſatìs ſupèrque fuiſſe compenſatum, tùm privatìm domi legendo, tùm etiàm in publicis Theſibus arguendo, vèl earum Aſſertoribus aſſiſtendo: Docebat itèm prædictam intèr utrumque circà Lectionum numerum differentiam exindè ortam, quòd Romam, Florentiamque ſe contuliſſet, approbante Sanctiſſimo Papâ Clemente XI., ut Medicis, ac Philoſophicis facultatibus magìs erudiretur; ſui tandèm favore (quòd maximum eſt) Epiſtolam Secretariæ Status die 3. Aprilis 1715. ſignatam, ac Emo Ferrariæ Legato directam Vaccari exhibebat, quâ Clementis ejuſdem mentem eſſe declarabatur, ne abſentiæ prædictæ cauſa ullum, quo ad Lecturam conſequendam Vaccari præjuditium inferret, quinimmò ejuſdem merito potiùs eſſet deputanda: His omnibus, Apoſtolicæ præſertìm voluntatis declaratione ſuffragantibus vacaturam primò Cathedram

(a) *Congreg.* 23. *Febraro* 1712. *fol.* 130. (b) *Congreg.* 23. *Aprile* 1716. *fol.* 160.

dram Vaccari tùnc adiudicavit (*a*) Congregatio, adeò ut vacationis caſu adveniente eam ipſe, nullo prævio Congregationis Decreto conſequi deberet; ſed morte præventus antequàm vacatio in Rotulo contigiſſet impetratis minimè frui potuit: Doc- 1717
tiſſimum, in eo Philoſophum, Medicum, Rethorem, ac Poetam amiſiſſe Civitas Ferrarienſis ingemuit, nos præſertìm ſodalem amantiſſimum, dulcique neceſſitudinis vinculo nobis obſtrictum deflevimus: Ejuſdem in funere feliciora Civium noſtrorum ingenia illacrimarunt; præ cæteris verò clariſſimus Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor, nèc nòn Latinus Poeta elegantiſſimus Dominicus Antonius Travini, qui defuncto, cui Phœdri Paſtoris nomen in Arcadum Academiâ contigerat, pulcherrimâ ſequenti Eclogâ parentavit.

Ereptum Thirſis crudelì funere Phœdrum,
Quem totiès Nimphæ, & Fauni ſenſere canentem
Flebat, & ex imo ducens ſuſpiria corde
Immites Superos, crudeliaque aſtra vocabat.
Non illum fontes, non antra virentia muſco,
Non auræ, ventique leves, non culmina Montis
Mœrentem luctu conſolabantur acerbo;
Ille etenìm ingentem verſans ſub pectore curam,
Tantùm per Sylvas, & per deſerta locorum
Errabat, vacuâ tandèm projectus in umbrâ
Talia nequicquàm ſurdas jactabat ad auras.
Lugete ò Dryades mecum, lugete Napeæ,
Et noſtris creſcant lachrymis vaga flumina, & ipſæ
Frondoſæ creſcant quercus, pinique comantes,
Cunctaque teſtentur noſtrum virgulta dolorem.
Ipſe etiàm abiecto ſub vomere luget arator,
Et luget fractâ ſtupefactus arundine paſtor,
Lugent agricolæ, lugent armenta, neque ullum
Accipiunt mœſti agricolæ, aut armenta levamen:
Lugete, ò Dryades mecum, lugete Napeæ.
Phœdrus amor Vatum, & noſtræ ſpes altera Sylvæ
Palladiæ primos laudis capturus onores,
Ingenii florens opibus, nitidâque juventâ,

Antè

(a) *Congr.* 25. *Novembre* 1716. *fol.* 162.

Antè diem extinctus morti ſuccumbit acerbæ ;
Purpureus veluti ſecretâ in Valle Amaranthus ,
Eximium antè alios , quem virgo ruſtica flores
Educat , & reliquis ſpectat præ floribus unum ;
Si Cœli invaſit vitium , aut immanior imber ,
Paulatìm egregio formæ ſpoliatus onore ,
Deficit , & lapſâ moriens cervice recumbit :
Lugete , ò Dryades mecum , lugete Napeæ .
Scilicèt id fuerat , ſi mens non vana fuiſſet ,
Quod mihi ſæpè altâ prædixit ab arbore cornix ,
Flebiliterque canens muſcoſo è flumine cycnus ;
Hoc erat , extinctæ quòd quærens ubera matris
Nupèr belarit noſtris ab ovilibus agnus ;
Et perculſa bovum crebris mugitibus antra
Flerent , & fletu longè nemora alta ſonarent.
Tùnc ego ſi tantos potuiſſem noſcere caſus ,
Oraſſem Divos , oneraſſem altaria donis ,
Conſumpſemque illìc longis in fletibus ævum ;
Et te , Phœbe parens , noſtro qui corpore morbos
Deppellis vario cumulaſſem munere florum ,
Incendens templum votis , ut deniquè Phœdrum
Eriperes læto immiti , & pallentibus umbris .
Forſitàn ille iterùm in ſylvas , campoſque virentes
Duceret ad paſtum pecudes , hædoſque petulcos ,
Adventuque ſuo ſinceras fontibus undas
Redderet , & nemori frondes , & gramina pratis ,
Et fœcunda novis redirent frugibus arva :
Nec non , Phœbe tibi , meritis pro talibus , ingens
Erigerem lætus præaltâ in rupe tropheum ;
Mille tibi aereis penderent ſpicula ramis
Mille arcus , venabula mille , & mille pharetræ .
Sed quid ego hæc fruſtrà mihi ludicra ſomnia fingo ?
Somnia , quæ tenues ventus diſpergit ad auras .
Nàm nec rupta ſemèl ſubnectunt ſtamina Parcæ ,
Inſtaurantque iterùm , nec quæ ſtatuere ſupremum
Fata diem eludit moriens , aut præterit ullus ;
Lugete ò Dryades mecum , lugete Napeæ .
Poſtquàm crudelis dura inclementia fati
Eripuit noſtræ Phœdrum ſolatia Sylvæ ,

Non:

Non illum poſtàc vicino in colle ſedentem
Aſpiciam, & dulci mulcentem carmine Nymphas;
Non ſecum poſtàc gelido proſtratus in antro
Effugiam longos, æſtivo tempore Soles.
Hic ſæpè illius pendebam lætus ab ore,
Cum mihi Romani laudabat paſcua ruris,
Et pingues Tyberis ripas, campique Latini
Irriguos fontes, & ſuavem Tiburis umbram.
Hic mihi cantabat, Paſtorum aſtante coronâ,
Ut pater Alnanus, terras qui lumine luſtrat,
Interdùm a reſtem non dedignetur avenam;
Utquè animos calamis tribuat, cantuſque ſecundet,
Sintque illi, & calami, & cantus, & carmina curæ;
Æternoque illum referens ad ſidera cantu,
Heroemque, Deumque, Salutiferumque vocabat;
His etiàm addebat tenebras, quibus Arbiter orbis
Eduxit lucem, quâ Solem ornavit, & Aſtra,
Et nitidum infudit terris, rebuſque colorem.
Ad tales cantus tacito ſtant gutture circùm
Attonitæ volucres, & curſum flumina ſiſtunt.
Sed quæ divinos edebat eburnea cantus
Fiſtula ferali pendet neglecta cupreſſu,
Et queritur paſſim ſecum taciturna, doletque,
Quòd nequeat ſolitas audire, & reddere voces.
Lugete ò Dryades mecum, lugete Napeæ.
Quis nunc ludentes imis in vallibus agnos
Cantat, & errantes per paſcua læta capellas,
Cum Matutino ſparguntur gramina rore?
Quis Nindum ad platanos, veteres Amarillida ad ornos,
Dorebus ad corylos, Philaurum invitat ad ulmos?
Quis rerum cauſam, primique exordia Mundi
Explicet? ut varios æther voluatur in orbes,
Et motum accipiat Mundus, ſervetque viciſsìm,
Utquè animæ exiſtant, & mentis viva poteſtas
Res cunctas videat, divinâ in luce nitentes?
Quis memoret cœli rorem, gelidaſque pruinas,
Et quâ perpetui manent origine fontes,
Fulminaque, & tonitrus, & mixtos grandine nimbos?
Quis Regum ingentes meditetur arundine pugnas
Prætereà? Egei percurrere puppibus undas

Vi-

Victricem aſpicio claſſem, ſecat æquora primus
Adriacus Leo, quem centum comitantur euntem
Per medios hoſtes, & mille pericula naves.
Illius adventu fractus dare terga Gelonus,
Extremas Aſiæ video contendere in oras.
Parte aliâ in nitidis fulgens Eugenius armis
Fulminat in Traces, ſtimulatque in prælia turmas,
Et debellato palmas ex hoſte reportat.
Threicius contrà perculſus clade Tyrannus
Diſcerpit manibus crines, atquè unguibus ora,
Mox iræ impatiens gelido ſe mergit in Iſtro,
Et ſceleratam animam Stygias emittit ad umbras.
Crudeles Morbi! veſtro de ſemine Phœdrum
Abſtulit orta lues, & acerbo funere merſit.
Nùnc ille inſigni præcinctus tempora lauro
Heroum caneret laudes, & grandia cœpta
Cantu immortali ſeros celebraret in annos:
Lugete ò Dryades mecum, lugete Napeæ.
Heù, quis tùnc mentem miſero dolor abſtulit? heù quis
Eripuit ſenſus omnes mihi, cum tua Phœdre,
Inſtaret jàm ſumma dies? cumque ipſe viderem
Quid tibi parca furens, atquè aſtrum immite pararet?
Tùnc ſi fortè meum ſenſiſſent numina planctum,
Ardenteſque preces, auditaque vota fuiſſent,
Ipſe libens etiàm, pro te tua fata tuliſſem.
Nàm cum perpetuis me ſors adverſa teneret
Implicitum vitæ curis, ac turbine rerum,
Spontè hoc, quodcumque eſt, qui pro te ipſe dediſſem,
Extremos qui dignus eras producere in annos
Ætatem, ſeròque pios inviſere manes.
Cur ſortem tolerare tuam, properataque fata
Tùnc mihi non licuit? jam nùnc te lætus haberet
Campus, & aſtrorum me ſplendida tecta tenerent
Fluctibus ereptum fortunæ, & pace beatum.
Cur ſaltèm ætherias tecum ſimùl ire per auras
Non mihi ſorte datum? cum te ſupèr aſtra volantem
Aſpexi inſignem radiis, & luce coruſcum.
Fortunate nimìs Paſtor! cur vita relicta eſt,
Te moriente mihi? per te mihi rura placebant,
Et dulces nemorum ſaltus, ubi pace ſub altâ

Fox-

Formoſus nobis hæc otia fecit Apollo.
Omnia nùnc ſordent ſinè te, ſunt omnia luctus,
Et tenebræ, & triſtis læti pallentis imago.
Vos liquidi fontes, atquè addita fontibus antra,
Vos imæ valles, & Nymphis cognita rura,
Sylvarumque Umbræ, colleſque valete ſupini.
Jam me complexu abducunt fata impia veſtro,
Ut videam terras alio ſ.b Sole calentes,
Et miſeram ducam per dura, per aſpera vitam,
Donec concordes ſcindant mea ſtamina Parcæ.
At tu, ſivè alti penetras jàm limina Olimpi,
Moram ſyderibus ſeù ſaltèm imponis, & auris,
Adſpice me flentem, extremaſque has accipe voces.
Montibus antè cavæ valles, aut gramina campis,
Fluminibus fontes deerunt, aut murmura ventis,
Quàm nos Paſtores te non lacrymemur ademptum.
Hæc mœſtus flebat Thirſis, ſylvamque per altam,
Et ſaltus fugiens duræ faſtidia lucis,
Fontibus, & Saxis planctu narrabat inani.
Intereà violas, & purpureos hyacinthos,
Fragranteſque roſas, & candida lilia Nymphæ,
Imponunt tumulo, circùmque altaria plorant;
Mox etiàm incidunt vicino hæc carmina ſaxo.
Poſtquàm formoſum rapuit mors improba Phœdrum,
Flent duræ quercus, flent ſummo è vertice Montes,
Et Sol triſtitiam cœlo teſtatur ab alto;
Siſte gradum, & lacrymis vultum perfunde Viator.

Anno verò 1718. nocte diem quartam Maii antecedente Comes Nicolaus Pallas Strozza Sapientum Judex, ac primus Univerſitatis noſtræ Reformator repentinâ morte ſublatus eſt, illiuſque cadaver, poſt dies aliquos ad Templum Patrum Societatis Jeſu, univerſo Clero Seculari, ac Regulari, Magno Civitatis Conſilio, Doctorum Collegiis, cæteriſque Urbis ordinibus comitantibus noctù translatum eſt, regio quidèm funere, ibidèmque die ſequenti pòſt ſolemnes exequias, eruditamque Orationem, quàm de ejus laudibus habuit celebris Studii noſtri Lector Joſeph Lanzoni tumulatum. Succedente anno cùm Comes Franciſcus Sacrati, ſanguinis ſplendore, atquè eruditione inſignis adoleſcens ſuas, quas Clementi XI. Pontifici Maximo dicaverat utriuſque Juris The-
ſes

1718

1719

ſes eſſet publicè defenſurus, ab Eminentiſſimo Legato, qui Pontificio nomine actui intereſſe debebat, Templum Clericorum Regularium Theatinorum, pro diſputatione habendâ delectum eſt; quoniàm verò Comes prædictus ad publicas Univerſitatis noſtræ Lecturas promoveri optabat, quæ nonniſi his, qui in Almo Gymnaſio publicum ediderint experimentum, concedi conſueverunt, Congregationi petiit, ac facilè (*a*) obtinuit; quatenùs ſibi publicarum Scholarum loco, in Templo prædicto diſputationem habere liceret, ſub aſſiſtentia tamèn publici Univerſitatis Lectoris, ipſiuſque Moderatoribus intereſſentibus. Anno verò 1721.
1721 die 23. Aprilis, Eminentiſſimi, ac Reverendiſſimi Ruffo Præſulis noſtri magnificentiſſimi ſtudio, operâque Clericorum Eccleſiæ Ferrarienſis Seminarium à Divæ Juſtinæ loco, quò uſquè de anno 1584. die 22. Julii, Pauli Leoni Patavini Ferrariæ Epiſcopi (*b*) inſtitutoris curâ extiterat, ut ex Inſtrumento Joannis Baptiſtæ Natali Notarii apparet, translatum eſt ad nobiles Ædes, in Viâ Burgi Novi à quondàm Leonello Eſtenſi Ferrariæ Domino ædificatas, ac Fulco Villafori olìm dono traditas, Archiepiſcopali Palatio adiacentes: Has prædictum Seminarium à Comite Antonio Franciſco Avoli Trotti pretio Scutorum trium millium acquiſivit deindè die 23. Martii 1722., rogitu Caroli Querci Notarii Ferrarienſis, ac Epiſcopatus Cancellarii: Mirum autèm in modum auxit, illuſtravitque Eminentiſſimus Ruffo prædictus, nàm Clericorum viginti numerum uſquè ad ſeptuagintà ampliavit, hoſque intèr Alumnos duodecim de Bonis ejuſdem propriis in perpetuum manuteneri voluit, Apothecarum quarumdam, quæ ſub Archiepiſcopali Palatio ſunt, ac Locorum Montium redditibus in fundum aſſignatis: Hìc optima tàm Convictorum, quàm Alumnorum erudiuntur ingenia, ſub Rectoratu Rev. Dominici Caſavieri S. Theologiæ Doctoris, ſcientiâ, moribuſque probatiſſimi; quinimmò uſquè ab anno 1730. inibì vigent Gramaticæ, Rhetoricæ, Philoſophiæ, Sacræque Moralis, Dogmaticæ, ac Scholaſticæ Theologiæ Scholæ à Principe eodem Eminentiſſimo inſtitutæ, optimiſque Præceptoribus demandatæ, quos intèr floruerunt, ac reſpectivè florent Fr. Baſilius Coſcioni Calaber Ordinis Minimorum, S. Theologiæ Magiſter, Dominicus Sturani Sacræ Theologiæ Doctor, ac Orator egregius, Lucas Ferrari Ferrarienſis, Philoſophiæ Lector, Rev. Auguſtinus Maria Sonſis Cremo-

(a) *Congr.* 19. *Luglio* 1719. *fol.* 184. (b) *Guarini, Chieſe, libr.* 1.

monenſis, Rhetoricæ, Poeticæque Præceptor eruditiſſimus, ac Scientiarum ſublimiorum peritiſſimus, aliique plures, itàut Seminarium hujuſmodi nihìl cæteris Italiæ cultioribus invidendum habere cenſeamus. Placuit quoquè Studii noſtri Congregationi Sacræ Scripturæ Lectŭram, quæ ab anno 1615., uſquè ad præſentem ſiluerat (*a*) excitare. Sed & alia Cathedra, Moralis ſcilicèt
Theologiæ primùm in Studio erecta, honoris tantummodò gra- 1723
tiâ, nullâque eidem mercede conſtitutâ, ut ex Congregationis (*b*) decreto apparet; quòd paritèr circà prædictam Scripturæ Sacræ Cathedram ſancitum eſt. Feliciſſimus deindè Urbi noſtræ annus
1725., eo etenìm decurrente Eccleſia Ferrarienſis, coràm Roma-
no Concilio, per id tempus à Benedicto XIII. congregato Sanctæ 1725
Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubiecta declarata eſt, adversùs Ravennatenſem Archiepiſcopum, qui antiquis contentionibus inſtauratis, eam ſuæ Metropolis Suffraganeam pronunciari ſatagebat. Hanc Eccleſiæ ſuæ, ac Ferrarienſi populo victoriam, Urbe noſtrâ adhærente comparavit Eminentiſſimus Thomas Ruffo glorioſiſſimum Purpuratorum Patrum, Sacrorumque Antiſtitum decus; armorum verò loco uſus eſt Diplomatibus Paſchalis II. edit. anno 1106., Inncenti II. 1133. publicat. in Concilio Lateranenſi anno 1139., Cæleſtini II. 1143., Lucii II. 1144., & Nicolai V. 1147., aliorumque Ferrarienſem Eccleſiam Romanæ Sedi tantummodò ſubditam fore decernentibus. Sed lubet hìc nuperrimam hanc Romani Concilii Sententiam regiſtrare.

Die 21. Maii 1725. Feriâ ſecundâ infrà Octavam Pentecoſtes, in Ædibus Emi D Cardinalis Barberini habita fuit S. Congregatio deputata à Sanctiſſimo D. N. Benedicto PP. XIII. in Cauſâ Ravennatenſ. Juris Metropolitici verten. intèr Illmum, & Revmum D. Archiepiſcopum Ravennatenſ., & Emum, & Revmum D. Cardinalem Epiſcopum Ferrariæ, adhærente Civitate ſupèr Eccleſiâ Ferrarienſ.; vigore Commiſſionis à Sanctiſſimo D. N. ſignat. hujus tenoris, videlicèt.

Ravennatenſ., & Ferrarienſ.

Ortâ Controverſiâ intèr Archiepiſcopum Ravennatenſ., & Epiſcopum Ferrarienſ. ſupèr ſuffraganeitate iſtius Eccleſiæ præfato Archiepiſcopo,

Z *eâque*

(a) *Congreg* 25. *Novembre* 1722. *fol.* 19. (b) *Congreg.* 21. *Giugno* 1723. *fol.* 21.

eâque forsàn in juditium deductâ, & adhùc indecisâ pendente, Nos qui pro moderandis moribus, corrigendis exceſſibus, controverſiis componendis, aliiſque à Sacris Canonibus permiſſis juxtà præſcriptum S. Conc. Trident. Seſſ. 24. de reformat. cap. 2. Concilium Romanum indiximus, etiàm ſuprà relatam controverſiam. An Eccleſia Ferrarienſ. ſit immediatè ſubiecta Sedi Apoſtolicæ, vèl potiùs ſuffraganea Metropolitanæ Eccleſiæ Ravennatenſ. *componere, definire, & terminare cupientes, Motu proprio, & non ad ullius Partis inſtantiam ex certâ ſcientiâ, & de noſtræ Poteſtatis plenitudine à quocumque Judice, Tribunali, Congregatione, etiàm S. R. E. Cardinalium quacumque ſpeciali notâ dignâ, illam avvocantes, committimus eidem Sanctmo præſenti Concilio cùm facultate prò promptiori cauſæ expeditione eligendi, & deputandi nonnullos S.R.E. Cardinales, Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque Patres ejuſdem Concilii in S. Theologiâ Magiſtros, & reſpectivè in Decretis Doctores, qui auditis Partibus per eorum Procuratores, ſeù Defenſores, proùt Juris eſſe cenſuerint, durante tempore ſupradicti Noſtri Concilii definiant, decernant, & componant, cùm facultate procedendi, cognoſcendi, & definiendi, tàm diebus feriatis, quàm non feriatis, præterquàm in honorem Dei, ſimplicitèr, ſinè ſtrepitu, & figurâ juditii, & ſolâ facti veritate inſpectâ, nec non per contradictas, quatenùs Partes monitæ intrà præfixum tempus non compareant, vèl eorum Jura non deducant, abſquè tamèn Regeſtro, & Propinâ, & per acta Concilii, ejuſque Prothonotarium, omni, & quocumque recurſu, & appellatione remotis, ac impoſito perpetuo ſilentio, non obſtantibus Noſtrâ, & Cancellariæ Apoſtolicæ regulâ De Jure quæſito non tollendo, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus, Statutis, Ordinationibus, Privilegiis, Conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.*

BENEDICTUS PP. XIII.

Cui quidèm Congregationi deputatæ, abſente dicto Emo Barberino, proptèr corporalem indiſpoſitionem interfuerunt.

Emus D. Card. Ptolomeus.
Emus D. Card. de Polignac.
R. D. Archiepiſcopus.
R. D. Archiepiſcopus Niſibenus.
R. D. Epiſc. Neritonenſ.
R. D. Epiſc. Anagninus.
R. D. Epiſcopus Spoletanus.
R. D. Epiſcopus Civitatis Plebis.
R. D. Epiſcopus Volateranus.
R. D. Epiſcopus Melphitenſ.

R. D.

R. D. Epiſcopus Civitatis Caſtellanæ.
R. D. Epiſcopus Triventinus.
R. D. Epiſcopus Melitenſis.
R. D. Epiſcopus Eleuſinus.
R. D. Epiſcopus Reatinus.
R. D. Epiſcopus Nucerinus;

Per quos datâ Cauſidicis Defenſoribus Partium ibi præſentibus permiſſione introeundi, ſi voluiſſent ad informandum etiàm collegialitèr vivâ voce ipſos Congregatos, poſtquàm Jura ſuorum Principalium jàm ſingulis Partibus exhibuerant in ſcriptis, ad trutinam vocato Articulo, eoque maturè diſcuſſo, ac diligentiſſimè examinato, tandèm prodiit hoc Decretum.

Conſtare de immediatâ ſubiectione Eccleſiæ Ferrarienſ. S. Sedi Apoſtolicæ, nequè illam eſſe Suffraganeam ulli Metropolitano.

Et facta deindè Sanctiſſimo D. N. relatione reſolutionis per dictam S. Congregationem particularem captæ, cùm coràm publico Concilio Romano in Seſſione habitâ die 22. ejuſdem Menſis pro parte Revmi Archiepiſcopi porrectus fuiſſet ſupplex libellus, in quo ſupplicabat pro novâ Audientiâ, & SSmus D. N. mandaverit Memoriale prædictum referri in proximâ Congregatione Præſynodali habendâ die 25. dicti Menſis, in quâ de Mandato SSmi expetitis votis EE. DD. Cardinalium, & RR. PP. proptèr uniformitatem nonaginta ſuffragiorum in ſenſu negativo, Sanctiſſimus D. N. denegari mandavit.


Viguerat in Ferrarienſi Univerſitate, ut aliàs diximus, Græcarum Litterarum Studium; ſed cùm ab Anno 1624. uſquè in præſens earundem Cathedra, Doctoribus deficientibus fuiſſet intermiſſa, tandèm Congregationis juſſu (*a*) reſtituta eſt; Lecturâ tamèn, quæ quondàm ſtipendium habuerat in honorificam commutatâ. Paulò poſt Studium noſtrum, ac Civitas univerſa 1726
Civem amantiſſimum de ſe millies optimè meritum, præclariſſimum Juris Conſultum, ac Rotæ noſtræ Auditorem Marcum Antonium Freguglia ammiſſum ingemuit: Hic cum Patriæ arduis in rebus operam ſtrenuiſſimè impendiſſet, præſertìm in controverſiâ Aquarum Reni Fluminis intèr Ferrarienſes, ac Bononienſes per ſæcula agitatâ, Romæ, Bononiæ, ac alibì patria jura

(a) *Congr. 25. Novembre 1725 pag. 39.*

ſuſtinendo, extremos etiàm venerandæ ſenectutis dies Civium ſuorum utilitati conſecravit; nàmque à Decemvirali Magiſtratu Faventiam miſſus, ut ibidèm in Congreſſibus coràm Emo Julio Piazza, recolendæ memoriæ Epiſcopo Faventino, in Reni prædicti causâ Apoſtolico delegato Reipublicæ noſtræ jura, adversùs Bononienſes, Ravennatenſes, ac alios tutaretur, dùm in eadem Civitate, unà cùm Equite prudentiſſimo Co: Euſtacchio Criſpi, ac Romualdo Valeriani Mathematico celeberrimo injuncto ſibi muneri ſatisfaceret, violento correptus morbo die 4. Januarii 1726. animam Deo reddidit. Tanto viro in unâ Scholarum Superiorum Univerſitatis noſtræ poſitum Elogium eſt; ſed de eo ſatìs. Actum eſt prætereà (*a*) de Juditio inſtruendo adversùs bona quondàm Marchionis Camilli Valengho, prò Capitali Cenſus Scutorum quatuor millium veteris Ferrarienſis monetæ ab eodem per Studium noſtrum acquiſiti die 30. Auguſti 1629., ac pro fructibus ſupèr eo decurſis in ingenti ſumma Scutorum 17512:72:8. propterea Advocatus, Cauſidicuſque à Congregatione ſpecialitèr electi, ut bona Emphyteotica, ac alia, quæ à prædicto Marchione Valengho poſſidebantur Studii favore vindicarent. Viſum
1727 deindè eſt ad ampliorem Studii noſtri dignitatem pertinere, ut honorifica in eo ordinaria Cathedra erigeretur Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, Controverſiarumque circà eamdem occurrentium; ſicque pleniſſimis Congregationis (*b*) ſuffragiis eam in Artiſtarum Rotu-
1728 lo deſcribi ſancitum eſt. Deindè Cathedralis Eccleſia, quæ anno 1135. à Gulielmo Adelardi Bulgari filio Anchonæ Marchione, potentiſſimoque Ferrarienſis Populi Principe ad Gothicæ Architecturæ normam, ut Icon oſtendit, conſtructa fuerat, in nuperrimam formam, Archetypo inſigni Viro, ac Cive noſtro Franciſco Mazzarelli intrinſecùs reformata in tertiâ vix parte ab Eminentiſſimo Thaddeo à Verme, in reliquis ſucceſſivè ab Emo Præneſtis, ac Ferrariæ Antiſtite, à Latere Legato, ac Parente clementiſſimo Thomâ Ruffo, ab eodem, hoc anno 1728. ſolemnitèr eſt conſecrata; per nos autèm liceat antiquam interiorem Templi ſtructuram (exteriori enìm nihìl ferè detractum eſt) litteris commendare. Templum in quinque diſtinctum naves columnis quadraginta lateritiis innitebatur, itaùt pulcherrimam columnarum ſylvam ingredientium oculis obijceret; hæ autèm marmoreis erant baſibus Epyſtiliiſque decoratæ, epyſtilia verò affàbræ ſculpta in angulis homi-


(a) *Congr.* 4. *Aprile* 1726. *fol.* 42. (b) *Congr.* 6. *Novembre* 1727. *fol* 49.

Dimidium interioris proſpectus Eccleſię Cathedralis Ferrarię, antequàm in nuperriorem formam redigeretur.



1. *Navis Maior.*
2. *Navis Media.*
3. *Navis Minor.*
4. *Pulpitum Marmoreum.*
5. *Nouem gradus.*
6. *Ara Maior.*
7. *Sacrarj Porta.*
8. *Chorus.*
9. *Antiſtitis Sedes.*
10. *Cori Sedilia 156.*
11. *Cantorum Podia.*
12. *Ara SS. Crucifixi.*
13. *Ara S. Angeli Cuſtodis.*
14. *Ara Deiparę de Columna dictę.*
15. *Roſtra Navium.*
16. *Ara Pietatis.*
17. *Muſicorum Podia.*
18. *Ara Nomis Ieſu.*
19. *Porta Menſium dicta.*
20. *Ara D. Antonij Abbatis.*
21. *Ara S.S. Vincentij, et Margarite.*
22. *Ara S. Ludovici.*
23. *Fons Baptiſmatis.*
24. *Arcus Muſivo opere veſtitus.*
25. *Laquear Stellis auratis ornatum.*

hominum, brutorum, avium, reptiliumque imagines exhibebant; laterales magnæ Navis muri, antheridibus ad tectum uſquè ſupereminentes xiſtis, qui columellis marmoreis diſtinguebantur erant perforati; altiùs verò, triplex feneſtrarum ordo (ſexaginta erant) conſpiciebatur, quorum ſuperior xiſtis mediantibus lumen navibus minoribus communicabat; Sublimia Templi laquearia ex ligneis tabulis ceruleo pictis, ac teſſelato opere elaboratis; in teſſelo autèm quolibet bracteata micabat ſtella, adeò ut jucundiſſimam ſerenæ noctis imaginem cernere credidiſſes. Lytoſtrotum albi, rubei, ac cyanei coloris lapides marmorei miro quoddam compacti ordine efformabant; Marmoreum quoquè pulpitum intèr utramque columnarum antheridis quintæ à dexterâ in Templum ingredientis parte protenſum, anaglyptiſque exornatum aſſurgebat; at (quòd periiſſe illachrymandum) in ingenti arcu Aræ majori impendente, laquearque Navis Magnæ à Chori fornice diſcriminante Dominicæ Incarnationis Myſterium, perantiquo muſivo opere expreſſum cernebatur, ibique è Prophetarum cujuſdam manu (eos namque Artifex unà cum Angelis myſterio famulantes effinxerat) libellus dependebat, in quo caracteribus complicatis, quemadmodùm ſequens demonſtrat forma, vetuſtiſſima hæc carmina, antiquiſſimum, pretioſiſſimumque Italicæ Poeſis monumentum legebantur.



ſic autèm ſonant.

Il mille cento trentacinque nato
Fo queſto Tempio à Zorzi conſecrato
Fo Nicolao Scolptore
E Glielmo fo L' Autore.

Hæc eadem ferè explicat latinum Tetraſticon, quòd in ſemicirculo exteriori Januæ majoris uſquè ad hodiernam diem marmori inſculptum legitur. Eſt autèm hujuſmodi.

Anno mileno centeno ter quoquè deno
Quinque ſuperlatis ſtruitur domus hæc pietatis
Artificem gnarum qui ſculpſerit hæc Nicolaum
Hùc concurrentes laudent per ſæcula gentes.

Nicolaus verò hìc memoratus Ferrarienſis fuit, de Terrâ Vici Aureoli, vulgò nuncupatâ Figarolo, ut teſtatur Georgius (*a*) Vaſari. Cæterùm Italica allata carmina Ferrarienſis fortaſsè Auctoris eſſe putat eruditiſſimus Vincentius (*b*) Gimma, ac antiquius præ cæteris ab eo recenſitis Poeſis noſtræ monumentis eſſe oſtendit, utpotè anno 1135. confecta, iiſque utitur adversùs Provinciales, vetuſtiorem noſtrâ eorum Poeſim eſſe contendentes. Sèd ut ea, quæ de interiori antiquæ Cathedralis formâ dicere aggreſſi fuimus abſolvamus, hòc addendum, quòd cùm lytoſtrotum demoliretur, ſub eodem in majori nave circà Templi medium Guilielmi Marcheſellæ Adelardi conditoris ſepulchrum apparuit, Hiſtoricis noſtris, ipſique Marco Antonio (*c*) Guarini viro alioquìn accuratiſſimo ignotum; ubì enìm de Cathedrali Eccleſiâ ſermonem habet, non certò Guilielmum ibì tumulatum ſcribit, utpotè cui ſepulchrum lytoſtroto obductum minimè innotuit, ſed tantùm id ex Majorum traditione ferri exprimit: Lapis verò ſepulchralis, carminibus hiſce Leoninis, Gothico caractere exaratis inſculptus erat.

Strenuus hìc miles mores, artuſque Seniles
Depoſuit tardus noſter Princēs Adelardus.

Guil-

(a) *Vite dei Pittori, Scultori, &c.* (b) *Ideā dell' Italia Letterat. Tom.* 1. *cap.* 22. *art.* 1. *num.* 14. *e* 15. (c) *Guarini, Chieſe di Ferrara, libr.* 1.

Guillielmus Sævo quē genuit Bulgarūs ævo,
Quem pietas charū, & bōn munificentia clarū
Fecit, qui plenos ſempr̄ mandavit egenos,
Qui Populo exemplum ſtruxit hoc de marmore templū
Cleſtinus planxit triſtiſque Hugutio manxit.
Marcheſilla orat virg., Atto in funere plorat.
Annis millenis centum ſex, & noāgenis
Per meritum Xpī requiem depoſcimus iſti.

Quæ inſcriptio eodem in loco, ubi Sepulcrum repertum eſt, in novo lapide, (antiquus enim Fabrorum murariorum culpâ fractus) sed Romanis characteribus reſtituta. Aliud nos legiſſe Epitaphium meminimus apud Jacobum (*a*) Salomoni, Ateſte poſitum ſuper tumulo nobiliſſimi Nicolai de Carrariâ anno 1340. cujus carmen primum hujuſmodi eſt

Strenuus hic miles mores indutus heriles
Armis &c.

quòd totum ferè ab Epitaphio Guilielmi noſtri ad illud Carrariæ translatum eſt. Cæterum irrefragabile lapidis Guilielmi documentum nonnulla apud Ferrarienſes Hiſtoricos corrigenda eſſe demonſtrat; cùm enim Epitaphium oſtendat Guilielmum Bulgari filium fuiſſe, Cathedralem ſtruxiſſe, ac Marcheſellam Neptem, unà cum Azzone Eſtenſe in funere plorantem inducat, dicendum eſt Gaſparem (*b*) Sardi, qui Cathedralis fundationem, aliaque, de quibus in inſcriptione Guilielmo noſtro aſſerit, eidem perperàm Guilielmum alterum patrem inducere. Senioris Guilielmi filium credidit Marcus Antonius (*c*) Guarini Guilielmum Eccleſiæ S. Mariæ in Belieme vulgò nuncupatæ fundatorem, quem in eâdem tumulatum ſcribit, ac diverſum à Cathedralis fundatore; inquit enim Majorum traditione ferri, in Cathedrali (*d*) prædictâ humi fuiſſe mandatum; ſed cùm reperta inſcriptio Guilielmo Bulgari filio Cathedralis erectionem maniſeſtè tribuat, cùmque is, Epitaphii teſtimonio, ſenio confectus extremum obierit diem anno 1196., quo pariter anno vitâ functum Guilielmum aſſerti Guilielmi filium Sardi, ac Guarini perhibent, haud ineptè argui poſſe arbitramur, Guilielmum noſ-

(a) *Salomoni, Agri Patavini Inſcriptiones, pag. 71.*
(b) *Sardi, Hiſtor di Ferrar. libr. 2.* (c) *Guarini Chieſe, lib. 6.*
(d) *Detto Guarini, lib. 1.*

trum in duos fuiſſe diviſum, niſi dicere velimus filium nonagenarium uno, eodemque anno, quo pater deceſſiſſe: At hæc obitèr, diligentiori enìm, longiorique diſertatione indigerent. Quò verò ad Gothicam Templi exteriorem formam, hæc intacta permanſit, exceptis tantummodò Portæ, quæ meridiem ſpectabat ornamentis, Eminentiſſimi de Verme tempore confractis; divinari autèm neſcimus, cur locò mota, dirutaque ſint, cum interiori Eccleſiæ reformationi nihil obeſſe poſſent, exteriori pulchritudini valdè conferrent: Porta, Menſium vulgò vocabatur, quoniàm Ruſticorum opera Menſium unicuique congruentia in ejuſdem arcu marmoreo ampliſſimo, anaglypticis figuris expreſſa cernebantur; in ejuſdem verò Semicirculo Redemptoris effigies Aſpidem, ac Baſiliſcum conculcantis, ac dexteram in benedicentis modum prötendentis prominebat, his additis carminibus.

Nèc Deus eſt, nèc Homo præſens quam cernis imago
Sed Deus eſt, & Homo præſens quam ſignat imago.

Variæ etiàm circà portam eandem Veteris Teſtamenti Hiſtoriæ à Mundi exordio uſquè ad Abrahæ ſacrificium ſculptæ, & ſequentibus verſibus, ac S. Scripturæ Sententiis animatæ.

Omne genus rerum proceſſit ſorte dierum
Adam de Limo formatur tempore primo
Viva primæva de coſtâ fingitur Eva
Livor Serpentis mutavit jura parentis
Oſtia fert . ( ) *placet is, qui detulit agnum*
Juſtus Abel moritur, & fratris fuſte feritur.
Ubi eſt Abel frater tuus. Numquid ego Cuſtos ejus ſum.

Arcam inibi quoquè Diluvii fluctibus innatantem Sculptor effinxerat; in eâ verò plures feneſtrarum ordines, è quibus ſpecierum diverſarum animalia diuturni tanquàm carceris tædio affecta, capita exerebant; aliaque id genus multa, quæ miſſa facimus, ut ad Hiſtoriam noſtram revertamur. Luctuoſam Ferrarienſis Univerſitas jacturam paſſa ob mortem celeberrimi Juris-
1729 conſulti, & amantiſſimi Præceptoris mei Cæſaris Pariſi Favalli, die 16. Februarii 1729. inopinatò ſecutam, dumque optimâ frui valetudine videretur: Ejuſdem obitu Civitas univerſa eſt animo conſternata, tot enìm, tantiſque virtutibus coruſcabat, adeò

pol-

pollebat legali ſcientiâ, omnimodâque eruditione, eâ morum comitate excellebat, ut ſibi cunctorum animos arctiſſimis benevolentiæ vinculis deviciſſet: Clementis XI. Pontificis Optimi Maximi, multis prò Apoſtolicâ Sede exantlatis laboribus gratiam promeruit, à quo locum intèr S. Romanæ Rotæ Auditores ſibi ultrò oblatum ne Patriam, amicoſque chariſſimos deſereret intrepidè recuſavit: Ad maximum gloriæ ejuſdem cumulum accedit, quòd Nobiliſſimi Litterarii Cœtus, cui Sylvæ nomen indidit, inſtitutor, quandiùque intèr vivós egit moderator, ac receptator fuerit; Sylva illa, quæ poſtmodùm in Ædibus Excellentiſſimorum Dominorum Bentivoglio de Aragoniâ Hiſpaniarum Magnatum, ſub auſpiciis, immortalis recordationis, Eminentiſſimi Principis Cornelii Bentivoglio S. R. Eccleſiæ Cardinalis ampliſſimi, ac pro inviĉtiſſimo Hiſpaniarum Rege Romæ Oratoris conſtitit, viguitque. Sequenti anno, cùm expleto jàm Rhetoris 1730
triennio tempus novæ conductionis ineundæ adveniſſet, ad Majorem Scholarium Univerſitatis commodum (*a*) hujus facultatis Cathedra ex temporali perpetua declarata eſt, nec non bifariam diviſa, duobuſque Lectoribus collata, quorum unus in ſerò materias in Conſtitutionibus ad Rhetoricæ Theoricam præſcriptas, alter verò, in mane Rhetoricæ, ac Poeticæ praxim, Græcorum Auctorum exemplis fulcitam legere teneretur; Lecturæ itèm ſtipendium intèr Lectorum utrumque æqualitèr diviſum eſt. His 1731
conſtitutis, ut ſibi debitum Doctorum quilibet locum in publicis functionibus, quæ in Lyceo peragi ſolent obtineret, nève impoſterùm queſtiones præeminentiæ causâ orirentur, ſtatuit (*b*) Congregatio, quòd in quacumque Theſium defenſione, vel quovìs actu alio ibidèm publicè habendo Lectores Ordinarii Extraordinariis præferantur, quamvìs actio, cui intereſſent, diverſam ab eâ, quam ipſi profiterentur facultatem reſpiceret. Eodem anno nova in Artiſtarum Rotulo Lectura, Linguæ Hebraicæ ſcilicèt annuente Congregatione (*c*) deſcripta eſt, cum ſe Civis noſter ex Ordine Eremitarum Excalceatorum S. Auguſtini gratìs publicè lecturum obtuliſſet. Paulò poſt Decretum (*d*) exiit, de veteri Anathomiæ Theatro, quod anguſtum, ineleganſque eſſet, deſtruendo, novoque ampliorem, ac elegantiorem in formam ædifican-

---

(a) *Congreg.* 31. *Ottobre* 1730. *fol.* 71., *e* 17. *Marzo* 1731 *fol* 75.
(b) *Congr.* 25. *Maggio* 1731. *fol* 76. (c) *Congr.* 11. *Giugno* 1731. *fol.* 79.
(d) *Congr.* 25. *Novembre* 1731. *fol.* 82.

cando, cùm præſentes Studii vires ſumptui in id operis erogando ſatìs eſſe viderentur: Locus itaquè Theatro in eo Ædis Paradiſi latere, quod viam *Inferno* nuncupatam reſpicit delectus, manuſque illicò operi admotæ; eo autèm vix inchoato, lateralis muri in viâ prædictâ, tectique vitium apparuit, ità ut illum, veteri dirruto iterùm à fundamentis excitare, hoc ex integro conſtruere oportuerit: Loco tandèm parato, in inferiori ejuſdem parte pulchrum, ac Nobile Theatrum, juxtà præſcriptam à Franciſco Mazzarelli celebri Archetypo normam, prò Anathomiſtis conſtructum eſt, Superior verò ad Bibliothecæ uſum, ſi quandò adornare contigerit, eſt reſervata. Eodem labente anno Caupona *Della Fraſchetta* ex Studii juribus Franciſco Lini ad uſum conceſſa, ſub annuo Scutorum decem & octo Canone, ut conſtat ex Inſtrumento (*a*) recepto per Ignatium Borſetti die 18. Junii anni prædicti 1731., actumque paritèr de locandis bonis in Villâ *Sabioncello* poſitis, quæ hoc ſæculo Studium evicerat, ob jura Cenſus Gualenghi aliàs memorati; ſed cùm unici oblatoris apolicea tenuem valdè ſummam, meritoque imparem obtuliſſet, eam Congregatio (*b*) repudiavit.

1732 Statutum deindè, ut prò majore Studii dignitate, Doctorumque, ac Scholarium Medicæ facultatis profectu Anatomiæ Lectura, pòſt mortem Franciſci Giuſtini Lectoris tùnc viventis per turnum à Lectorum Philoſophiæ, & Medicinæ quolibet (*c*) ad annum exerceri deberet; quòd poſteà anno 1735. ob ſecutam Lectoris prædicti mortem (*d*) executioni mandatum, edictumque, ut turnus à Cl. V. Egidio à Fabrâ Philoſophiæ Lectore Primario electivo inciperet. Nobis verò ab Almâ Studii noſtri

1734 Congregatione (*e*) die 9. Decembris habitâ, cui interfuerunt Illuſtriſſimus D. Marchio Lancellotus Villa Sapientum Judex, Domini Egidius à Fabrâ Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctor, Thomas Fabri Juris utriuſque Doctor, Petrus Manzieri Juris utriuſque Doctor, Conſtantius Surchi, Albertus Filippi, Joſeph Zannotti, & Laurentius Berſanini Magiſtratus Sapientes, ac Donus Guido Bentivoglio Reformator, Scuta centum quinquaginta ex Studii ære aſſignata ſunt, in editionis Hiſtoriæ hujuſmodi ali-

1735 quale ſubſidium, quòd omnibus teſtatum volumus, ut noſter in Be-

(a) *In Cattaſtro AAA. pag* 153.
(b) *Congr.* 11. *Giugno* 1735. *fol.* 78.
(c) *Congr.* 10. *Novembre* 1731. *fol* 85.
(d) *Congr.* 5. *Marzo* 1735. *fol.* 102.
(e) *Congr* 9 *Decembre* 1734 *fol.* 98.

Benefactores tantos perpetuò animus innoteſcat. Poſt hæc Congregationis Decretum (*a*) prodiit, quo ſancitum experimenta quæddam idoneitatis ab iis præſtari, qui Rotulorum Cathedras conſequi vellent, ut ipſæ à Lectoribus ſcientiâ præclaris exercerentur. At nobis extremam priori huic Hiſtoriæ noſtræ Parti manum impoſituris opportunè accidit, ut eam magno Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Dom. Cardinalis THOMÆ RUFFO Ferrarienſis Antiſtitis, noſtrique Mecænatis clementiſſimi nomine decoremus: Hic poſtquàm Ferrariâ ſuâ, cunctis mærentibus, ac ingemiſcentibus, ut Romam peteret, receſſiſſet, in eo totus fuit, ut Eccleſiam hanc, Gregem, Urbemque dilectiſſimos novis ornamentis, ac Privilegiis illuſtraret: Maximum profectò ipſis hoc eodem anno decus comparavit; tanti etenìm Principis Meritis, Zelo, Virtutibus, Operibuſque apùd Sanctiſſimum Patrem, ac Dominum Noſtrum CLEMENTEM XII. vèl tacitè perorantibus, inſignis Ferrarienſis Eccleſiâ ab Epiſcopali ad Archiepiſcopalem Dignitatem Apoſtolicâ auctoritate elata eſt. Prò hac Eminentiſſimi Principis Dignitate non ipſi tantùm talia, ac majora promerito, ſed etiàm Doctorum Univerſitatis noſtræ Collegiis, quorum ille Magnus Cancellarius, totæque Ferrarienſi Civitati magnoperè gratulamur, ſummas Patri Sanctiſſimo gratias humillimè rependentes, quòd de Urbe, Subditiſque ſuis fideliſſimis optimè ſenſerit, eoſque Apoſtolicis etiàm, quæ ſuprà retulimus, præconiis exornarit.

Sequuntur Statuta Univerſitatis Scholarium Medicorum, & Artiſtarum, proùt jacent in antiquo Codice, libr. II. pag. 114. *memorato; ubi autem* * *inveneris, intelligas locum mutilum eſſe, vèl depravatum.*

STA-

(a) *Congr.* 21. *Giugno* 1735. *fol.* 103.

STATUTA
UNIVERSITATIS SCHOLARIUM ARTISTARUM
ALMI FERRARIENSIS GYMNASII

Prohæmium Statutorum Univerſitatis Scientiæ Medicinæ, & Artium Civitatis Ferrariæ.

Quòd Univerſitas habeat pro Capite, & Duce unum Rectorem. Statutum I.

QUoniàm ſinè Duce, & Capite nulla Univerſitas, nullumque Corpus, ſivè Collegium rectè regitur, ducitur, ſivè gubernatur; Idcircò prò regulatione, conſervatione, augumentationeque Univerſitatis prædictæ, & Scholarium ipſius, in primis Statuerunt, quòd Univerſitas prædicta Scholarium Forenſium Medicorum, & Artiſtarum Studii Civitatis Ferrariæ ſempèr habeat, & habere debeat prò ſuo Capite, Duce, & Rectore unum probum Virum ſcientiâ, moribus, & virtutibus ornatum de Univerſitate prædicta: Qui Rector ipſius Univerſitatis, & Scholarium ejuſdem communitèr, & publicè nominetur, & ſit, cujus offitium inchoetur, finiatur, & duret, proùt in Statutis inferioribus continetur: Et habeat juriſdictionem in Scholares Univerſitatis prædictæ, & quoſcumque alios, qui legibus, & Statutis dictæ Univerſitatis directè, vèl per obliquum ligari poſſunt, proùt in dictis Statutis continetur. Itèm Conſiliarios habeat etiàm dicta Univerſitas, unum Sapientem, qui dictorum Statutorum virtute ſit, & eſſe intelligatur, Sapiens, & Protector dictæ Univerſitatis, & Scholarium, & unum Notarium, qui ſit Notarius, & de ſocietate Notariorum Civitatis Ferrariæ intelligentem, & doctum, qui ſcribat, & conficiat Scripturas Univerſitatis prædictæ, & acta Cauſarum agendarum, & agitandarum coràm ipſo Rectore, ſententias, & præcepta per ipſum ferenda, & fienda, & alia quæcumque, quæ per ipſum, ſeù coràm ipſo fieri, ſeù agitari continget ſcripturâ digna. Itèm unum Bidellum generalem, per quem ſerviatur ipſi Rectori, & dictæ Univer-

verſitati, & Scholaribus. Itèm unum Depoſitarium generalem, per quem recipiantur, cuſtodiantur, ſerventur, & expendantur, ſi opus fuerit, omnes, & ſinguli introitus Univerſitatis prædictæ: Reddaturque ſuæ geſtionis, & adminiſtrationis ratio tempore debito, & alia quæcumque fiant, quæ, & proùt eidem, & ejus offitio per Statuta iniungentur: Et prò labore, & proptèr multas occupationes ratione dicti offitii habeat Ducatum unum, & teneatur fidejubere infrà octo dies prò Ducatis centum auri, alitèr nisì infrà dictum terminum fidejuſſerit, ipſo facto electio ſit nulla. Quorum omnium, & ſingulorum officium, juriſdictio, & poteſtas sìc inchoetur, & fiat, ſecundùm, & proùt per ipſa Statuta ordinabitur, & ſint, & eſſe intelligantur Officiales prædicti, & dictæ Univerſitatis, de quibus in ipſis Statutis continebitur. Et quia decens eſt Scholares Univerſitatis prædictæ ſentire paritèr de commodo, & incommodo Univerſitatis, ac honore, quòd commodè fieri non poſſe videtur, nisì ad ordinem reducantur, ſecundùm quem offitia, benefitia, & honores ſucceſſivè, & æqualiter conferantur; Statuerunt quòd Scholares Univerſitatis prædictæ dividantur, & ſint, & eſſe intelligantur diviſi in quatuor Nationes, ſcilicèt Lombardorum, Romanorum, Thuſcorum, & Ultramontanorum, quæ omnes Nationes ſimùl unitæ, & conjunctæ Univerſitatem faciant antedictam, de quibùs ordine, modo, & tempore, & formâ compræhenſis in Statutis eligantur Rector præfatus, & Conſiliarii, de quibus in dictis Statutis continebitur.

Quòd electio Rectoris fiat per Nationes. Statutum II.

Itèm prò coæquatione Nationum prædictarum; & ut in electione jàm dicti Rectoris ordine debito procedatur, & ut ad dictum Officium quilibet idoneus, ordine tamèn, & modo debito pervenire poſſit, & tollatur materia jurgiorum, ſcandali, & diſſenſionis, ſtatuerunt, quòd per dictas Nationes quilibet Rector de cætero eligendus, ordine tamèn infraſcripto eligatur, & fiat, ſcilicèt, quòd primus Rector, quem eligi contigerit in futurum, ſecundùm formam præſentis Statuti, ſit, & eſſe debeat Lombardus de Natione Lombardorum, ſecundus verò ſit, & eſſe debeat de Natione Romanorum, tertius de Natione Tuſcorum, quartus de Natione Ultramontanorum, quibus finitis, reinchoetur, de novoque procedatur, & fiat ordine ſupraſcripto, sìc ſucceſſi-

ceſſivè in perpetuum: Et ſi contingat aliquam Nationum prædictarum eo tempore, quò ipſius novi Rectoris electio fieri debeat, allegare inſufficientiam, vel aliam quamcumque cauſam, proptèr quam ſe excuſaret, vèl excuſare vellet ab electione Rectoris fiendâ, tùnc antequàm ad aliam ſequentem Nationem devolvatur electio, per Rectorem, qui prò tempore fuerit aggregentur aliæ duæ Nationes, exclusâ dictâ Natione ſe excuſare volente, & aliâ ſubſequendâ; Et prædicta per ipſum Rectorem intèr dictas duas Nationes proponantur, & intèr eas fiat partitum cùm fabis, ſcilicèt albis, & nigris de causâ allegatâ, ſcilicèt utrùm ſit ſufficiens, & admittenda, vèl nòn, & ſi majori parti videbitur cauſam allegatam ſufficientem, & rationabilem eſſe, procedatur ad electionem faciendam de ſequenti Natione, aliàs procedatur ad electionem fiendam de Natione prædictâ, ſe excuſare volente; Et quilibet electus teneatur, & debeat electionem de eo factam acceptare ſub pœnâ in Statutis comprehensâ; Et ſi talis electus, ut ſuprà, non acceptaverit cùm effectu, ad electionem fiendam de ſequenti Natione procedatur. Et sìc ſucceſſivè fiat, ut ſuprà.

De modo, & formâ electionis novi Rectoris. Statutum III.

Quià omnis Subditorum ſalus ab ipſo Rectore, & Duce dependet, & ſecundùm Caput univerſa membra quodammodò regulantur, recipiuntque augumentum, & diminutionem, ex quibus quilibet regendus toto poſſe debet eſſe ſolicitus talem in Rectorem, & Ducem eligere, qui moribus, & ſcientiâ, & virtutibus alios antecedat, ex cujus gubernatione, & regimine omnia rectè procedant: Idcircò hujus deſiderii fervore ſoliciti providâ deliberatione ſtatuerunt, quòd in electione cujuslibet Rectoris Univerſitatis prædictæ impoſterùm eligendi, hac formâ, & ordine procedatur, videlicèt; Quòd ſingulis annis, die vigeſimo quarto Menſis Martii, ideſt in Vigiliâ B. Mariæ Virginis, de mane novi Rectoris electio fieri debeat in generali Univerſitate, nisì prò tùnc contingeret dies Hebdomadæ Sanctæ adeſſe, quòd ſi contingeret, fiat electio per dies XII. antè, prò quâ electione fiendâ quilibet Rector, qui prò tempore fuerit, tempore, & horâ prædictis Univerſitatem in loco conſueto congregare facere teneatur, sùb pœnâ 25. librarum Univerſitati applicandarum, & ſi in prædictis negligens fuerit, Univerſitatem prædictam, prò

dictâ

dictâ electione fiendâ, in ſequenti primò die immediatè poſt dictos dies, de mane, in loco prædicto Sapiens, qui prò tempore fuerit, aggregare facere teneatur, ſub pœnâ quinque librarum Ferrariæ, ipſo facto ab eo auferendâ, & dictæ Vniverſitati applicandâ, niſì in aliquo caſuum ipſe Sapiens ex legitimâ causâ excuſationem haberet; nàm ex tùnc Conſiliarii Vniverſitatis, qui prò tempore fuerint, teneantur, ſub pœnâ prædictâ, à quolibet ipſorum auferendâ, & prædictæ Vniverſitati applicandâ, dictam Vniverſitatem congregari facere in loco conſueto, & convenienti, ad quam Vniverſitatem ire, & ſe in eâ congregare teneantur, & ſtare omnes Scholares dictæ Vniverſitatis potentes dare vocem in dictâ Vniverſitate in eligendo Rectorem, ſub pœnâ præſtiti Sacramenti, & decem ſolidorum Ferrariæ, per Rectorem exigendâ, & Vniverſitati * Rectori denuntianti applicandâ, niſì juſtam, & legitimam defenſionem faceret, & haberet, quoniàm non fuiſſet, & ſtetiſſet, ut ſuprà; Et quòd Rector, qui tempore, quo novi Rectoris fienda erit electio fuerit, unà cùm Conſiliariis, sùb virtute aliàs per eos præſtiti Juramenti, antè tempus electionis fiendæ nominare debeant, omni ambitione, & Simoniâ ceſſante tres Scholares, & de Univerſitate Scholarium ſcientiæ Medicinæ, qui obtinuerint ex VIIII. propoſitis, & fuerint intèr Rectorem, Sapientem, & Conſiliarios per dictum D. Rectorem congregatos per dies tres antè, & qui audiverint Medicinam hic per duos annos, vèl uno anno ad minùs ſi reperiantur; ſi verò non, eligantur qui alibi Medicinam audiverint per idem tempus, de Natione, de quâ novi Rectoris eſſet fienda electio, quos, ſuâ ſententiâ putaverint ætate, moribus, & ſcientiâ, ac virtutibus prè aliis magìs idoneos ad offitium, & prò offitio Rectoratus; Et quòd non poſſit eligi alter, niſì unus de illis tribus datis prò Provinciâ, de quâ debet eligi, dùm tamèn non ſit aliquis Civis nativus Comitatus, vel Diſtrictualis Ferrariæ, aùt aliquis publicatus, aùt examinatus in Medicinâ, aùt aliquis, qui fuerit Doctor, aùt aliquis exercens Chirurgiam, vèl qui exercuerit tribus annis citrà, aùt etiàm aliquis, qui non vivat ſuis expenſis, aùt Patriæ ſuæ, aùt vixerit uno anno ſuis expenſis in Studio Ferrariæ; Et nullus Repetitor Logicæ, vel Grammaticæ, qui repetat Scholaribus pretio, vèl expenſis, nec ſit aliquis, qui ſit uxoratus, neqùe aliàs in uxore confirmatus; Et ſi fieri poſſet, ſit, qui promotus ſit ad primos Ordines Eccleſiaſticos, ſcilicèt ad primam Tonſuram, & qua-

quatuor Ordines Minores, & hoc quo * convenitur Judex competens Scholaribus Clericis fieri queat; Et nullus medicans, vèl Scriptor pretio, aùt qui fuerit medicans, Scriptor, Cirugiæ operans, repetitor, vèl qui etiàm vixerit expenſis alienis infrà annos tres nominari, & in Rectorem eligi non poſſit, aùt aliquo modo confirmari. Et in electione novi Rectoris ſervetur modus, & ordo, ut infrà ponitur in Statuto, poſito ſub Rubricâ: De his, qui poſſunt dare vocem in Vniverſitate. Et quilibet Conſiliariorum vocatus primus ad Rectorem ire teneatur, & eidem Sacramentum corporalitèr ſub hac formâ præſtare, quòd remoto odio, amore, prece, vèl pretio, lucro, vèl damno, ſuo, vèl alieno eliget Rectores meliores, vel provectiores de Vniverſitate Medicorum, & Scholares, qui non ſint prohibiti per Statuta dare vocem ad dictam electionem fiendam ex Nationibus, vel aliis de Natione, de quâ fieri debet electio, eligent eum, quem idoniorem, & ſufficientem putaverint ad offitium, & prò offitio Rectoratus. Quo Sacramento præſtito, ponatur partitum per Rectorem, vèl ejus Subſtitutum, cùm fabis albis, & nigris, ſimilitèr in qualibet electione, vel partito fiat cùm fabis albis, & nigris, vèl qualibet aliâ re apparente in pixide albâ, vel nigrâ: Statuentes inſupèr, quòd nullus Doctor Medicinæ, vèl legens Logicam, vèl Philoſophìam, vèl Aſtrologìam, vèl Rethoricam, vèl eorum Concurrentes, nisì eſſet Scholaris, qui ſe exercitaret in legendo aliquas Lectiones, vel legens de Lecturis ab Vniverſitate conceſſis. Et ſi contingeret in legendo, in horâ, in quâ debet dicta ſcientia legi, nòn poſſit dictæ electioni, aùt alicui alii faciendæ in Vniverſitate prædictâ intervenire, aùt voces, dare, aùt ſcrutinare, aùt alicui alii ſcrutinio, vel partito fiendo in dictâ Vniverſitate, vel intèr Conſiliarios intereſſe * pœnâ Rectorì XL. ſolidorum Ferrariæ prò qualibet vice; Nèc audeat ire ad Eccleſiam S. Dominici, vel venire ſub pœnâ cuilibet, qui contrafecit decem librarum; Statuerunt etiàm, quòd aliquis non procuret per ſe, vel per alium directò, vel per obliquum ſe eligi, vel nòn eligi in Rectorem; Et quòd aliquis Scholaris de Vniverſitate prædictâ non poſſit, nèc debeat per ſe, vel per alium ſolicitare, vel procurare, quòd aliquis eligatur in Rectorem, vel alium Offitialem Vniverſitatis, aùt voces aliquas de directo, vel per obliquum querere, ſeù procurare prò electione prædictâ, ſub pœnâ XL. ſolidorum Ferrariæ, & non præſtiti juramenti, ſed in propriâ conſcientiâ, & qualibet vice applicandâ, exigen-

gendâ, & dividendâ, ut ſuprà, & ſub dictâ pœnâ. Itèm quòd aliquis non audeat per ſe, vèl alium provocare, ſeù facere quòd preces, aùt rogamina aliqua porrigantur, aùt fiant prò acquirendo, vèl prò evitando per ſe, vèl per alium aliquo Offitio Univerſitatis, aùt prò evitandâ, vel impediendâ exactione alicujus, quam incurriſſet, qui veniſſet, ſeù feciſſet contrà aliqua Statuta Univerſitatis prædictæ, ſub pœnâ V. libr. Ferrar. prò qualibet vice exigendâ, applicandâ, & dividendâ, ut ſuprà, & ſub pœnis prædictis ipſi Rectori, qui in exactione prædictâ negligens fuerit. Itèm ſtatuerunt, quòd quilibet electus in Rectorem, modo, & formâ prædictis teneatur ipſe, vel qui ejus loco in Civitate Ferrariæ remanſiſſet, & ſi electus eſſet, ipſo exiſtente extrà Civitatem, & Diſtrictum Ferrariæ, acceptare ſi præſens fuerit in Univerſitate prædictâ tempore electionis, aliàs in primâ Congregatione Univerſitatis prædictæ, vèl quam primùm fuerit requiſitus per Rectorem Rectoratus Offitium prædictum acceptare, niſì tempus ad delibe-randum petierit, quo casù habeat ſpatium trium dierum, vèl plurium, ſecundùm Univerſitatis diſpoſitionem, in quibus diebus non ſe gerat prò novitèr electo. Et ſi ipſum Offitium antedictum infrà tempus prædictum, ubì tempus ad deliberandum petierit, vel incontinenti, vèl in primâ Congregatione, aùt cùm primò fuerit requiſitus, ut ſuprà, non acceptaverit, pœnam XXV. libr. Ferrariæ incurrat, applicandam prò dimidiâ Univerſitati, & prò aliâ dimidiâ ei, qui poſt ipſum fuerit electus, & acceptaverit Offitium antedictum, niſì electus juſtam, & rationabilem cauſam allegaret, quàm Univerſitas admitteret, quo casù teneatur Rector allegata, eâ die, vèl ſequenti, sùb pœnâ quinque libr. Ferrar. Univerſitati applicandâ congregari facere Nationem, de quâ electus eſſet, & ipſo electo prædicto jurante, quòd juſtam cauſam, & rationabilem excuſationis habet, ipſo abſente proponatur cauſa excuſationis prædictæ in Natione prædictâ. Et sì intèr Scholares ejuſdem, & per majorem partem Nationis prædicta cauſa allegata fuerit approbata prò legitimâ, & ſufficienti, prò non electo habeatur, & ſic pœnam aliquam non incurrat, quam pœnam infrà menſem ſolvere teneatur, & debeat Univerſitatis Depoſitario, & D. Rectori; Et infrà ſcilicèt decem dies à die electionis numerandos teneatur pignus idoneum de dictâ quantitate XXV. libr. Ferrar. ad dictum terminum ſolvendâ penès Depoſitarium dictæ Univerſitatis deponere, & dimittere; & ſi dictum pignus deponere ceſſaverit, ut ſuprà, ipſo jure ſit, & eſſe intelligatur privatus omni honore, &

commodo Univerſitatis, & nihilominùs ad exactionem prædictæ pœnæ contrà eum, & in ejus bonis, debitis remediis procedatur, à quâ privatione non poſſit, nèc debeat reſtitui, nisì dictâ pœnâ ſolutâ, & ultrà, prò ſuâ contumaciâ Solidos centum Ferrar. ſolvat; Et in caſu prædicto quandò electus per ſe, vèl per alium non acceptaverit, ut dictum eſt, teneatur Rector, qui prò tempore fuerit, quàm celerrimè poterit fieri commodè, facere congregare Univerſitatem prædictam in loco conſueto, & adhùc legi facere in dictâ Univerſitate reliquos duos, qui tempore ſcilicèt primæ electionis pauciores voces primo dicuntur habuiſſe, & facere, quòd intèr Conſiliarios eligatur tertius ex eadem Natione, qui cùm prædictis duobus ponatur ad partitum in Univerſitate; Et qui plures voces habuerit, ſit & habeatur prò electo: Dicto autèm ſecundo, & electo non acceptante per ſe, vèl per alium, ut ſuprà, ad electionem, & alia procedatur, ut ſuprà ſucceſſivè donèc unus de dictâ Natione acceptaverit, vel tres de dictâ Natione pœnam prædictam incurrerint cùm effectu, quo caſu de proximâ Natione illi * qui ſi non acceptaverint aliqui eorum plures proponantur modo, & formâ prædictis, dùm tamèn nullus prædictæ Nationis proponi poſſit. Statuerunt etiàm, quòd primo electo non acceptante, aliquo die pòſt horam tertiæ per aliquos Doctores legi non poſſit, nisì infrà tempus datum ad deliberandum, ſi petitum fuiſſet, donèc electio, & acceptatio Offitii antedicti facta fuerit cùm effectu. Et quià contingit, abſentes ad Offitium Rectoratus eligi, & prò eis acceptari, ſtatuerunt quòd talis electus præcisè infra menſem à die acceptationis redire teneatur ad Civitatem sùb pœnâ viginti quinque libr. Ferrariæ, eidèm de facto, in ipſius bonis auferendâ, & Univerſitati effectualitèr applicandâ, quam sì infrà decem dies, menſem prædictum incontinenti ſubſequentes ſolvere ceſſaverit, & ſe prò dicto Offitio exercendo Ferrariæ præſentare non voluerit, ipſo jure, & facto privatus ſit, & eſſe intelligatur perpetuò omni honore, & commodo Vniverſitatis prædictæ, & nihilominùs ad prædictam pœnam conſequendam contrà ipſum, & in ipſius bonis agi poſſit remediis opportunis, & eo casù ad electionem novi Rectoris, quantò citiùs commodè fieri poterit, procedi debeat modo, & formâ ſupradicto. Verùm quià medio tempore Vniverſitas non benè ſtaret ſinè Rectore, ſtatuerunt, quòd antiquus Rector Rectoratus Offitium teneatur exercere, & quòd ejus juriſdictio duret uſquè in eventum novi Rectoris, ſeù acceptationem novitèr eligendi, nisì ex juſtâ, & rationabili causâ ſe abſentare neceſſe haberet, quo

caſu

caſu per Univerſitatem, per eum congregandam allegatâ cauſâ ſuæ abſentationis, provideri de eo, qui teneat locum Rectoris donèc perveniat ad Civitatem Ferrariæ novitèr electus, vèl alius eligendus acceptaverit, quò medio tempore eamdem jurisdictionem, arbitrium, & bailiam habeat idem Locumtenens, quam habet Rector, ex formâ quorumcumque Statutorum Univerſitatis prædictæ. Et quià in electione novi Rectoris ſæpè contingunt rixæ, & altercationes intèr Scholares, ſtatuerunt, quòd immediatè pòſt electionem, & acceptationem ipſius, teneatur causâ charitatis, pacis, & honoris offitii idem novus Rector facere collationem laudabilem, & honorabilem confectionibus, & vino dulci optimo, ſecundum dignitatem offitii, & exigentiam numeri Scholarium, sùb pœnâ Ducatorum quindecim. Itèm ſtatuerunt, quòd ſi aliquis ſemèl Rector fuerit, non poſſit removeri in fine ſui offitii Rectoratus ab Univerſitate, immò confirmari, nisì Univerſitas alium fecerit Rectorem; & hoc, ne Univerſitas maneret cùm aliquo Vicerectore; Ità quòd volumus, quòd Univerſitas nullo pacto poſſit conſtituere aliquem Vicerectorem, honoris gratiâ Studii, ſub pœnâ cuilibet contrafacienti quinque librarum Ferrariæ, partìm Camaræ applicandarum, partìm Univerſitati, & privatione eorum vocum. Et ſi Rector negligens in condemnando fuerit, pœnam in eamdem incurrat, quâ Sapiens, & Conſiliarii ſint Judices ad condemnandum eum. Itèm ſtatuerunt, quod nullus Rector poſſit morari in eadem domo cùm aliquo Doctore legente; & quòd ſi contingeret aliquem Scholarem eligi in Rectorem, & acceptare offitium antedictum, quo tempore electionis moraretur in eadem domo cùm aliquo Doctore, teneatur ipſe Doctor infrà quindecim dies à die electionis, ſi electo placuerit, domum evacuare, & ipſam liberam, & expeditam electo dimittere, ſolvendo ſolùm idem Rector penſionem prò ratâ temporis, quo inhabitaſſet; Et hoc, nisì domus eſſet propria Doctoris, quo caſu dictus electus nisì ſit affinis diſtrictus, ejuſdem domum evacuare infrà dictum terminum teneatur, & ſe de ipsâ ſeparare teneatur, ſolvendo penſionem prò ratâ temporis ipſe electus, ut ſuprà, ſub pœnâ cuilibet Rectori electo non obſervanti prædicta, ſeù in aliquo contrafacienti viginti librarum Ferrariæ, quam ipſo facto incurrat, & incurriſſe intelligatur, & ab eo exigi poſſit, & debeat, quibuſcumque remediis opportunis.

De pœnâ eorum, qui ſe abſentant proptèr evitare Offitium Rectoratus. Statutum IV.

Itèm cùm ſæpè contingat; quòd aliqui Scholares antè tempus electionis novi Rectoris malitioſè abſentantur; ad hoc ut Offitium Rectoratus evitent, & malitiis ſit obviandum, in quantùm noſtra ſuffragatur humanitas, ſtatuerunt, quòd ſi aliquis de Natione illâ, de quâ ſecundùm ordinem immediatè fieri debet electio novi Rectoris, vel Nationis alterius immediatè ſequentis à Civitate Ferrariæ ſe voluerit, vèl procuraverit abſentare, quòd talis teneatur sùb virtute præſtiti juramenti, & sùb infraſcriptâ pœnâ ſe præſentare, vèl per ſe, vèl per alium legitimè coràm Rectore, qui prò tempore fuerit, & allegare ſuum receſſum, & cauſam, proptèr quam vult recedere: Et tùnc Dominus Rector eâ die, vel ſequenti teneatur convocare facere Nationem, de quâ erit talis abſentaturus, & intèr Scholares prædictæ Nationis proponere, quòd talis dicit, quòd vult ſe abſentare ex tali causâ, ſcilicèt nominando talem ſe abſentare volentem, & cauſam, quâ allegat, ſe velle abſentare, & utrùm ſit ſufficiens, ad Offitium Rectoratus, quam excuſationem antedictus Rector, unà cum illis de Natione dictâ teneatur proponere in Univerſitate, & illud, quod major pars Univerſitatis deliberaverit, ſit obtentum, ut dicit ſuprà Statutum: De electione novi Rectoris: Et ſi per majorem partem Nationis ſuæ fuerit approbatum, quòd fuerit ſufficiens ad Rectoratum exercendum, ſi contigerit eum eligi, teneatur Dominus Rector, qui prò tempore fuerit eidem præcipere, ſeù præcipi facere, quòd per tres dies antè tempus electionis fiendæ de novo Rectore, præſentabitur per ſe, vèl idoneum Subſtitutum Domino Rectori, & Conſiliariis, quòd ſi non fecerit, & contigerit eum talem eligi ad Rectoratus officium exercendum, ipſo facto incidat in pœnam vigintiquinque librarum Ferrariæ, & tùnc procedatur ad electionem de aliis fiendam de dictâ Natione ſecundùm formam Statutorum loquentium de electione novi Rectoris; ſi verò per majorem partem dictæ Nationis approbabitur prò inſufficienti ad Offitium antedictum, ſi eligeretur, tùnc Dominus Rector det, & dare poſſit eidem licentiam recedendi: Et sìc ſucceſſivè procedatur de Natione in Nationem; antequàm autèm per Rectorem fiat propoſitio prædicta in Natione jàm dictâ, vel fiat ali-

quod

quod partitum teneatur Rector Sacramentum deferre cuilibet de Natione prædictâ, quòd juſtè, & ſinè fraude approbabit ſub pœnâ quinque librarum Ferrar. ipſi Rectori . . . . Et quià aliquandò etiàm contingit, quòd aliqui Scholares proptèr evitandum officium Rectoratus malitioſè conſueverunt facere ſe privari; ſtatuerunt, quòd non obſtante privatione tali, factâ de aliquo Scholari, talis privatus nihilominùs poſſit eligi in Rectorem, ità tamèn quòd quandò acceptaverit offitium Rectoratus, incontinenti ſe teneatur concordare cùm eo, ad cujus petitionem fuiſſet privatus, ſub pœna viginti . . . . . Ferrariæ; Quam pœnam teneatur exigere à dicto Rectore ſequens Rector, ſub ſuprafcriptâ pœnâ. Si autèm talis electus eſſet privatus proptèr injuriam factam alicui, teneantur Conſiliarii videre, & examinare injuriam, quæ facta fuiſſe diceretur per talem privatum, & facere, & curare toto poſſe, quòd dictos injuriantem, & injuriatum ad concordiam, & compoſitionem perducant: Et in prædictis habeant purum, & generale arbitrium procedendi, cognoſcendi, & terminandi non obſtante aliquo Statuto, in quo caſu Partes teneantur comparére, & parére mandatis dictorum Conſiliariorum, ſub pœnâ vigintiquinque librarum Ferrar. & nihilominùs dicti Conſiliarii poſſint procedere ad talem privatum reſtitui faciendum à privatione prædictâ.

De Sacramento novi Rectoris. Statutum V.

Itèm ſtatuerunt, quòd quicumque in Rectorem de cætero fuerit electus, tempore acceptationis offitii antedicti teneatur Sacramentum corporale, ſub hac formâ præſtare Rectori, qui tùnc eſſet, prò ipsâ Univerſitate recipienti, ſcilicèt, Quòd, in quantùm ſibi erit poſſibile procurabit circà poſſe, omnia, & ſingula pertinentia, ſeù quæ pertinere, aut facere putaverit quoquo modo ad conſervationem, & augumentationem, ac bonum, & pacificum ſtatum Univerſitatis Scholarium Studii Medicinæ, & Artiſtarum Civitatis Ferrariæ, ipſamque Univerſitatem, & Studium conſervabit, & Scholares ipſius pacificè, & devotè tractabit. Itèm ſervare omnia, & ſingula ſtatuta facta, & fienda, & ordinamenta omnia, quæ per ipſam Univerſitatem fient, vèl fuerint approbata, & jurata, & ea, ac omnia, & ſingula in eis contenta obſervari facere juxta poſſe Scholaribus, & aliis quibuſcumque, qui ad ipſorum obſervationem quoquo modo tenen-

tur, ſub pœnis in eis contentis; Et quas omnes, & ſingulas pœnas, quas aliquis incurrerit, ſeù incurriſſet, effectualitèr, & juxtà poſſe exiget, quas ſi non exegerit juxtà poſſe, de ſuo Univerſitati prædictæ perſolvet, à quibus Sacramento, pœnarum exactione, & præſtatione nullo modo abſolvi poſſit, ſi etiàm ipſarum pœnarum non exactarum, & quas incurrerit ſolutionem per Syndicos tempore ſui Syndicatus dictæ Univerſitati effectualitér * compellatur. Jurabit inſupèr procurare toto poſſe, fidelitér, & ſinè fraude quòd ſibi tempore ſtatuto ſucceſſor idoneus eligatur, & quòd in ipsâ electione, & * curà ipſam ſervabit purâ fide omnia, & ſingula circà ipſam, & in ipsâ diſpoſita ſtatuta, ſeù promiſſa. Itèm jurabit, pòſt finem ſui offitii, & Regiminis, per quindecim dies Ferrariæ continuato tempore permanere, & ſtare ad Syndicatum, & juri parére, ſecundùm quòd, & proùt contrà inventum, Statutum, pronunciatum, & ſententiatum fuerit, Et quaſcumque condemnationes de eo fiendas, ac pœnas quaſcumque ſibi infligendas ſolvere, & ſupèr prædictis ſuo ſucceſſori in omnibus obedire; Et ſi oportuerit eum ex aliquâ juſtâ causâ antè dictos quindecim dies completos recedere, idoneum Procuratorem relinquere, qui promittat, & ſatiſdet idoneê ejus nomine de jure cuilibet reſpondere, & generalitèr omnia, & ſingula obſervare, & adimplere, ad quæ tenetur ratione Statutorum quorumcumque, tàm factorum, quàm fiendorum, aùt promiſſionum Vniverſitatis prædictæ ultrà quindecim dies * non poſſit ampliùs ullo modo ad Syndicatum cogi. Teneatur autèm tempore acceptationis, & juramenti offitii antedicti dare, tradere, & dimittere Depoſitario Vniverſitatis idoneùm pignus, valoris vigintiquinque librarum Ferrariæ, quod pignus pœnès ipſum Depoſitarium, ſeù Maſſarium debet remanere uſquequò per Syndicos eligendos ad ſyndicandum ipſum D. Rectorem, idèm Rector fuerit abſolutus, aùt condemnationem de eo fiendam ſolviſſet, & alia erunt adimpleta, quæ adimpleri debent, ſecundùm formam Statutorum; quod pignus idem Maſſarius, & Depoſitarius, in caſu, in quo dictus Rector condemnaretur per dictos Syndicos, nisì condemnationem de ipſo Rectore factam ipſe Rector ſolverit infrà octo dies poſt condemnationem ſequentes, vendi facere teneatur, & ſolvere condemnationem prædictam, reſiduum verò Rectori reſtituetur.

De

De aſſumptione Caputii. Statutum VI.

Quoniàm ut plurimùm Rectores ex tempore creantur, nèc illicò, quæ ſunt opportuna Magiſtratui tali in promptu eſſe poſſunt, immò non modicâ temporis dilatione opus eſſe prævisum eſt, Statuerunt, quòd poſt electionem novi Rectoris factam tempore, in tertio capitulo ſtatuto poſſit aſſumptionem Caputii diferre uſque ad Kal. Maii, nèc ullo pacto liceat ulteriùs prorogare dictum aſſumptum, niſi cauſa urgeret, quòd non poſſet ſalarium ſuum à Domino Judice XII. Sapientum exigere, in quo caſu dictus novus Rector cùm Sapiente, & Conſiliariis congregare Univerſitatem, & unanimitèr adire Principem * Et ſi aliquis Scholaris de Univerſitate noluerit in hoc caſu Dominum Rectorem ſociare, niſi legitimâ, & approbabili cauſâ detentus, luat pœnam quinque librarum Ferrariæ, Univerſitati applican. Si verò non fuerit ſolicitus ipſe Rector, & hoc, & quolibet alio meliori modo, & viâ poſſibili non curaverit dictum ſalarium exigere, teneatur, & cogi poſſit ab ipsâ Univerſitate, vel majori parte ipſius Univerſitatis, Caputium aſſumere dicto tempore à Rectore ſuo præceſſore, vel ab aliquo ſuo Subſtituto; Qui Caputeus ſit, & eſſe debeat purpureus, ſuſſultus Vario; Nèc ullo tempore incedere poſſit per Civitatem Ferrariæ, durante ipſius offitio, ſinè togâ, & ſinè ipſo Caputeo, niſi fortaſsè vellet interdùm locis, & temporibus congruis, ſolatii causâ vagare, & hoc sùb pœnâ librarum quinque Ferrariæ, prò qualibet vice contrafecerit Univerſitati applicandâ. Itèm prò dignitate offitii ſtatuerunt, quòd ad prædictum actum Caputei omnes Doctores, & Scholares Vniverſitati ſuppoſiti teneantur invitare honorificè Illuſtriſſimum Dominum Principem cùm reliquis Dominis de Domo Eſtenſi, ac reliquis Nobilibus Ferrarienſ., & Doctoribus . . . . . . omnes intereſſe dignentur ſtatuto die, ad honorandum Magnificum Dominum Rectorem. Itèm ſtatuerunt, prò commodo, & honore offitii Rectoratus, Præſides, vel Factores Epiſcopatus teneantur facere ſtruere Tabulatum in Epiſcopatu magnum, & ſpatioſum, cùm Banchis circùm circà ordinatis gradatìm, ſcilicèt in sùb, & ſuprà, quò fieri commodiùs poſſint ſolemnitates requiſitæ ad dictum actum; Et quià non foret æquum Eccleſiam pati in hujuſmodi expenſis, cùm ex ipſis nullum commodum conſequatur, ideò ſtatuerunt, quòd omni

anno, in Vigiliâ Feſtivitatis S. Georgii, cùm ſit univerſalis oblatio in Epiſcopatu, offeratur ad laudem S. Georgii à Bidello, cùm Magnifico Domino Rectore, aſſociato à totâ Vniverſitate, sùb pœnâ ſupraſcriptâ negligenti, unum Duperium de cerâ albâ ponderis ad minùs librarum trium, cùm uno ducato, quem ducatum teneatur ipſe Bidellus exigere ad dictam Feſtivitatem à Doctoribus legentibus, qui prò ratâ teneantur ſolvere dictum Ducatum, ſub pœnâ librarum quinque Ferrariæ Vniverſitati applicandarum, cui etiàm pœnæ ſubijciatur ipſe Bidellus, ſi circà hoc negligens fuerit; Duperius autèm ematur de pecuniis ipſius Vniverſitatis. Itèm ſtatuerunt prò honore, & gaudio ipſius Caputei, quòd pactis peragendis, in tali actu Dominus Rector debeat petere domum cùm ſono tubarum, ſociatus à Doctoribus legentibus, & ab Vniverſitate Scholarium jubilantium, ſub pœnâ antedictâ, & reliquis Nobilibus, ad actum vocatis, ſi poſſibile fuerit, in quâ domo teneatur Dominus Rector facere unam collationem omnibus, qui eum ad domum ſociaverint, cujus collationis expenſa relinquatur honori ipſius Rectoris, & hoc ſub pœna ducatorum viginti. Itèm ſtatuerunt, quòd offitium cujuslibet Rectoris duret uno anno, computato à principio menſis Maii, uſquè ad principium futuri menſis Maii, & debet habere prò ſalario ſuo libras centum viginti Ferrariæ à die electionis ſuæ uſquè ad quindecìm dies; Adijcientes, quòd ſi Rector Legiſtarum ultrà centum & viginti libras aliquid plùs haberet, etiàm illud plùs habere debeat Rector Artiſtarum, & ſi caſu contingat, Rectorem, qui prò tùnc erit ſe abſentare, dimittat ſubſtitutum ſecundùm quòd ſibi placuerit, qui tamèn eſſe Scholaris Medicinæ intelligatur; Et quòd quilibet Rector tenere debeat ſuis expenſis, durante ejus offitio duos honorabiles Domicellos, quos teneatur induere de indumentis boni, & decentis panni, cujus brachium conſtet quadraginta ſolidis ad minùs, & unum famulum, qui ſibi in coquinâ, & aliis decentibus miniſtret, vel ancillam cùm Domicello * & coquo non benè compatiantur ad invicèm in perſonâ ejuſdem. Teneatur etiàm tenere unum equum ſuis expenſis, vel mulam honorabilem ad uſum ſuum, cùm opus eſt equitare cùm Illuſtriſſimo Principe, tùm proptèr negotia propria, cùm etiàm proptèr negotia Vniverſitatis, ſub pœnâ prædictâ Vniverſitati applicandâ; Et teneatur dare Bidello unum pallium honorabile, & condecentis panni, tàm prò conſuetudine, quàm proptèr debitum, ſub pœnâ vigintiquin-

que

que librarum Ferrariæ, Univerſitati applican.; Et hoc honore Magnifici Rectoris, & dictus Bidellus teneatur durante offitio Rectoratus ferre dictum pallium ſociandi gratiâ Dominum Rectorem, sùb pœnâ perditionis dicti pallii, & ſi ex neceſſitate Univerſitatis eum urgeret * ad confirmationem, teneatur ſempèr dare unum pallium Bidello, ſub pœnâ ſupraſcriptâ.

De incumbentiâ novi Rectoris in principio ſui Regiminis. Statutum VII.

Itèm ſtatuerunt, ne aliquis Rector prætextu ignorantiæ poſſit incidere in pœnas Statutorum, quòd quilibet Rector, qui in principio ſui Offitii fuerit, teneatur, & debeat infrà quindecim dies legere, ſeù legi ſibi facere, & videre ſeriatìm de verbo ad verbum omnia, & ſingula præſentia Statuta à principio uſquè ad finem, infrà quos quindecìm dies ſi juſtè allegaret ſe ignoraſſe Statuta, acceptetur excuſatio, poſteâ autèm nullam poſſit prætendere excuſationem, ſeù ignorantiam. Inſupèr teneatur in principio Regiminis cujuslibet Poteſtatis, ſeù Rectoris Civitatis * ſeù ad Dominum Conſervatorem ejuſdem decentèr ſociatus, & recomendare totam eamdem Univerſitatem, & coràm ipſo dicere, & ad memoriam reducere quæcumque utilia Univerſitati viderit, & procurare, ut effectui demandentur, ad conſervationem Univerſitatis prædictæ, & privilegiorum, eidem per Commune Ferrariæ conceſſorum, procurare bullettas, & licentiam armorum per omnes Scholares, & ſuos famulos, & quoslibet Univerſitati ſuppoſitos, tàm in Civitate Ferrariæ, quàm in aliis Civitatibus, Caſtris, & aliis locis Domini Noſtri, sùb pœnâ viginti quinque librarum Ferrariæ, ſi negligèns fuerit in prædictis: Inſupèr dictus D. Poteſtas, ſeù Conſervator Civitatis Ferrariæ, & omnes ejus Offitiales, itàque & omnes Illuſtriſſimi Ducis noſtri, ut Capitaneus plateæ, & alii teneantur quolibet anno jurare ſempèr ſervare præſentia Statuta, ſub pœnâ quinquaginta Ducatorum, partìm Cameræ applican., & partìm Univerſitati noſtræ, & numquàm iſtis Statutis contravenire in licitis, & honeſtis.

De

De Privilegiis Rectoribus concessis. Statutum VIII.

Statuerunt, & ordinaverunt, quòd Rector à Sacramenti præſtatione ſit immunis, nèc aliquibus Judicibus, vèl Offitialibus Illuſtriſſimi Ducis Noſtri, vel Communis Ferrariæ, nequè alterius poſſit aſtringi debito, vèl crimine, vèl Syndicatu; Et sì caſu contingat, quòd Deus avvertat, aliquem Rectorem, vel famulos ejus committere fraudem, vel homicidium, vèl aliquod alterius generis crimen, tùnc ſtatuerunt, quòd Rector, qui per tempora ſui Syndicatus fuerit, ſimùl cùm alio Excellentiſſimo Doctore, qui per Illuſtriſſimum Dominum noſtrum fuerit electus prò ſocio ipſius Rectoris in tali caſu debet procedere; & ipſum ſecundùm Statuta Communis Ferrariæ, & vigore juſtitiæ concorditèr condemnare; in alio autèm caſu, ſolus Rector: Et ſi contigerit ipſum Rectorem promoveri ad examen publicum, vel privatum in Artibus, vèl in Medicinâ, vèl utràque ſimùl, vel divisìm, vèl qualitercumqùe voluerit, non teneatur ad ſolutionem alicujus quantitatis pecuniæ in Doctoribus Univerſitatis, neqùe etiàm Doctoribus Collegii, aùt alicui alteri perſonæ, prò dicto publico, vel privato examine, aùt aliâ dignitate aſſumendâ, pœnâ cuilibet petenti, vèl recipienti decem librarum Ferrariæ, Univerſitati applicandâ; Et quòd quandò venerit ad publicum, vèl privatum nihìl penitùs ſolvat alicui perſonæ, non obſtante aliquo Statuto Doctorum Collegii, vel aliorum in contrarium faciente, neqùe aliqua alia perſona occaſione Domini Rectoris aliquid ſolvat. Itèm volumus, tàm per Statuta, quàm per conſuetudinem eum eſſe exemptùm, & immunem ab omnibus Datiis Gabellæ introitus, ac molæ, & tranſitus Padi, & per omnes tranſitus, ac loca Illuſtriſſimi Ducis noſtri * omnique ejus familiâ, cùm omnibus bonis ſuis; Et ſi caſu contigerit aliquem Rectorem tàm in hac inclytâ Civitate Ferrariæ, quàm in aliis Civitatibus, Caſtris, & Locis Illuſtriſſimi Ducis noſtri morari, & habitare, vèl acquirere domos, vèl poſſeſſiones, volumus ipſum Rectorem, cùm omnibus bonis ſuis acquiſitis, & acquirendis, & totâ ejus familiâ à gravaminibus quibuſcumque, collectis proijciendis à Judice noſtro XII. Sapientum, & ab omnibus aliis Offitialibus immunem eſſe; Et hoc addito, quòd poſſint ferre arma cujuſcumque qualitatis, generis, vel conditionis, ſicùt ei videbitur, & placuerit, tàm in

dic,

die, quàm de nocte, cùm lumine, & abſque luminibus, & tàm in hac Civitate, quàm in aliis locis dicti Illuſtriſſimi Ducis, & dare licentiam armorum Notario, & Bidello Vniverſitatis noſtræ, ſuiſque famulis, ac honore offitii duodecim aliis Perſonis non Vniverſitati ſuppoſitis, ipſum aſſociantibus in omnibus locis ſupraſcriptis, omnique horâ ſupraſcriptâ, remoto omni Statuto, ac proviſione novitèr factâ; Et quilibet aliquod crimen committens, fugiens in domo Rectoris ſecurus ſit, vèl cùm eo aſſociatus, vèl * verò ſivè ejus famulus ſit, vel non; Et quicumque Offitialis Illuſtriſſimi Domini noſtri Ducis Ferrariæ contrafecerit, pœnam incurrat, ut Domino Rectori videbitur, & placuerit. Itèm quòd nullus Rector privari poſſit in ſuo offitio Rectoratus, & dare poſſit duas voces in Vniverſitate, & præcedere debeat omnes, & ſingulos Dominos, ac Nobiles, omneſque Offitiales Domini Illuſtriſſimi Principis noſtri, tàm morantes in hac Civitate, quàm in aliis Civitatibus, ac Caſtris, vel locis Domini ipſius, excepto quàm ſuis Fratribus, & qui contrafecerit hoc Statutum condemnetur, & incurrat in pœnam Ducatorum quinquaginta, Cameræ partìm applican., partìm Vniverſitati noſtræ; Et ſi Dominus Rector in condemnando negligens fuerit, pœnam in eamdem incurrat, dictæ Vniverſitati applicandam. Itèm ſtatuerunt, quòd quilibet Scholaris de cœtero examinandus, vel licentiandus, vel conventuandus, tàm in Artibus, quàm in Medicinâ, vèl diviſìm, vèl coniunctìm, vèl qualitercumquè, teneatur ſolvere Rectori Ducatum medium, nequè abſquè ejus licentiâ promoveri poſſit ad aliquod examen publicum, vel privatum; Et ſi contigerit ipſi Rectori abſentari ab hac Civitate Ferrariæ, & in eo tempore aliquos promoveri ad aliquod prædictum examen, volumus ipſum ſuam habere provinciam, conſtituendo loco ſui ipſius unum Vicerectorem, qui ſuum exercuerit offitium, non obſtante aliquo Statuto, vel privilegio, aùt provixione novitèr factâ à Doctoribus Collegii.

De

De ſubſtitutione Rectoris, qui vult ſe abſentare.
Statutum IX.

Itèm ſtatuerunt, quòd ſi proptèr aliquam cauſam contigerit Rectorem Univerſitatis Civitatis, & Comitatus, & Diſtrictus Ferrariæ, qui prò tempore fuerit, ſe abſentare velle à Ferrarienſi Civitate, Comitatu, vel Diſtrictu, quòd facere non poſſit, niſi ex juſtâ causâ, per Univerſitatem, vel majorem partem approbatâ, ſi quidèm tantùm per menſem, & non plùs ſe abſentare voluerit, poſſit loco ſui idoneum de Natione dimittere Subſtitutum, & idem facere poſſit in caſu infirmitatis talis, proptèr quàm non poſſit Rectoratus offitium explicare: Et ſi ultrà Menſem abſentia eſſe debuerit, tùnc Rector, & Conſiliarii nominent tres de Natione illâ, de quà fuerit Rector, quos magìs ſufficientes eſſe putaverint, qui ſeparatìm, & diviſìm in Univerſitate debeant ſcruptinari; Et qui plures fabas habuerit, ille ſubſtitutus Rectoris ſit, & eſſe intelligatur, quandiù duraverit abſentia Rectoris prædicti, ſeù ejus eſſet offitium finitum; Et ſi contigerit, quòd Deus advertat, aliquem Rectorem infirmari, & decedere, procedatur ad Subſtitutum per Sapientem, & Conſiliarios Univerſitatis, ut ſuprà, qui ſubſtitutus habeat ſalarium ſuum, ac ſi eſſet Rector, prò tempore, quò ſteterit in offitio, dummodò per Univerſitatem ad tale offitium eligatur eo modo, quò proceditur in electione Rectoris; Et gaudeat eiſdem privilegiis, quibus Rector gaudet, & eamdem juriſdictionem habeat ſicùt Rector, durante ſubſtitutione, ac ea poſſit explicare, quæ poteſt ipſe Rector; ſi tamèn de Natione non reperiretur idoneus ad ſubſtitutionem, tùnc de aliâ Natione ſequente illam immediatè eligi, & nominari poſſit; Subſtitutus autèm tale juramentum accipere debet, quale per Rectorem accipitur, & pignus dare, & alia facere, quæ Rector ipſe facere tenetur, prætèr quàm de Vario, & Domicellis, pœnâ cuilibet Vicerectori facienti alitèr quàm ut ſuprâ quinque librarum Ferrariæ, & perpetuæ privationis, à quâ reſtitui non poſſit nisì pœnâ ſolutâ: Et ſi Rector ſe abſentaret aliàs quàm viſum ſuprà, teneatur Sapiens Univerſitatem facere congregari, ac unà cùm Conſiliariis nominare tres ſcruptinandos, ut ſuprà, & qui plures voces habuerit, ſit, & eſſe intelligatur Subſtitutus; in ſubſtitutione verò Conſiliariorum sìc procedatur, quòd ſi contigerit aliquem de

Con-

Conſiliariis ſe velle per menſem, vel minùs abſentare, de Natione ſuâ poſſit alium ſubſtituere idoneum; & primò debeat præſentare ſubſtitutum ſuo Notario, sìc quòd à Notario ſcribatur; ſi autèm, ultrà menſem, per Nationem ipſius provideatur de Subſtituto, de eadem tamèn Natione, qui Subſtitutus eamdem, ut ſuprà, poteſtatem habeat, quàm primus in Conſiliarium electus, donèc duraret abſentia, vel finitum fuerit offitium: Teneatur tamèn quilibet Subſtitutus loco Rectoris, ob honorem prædictæ Univerſitatis habere, & tenere unum famulum decentèr indutum. Rectore autèm infrà tempus ſui Offitii redeunte, finiatur, & finitum ſit, & eſſe intelligatur Subſtituti officium, & is ſit Rector, qui primò erat.

De pœnis, & condemnationibus injuriantium Rectorem.
Statutum X.

In primis enìm ſtatuerunt, ad hoc ut nullum impunitum remaneat delictum, & ut honorari, & venerari debeat omni in loco noſtræ Univerſitatis Rector, quòd quicumque Doctor, vel Scholaris dixerit adversùs Rectorem in offitio exiſtentem verba aliqua injurioſa, ſuamque detraxerit famam in quocumque loco fuerit, incurrat pœnam centum librarum Ferrariæ, Univerſitati applican., & quicumque alterius ſtatus, artis, conditioniſque fuerit conſimilia verba injurioxa intulit, pœnam incurrat centum ducatorum, & minùs, vel ampliùs, ut prædicto placuerit Rectori, cujus condemnationis medietas ad Cameram Ducalem applicabitur, alia verò Univerſitati; Et ſi aliquis prædictorum acceperit aliqua arma cujuſcumque generis contrâ prædictum Rectorem, oſtendendo ſe ipſum velle lædere, in pœnam incurrat eamdem, ſi etiàm prò . . . . perſonam ejuſdem Rectoris cùm prædictis armis non tetigerit; Si autèm eum aliquo modo vulneravit, cùm ſanguinis effuxione, aùt ipſum percutiendo cùm lignis, vel lapidibus, vèl aliis pileis * plebis, vel ferreis, incurrat acciſionis manus, & etiàm condemnationem pecuniarum prædictarum: Et ſi aliquis dicti Dom. Rectoris famulus verbis contumelioſis, percuſſionibus, vulneribuſque, in ipſius præſentiâ, vel abſentiâ quoquomodò læſus fuerit, poſſit prædictus Rector lædentem, ſeù oſtendentem prædictum famulum, vel famulos, ſecundùm arbitrii ſui imperium licitè condemnare, & punire, vel puniri facere, & quomodocumque ſibi placuerit, Offi-

Officialibus tàm Civitatis Ferrariæ, quàm in quibuſcumque locis, ſub Dominio contentis Illuſtriſſimi Ducis, & omnes ſuprà ſcriptas pœnas, & condemnationes poſſit facere licitè, & impunè prædictus D. Rector quandocumqùe ſibi placuerit, contrà quemcumque prædictorum, aliquo modo offendentium, & facere exigere, & executioni mandare, per quoſcumque prædictos Offitiales, eorumque famulos voluerit, & placuerit, qui quidèm omnes Offitiales, & famuli eorum, ad requiſitionem, petitionemque, & ad omne ſuum mandatum parére debeant prædicto D. Rectori, sùb pœnâ ducatorum centum, ſolven. partìm Cameræ, partìmque Univerſitati.

Quòd Rector teneatur exigere pœnas pecuniarias. Statutum XI.

Quià tranſgreſſores Statutorum Univerſitatis pœnis legitimis puniri debent, Ideò Statuerunt, quòd quilibet Rector omnes, & ſingulas pœnas pecuniarias non exactas, in quas aliquis Doctor, vel Scholaris, aùt quiſvis alius gaudens Univerſitatis commodo incurriſſet, ſeù incurreret, exigere teneatur cùm effectu, infrà octo dies, poſtquàm commiſſæ fuiſſent, ſi ejus tempore committerentur, aliàs infrà octo dies à die ſcientiæ veræ, vèl præſumptivæ, & nihilominùs tantumdèm de ſuo per Syndicos, tempore ſyndicatus Univerſitati ſolvere compellatur, nisì impoſſibilitas, vel alia juſta cauſa per Syndicos declaranda eos excuſaret. Statuentes inſupèr, quòd in Univerſitate nullo modo poſſit dici, proponi, vel arrengari per aliquem, quòd pœna aliqua Doctorum, vèl aliorum, ſeù quàm aliquis incurriſſet relaxetur, vèl de eâ gratia fiat, aùt remittatur aliquo modo; Et qui contrafecerit, ipſo facto Univerſitatis commodo ſit privatus, ac privatus per Scholas publicè nuntietur; & nihilominùs quòd contrà fieret, jure non valeat; Statuentes etiàm, quòd quilibet Rector, in introitu ſui offitii infrà quindecìm dies etiàm teneatur præcixè, cùm quatuor, quos Univerſitas ad hoc deputaverit, ſolicitè, & diligentèr inquirere de omnibus, & ſingulis, quas diceretur, ſeù reperiretur ſuus proximus Rector prædeceſſor malitiosè, dolosè, aùt negligentèr exigere pœnas ipſas, quas ut ſuprà repererit non exactas ab ipſo prædeceſſore, cùm effectu exigere, sùb virtute præſtiti juramenti: Declarantes inſupèr, quòd omnium, & ſingularum pœnarum exactarum tempore cujuſcumque

que Rectoris medietas ſit ipſius Rectoris, cujus tempore exactæ fuiſſent, & alia medietas burſæ Vniverſitatis applicetur, ſalvis ſempèr quibuſcumque Statutis alitèr diſponentibus; nèc Rector valeat ullo modo partem ſuam alicui remittere, sùb præſtiti Sacramenti virtute; Salvo etiàm quòd ſi aliquis fuerit accuſans, aùt denuncians aliquem de aliquo delicto, vèl de aliquâ pœnâ non ſolutâ, vel quam incurriſſet, cujus * exactio, quòd tùnc tertia pars Vniverſitatis ſit, tertia Rectoris, & tertia denunciantis, ſivè accuſantis, & accuſans, ſi voluerit, in credentiâ teneatur, ſub pœnâ Rectori decem librarum Ferrariæ, auferendâ in Syndicatu ſuo.

Quòd quilibet teneatur pacifice audire verba Rectoris. Statutum XII.

Itèm ſtatuerunt, providerunt, & ordinaverunt quòd quilibet Doctor, Scholaris, vèl quivìs alius dictæ Vniverſitati ſuppoſitus teneatur benevolè, pacificè, & quietè audire omnia, & ſingula præcepta, cedulas, & mandata, quæ per Scholas, vèl alibi, ubicumquè fieri contigerit, vel legi ex parte Domini Rectoris præſentis, vel qui prò tempore fuerit, ſub pœnâ vigintiquinque librarum Ferrariæ cuilibet Doctori, & centum ſolidorum Ferrariæ Scholari, quas pœnas teneatur quilibet Rector, qui prò tempore fuerit exigere infrà decem dies poſtquàm liquidum fuerit eidem, ſub pœnâ eadem ipſi Domino Rectori, eidem in fine ſui Officii per Rectorem, & Syndicos auferendâ, & Vniverſitati applicandâ.

Quòd nullus audeat facere confœderationem. Statutum XIII.

Itèm cùm etiàm omni jure monopolia ſæpè, & conſpirationes ſint prohibitæ, ex quibus diſſenſiones, & ſcandala temporibus retroactis inſurrexerunt, & in futurum inſurgere poſſent, ſtatuerunt, quòd aliquis non audeat, vèl præſumat facere de directo, vèl per indirectum ſeptam, monopolium, conſpirationem, ligam, confœderationem, aùt juramenta in præjuditium Vniverſitatis prædictæ, ſeù prò tractandis aliquibus negotiis pertinentibus ad Vniverſitatem prædictam, vèl aliquid aliud facere, dicere, ſeù ordinare, ſeù tractare, proptèr quòd oriri poſſit ſcandalum, aùt diſſenſio, vel diviſio in Vniverſitate prædictâ,

aùt

aùt intèr Scholares ipſius: Et quòd aliquis prò dictis, vèl aliquo prædictorum non audeat, vèl præſumat ſe congregare, vel in aliquo loco cùm aliis convenire, sùb pœnâ ſcilicèt cuilibet contrafacienti, & vice qualibet decem librarum Ferrariæ, quas ſi non ſolverit incurrens infrà decem dies, privetur omni commodo, & honore Vniverſitatis prædictæ, à quâ privatione reſtitui non poſſit, nisì dictâ pœnâ ſolutâ. Itèm quòd aliqua ex Nationibus Vniverſitatis non poſſit, audeat, aùt præſumat ſe cùm aliâ ſociare, aùt ligam, conſpirationem, ſectam, juramentum, vèl confæderationem facere prò ſupradictis, vel aliquo eorum faciendis, tractandis, ſeù explicandis, nèc aliquem ſibi offitialem aſſumere, vel eligere sùb quovis nomine, nisì quatenùs, & proùt licet eiſdem per Statuta Vniverſitatis, ſed Natio quelibet diviſa, & diſtincta ab aliâ eſſe debeat, & manere, pœnâ cuilibet Nationi contrafacienti vigintiquinque librarum Ferrariæ, & cuilibet Offitiali Vniverſitatis prædictæ conſentienti decem librarum Ferrariæ, & nihilominùs vigore præſentis Statuti quòd contrariaret non valeat ipſo jure, & caſſum, & prò infectò habeatur: Et quolibet caſuum prædictorum quilibet poſſit accuſare, & denunciare contrafacientem, & habeat tertiam partis condemnationis, & ſi voluerit, in credentiâ teneatur. Statuerunt inſupèr, quòd aliquis de directo, vèl per obliquum non audeat, vèl præſumat dare cauſam, proptèr quam Scholares moveantur ad rixam, rumorem, ſectam, aùt conſpirationem, vèl monopolium faciendum, pœnâ decem librarum Ferrariæ cuilibet contrafacienti, & prò qualibet vice, quæ pœnæ ſolvi debeant infrà octo dies, poſtquàm apparuerit aliquem de ſupradictis incurriſſe, vèl contrà feciſſe, aliàs ad privationem procedatur etiàm Nationis totius, ſi Natio contrafeciſſet, à quâ privatione reſtitui non poſſit, nisì pœnâ ſolutâ.

De Privilegiis Rectoribus conceſſis eorum finito Offitio. Statutum XIV.

Statuerunt, & ordinaverunt, quòd Rectores, eorum finito Offitio ſint exempti, & immunes in toto tempore vitæ ſuæ, cùm eorum familiâ ab omnibus Datiis, gabellæ introitibus, ac molæ, ac tranſitibus Padi, & per omnes alios tranſitus, & loca Illuſtriſſimi Ducis noſtri: Et ſi aliquibus eorum placuerit tàm in hac inclytâ dignâ Civitate Ferrariæ, quàm in aliis, atquè Ca-

Caſtris Illuſtriſſimi Ducis noſtri morari, & habitare, vèl acquirere poſſeſſiones, vel domos, volumus ipſos cùm omnibus ſuis bonis acquiſitis, & acquirendis, & totâ ejus familiâ, toto tempore vitæ ſuæ immunes eſſe ab omnibus gravaminibus, oneribus, & collectionibus fiendis quibuſcumque, & qualitercumquè denominatæ fuerint ab Illuſtriſſimo Principe, Judice ſuo XII. Sapientum; & quibuſcumque aliis Offitialibus; Et nobiles proptèr nobilitatem magnam offitii * ac ſi eſſent Rectores, & poſſe ferre armâ cùm famulis ſuis in ſupraſcriptis locis, & in omni tempore abſquè præjuditio aliquo, & pœnâ Statutorum Civitatis Ferrariæ, ſub pœnâ vigintiquinque libr. Ferrariæ contrafacienti; Camaræ applicandâ; qui autèm Rector finito offitio, ab omni ſacramento ſit immunis, nèc ab aliquo poſſit aſtringi Judice, nequè de aliquo debito, & commiſſo crimine pòſt Syndicatum sùb aliquo judicari poſſit, niſì à Rectore, qui prò tunc temporis fuerit; Et ſi homicidium aliquod commiſſum fuerit ab eis, quòd Deus advertat, non poſſit, nequè debeat ab aliquo judicari, vel puniri niſì à Rectore prædicto, ſimùl cùm uno alio Legum Doctore, quem elegerit tùnc Illuſtriſſimus Princeps, & ambo in concordiâ; in alio autèm nequaquàm; Et quòd sempèr ſit, & eſſe intelligatur de Univerſitate, in quâ eodem modo, ſicùt quandò erat Rector in poteſtate ſuâ; & duas habeat voces, & ſedeat pœnes Rectorem actu exiſtentem; & ſi aliquis Doctor, vèl Scholaris dictæ Univerſitati ſuppoſitus, vèl alitèr aliquam ſibi intulerit injuriam; puniatur à Rectore tùnc actu exiſtente cùm ſimili pœnâ puniendus eſſet, quandò Rectoris exercebat offitium; Et ità omnibus aliis beneficiis, & privilegiis fruatur, quæ in dictâ continentur Univerſitate, & qui contrafecerit incurrat in pœnam librarum quinquaginta Ferrariæ, Univerſitati applicandam. Itèm ſtatuerunt, quòd quicumque, qui fuerit Rector, ſempèr præcedat, & præcedere debeat omnes, & ſingulos Doctores, & non poſſit modo aliquo eligi ad aliquòd Officium Univerſitatis prædictæ, & ſi eligeretur, non valeat electio ipſo jure, & nihilominùs ſi quandò primò ſciverit, & non renunciaverit, pœnam perjurii incurrat, & vigintiquinque librarum Ferrariæ, prædictæ Uverſitati applican. Et qui contrafecerit huic Statuto condemnetur, & incurrat in pœnam, in quam incurriſſet, ac ſi quilibet eorum eſſet Rector actu exiſtens.

De privilegiis, Scholaribus conceſſis, & Univerſitati ſuppoſitis.
Statutum XV.

Statuerunt, & ordinaverunt, ut Scholares omnes Forenſes, omneſque ſuppoſiti Vniverſitati, ſimùl cùm eorum famulis poſſint, & valeant ferre arma ſua, honeſtè tàm in Civitate Ferrariæ, quàm in aliis Civitatibus, & Caſtris, lociſque Domini noſtri, tàm de die, quàm de nocte, cùm luminibus, & abſquè luminibus, nequè ab aliquibus Judicibus à Sacramenti præſtatione, nèc in cauſis civilibus aliquo modo poſſint aſtringi, nisi à Domino Rectore; in cauſis autèm Criminalibus ab ipſo, & à Poteſtate, & ambo inſimùl condemnare concorditèr * ſecundùm vigorem juſtitiæ, & formam Statutorum Ferrariæ, in aliis autèm caſibus quibuſcumque ſolus Rector tantùm, non obſtante aliquo Statuto, vel proviſione novitèr factâ, non obſtante etiàm aliquo proclamate in contrarium faciente. Statuerunt etiàm quòd dicti Scholares, & Vniverſitati ſuppoſiti poſſint emere, vendereque quidquid ſibi placuerit, abſquè aliâ gabellâ, vel datii ſolutione. Ordinaverunt inſupèr ipſos immunes, & exemptos eſſe, cùm omnibus bonis ſuis à datiis, gabellis, introitibus, & exitibus, ac molæ, tranſitus, & cæterarum gabellarum, tàm in Civitate Ferrariæ, quàm in aliis Civitatibus, Caſtris, lociſque Illuſtriſſimi Ducis noſtri, cùm mandato Rectoris. Ampliùs ordinaverunt, quòd unuſquiſque Scholaris, & quicumque Vniverſitati ſuppoſitus, qui aliquam conduxerint domum, aut conductam habuerint, vel aliquod hoſpitium prò aliquâ penſione, vèl mercede, factâ cùm conducente conventione prò uno anno, vel aliquo tempore liceat ſibi, & poſſit inhabitando ipſam domum, quibuſcumque uti juribus, quibus uti poteſt prædictæ domus patronus, & quòd alius prò eodem tempore eamdem locare poſſit Vniverſitatis Scholaribus, & teneatur prò toto tempore, prò quò eam conductam acceperit * domum ſolùm pretii ipſi conducenti, ſeù Domino domus, & completo anno non poſſit expelli, aùt removeri de dictâ domo, ſed etiàm poſſit alio anno eamdem habitare, & uſquè in triennium, hoc facere poſſit, ſolvendo convenientem penſionem, de quâ fuit in concordiâ cùm domino domus, vel ejus procuratore; Et ſi alteri locare voluerit

rit de Vniverſitate Scholari, poſſit, cùm hoc, quòd poſſeſſori, ſeù domino domus detur ſufficiens fidejuſſor, cujus ſufficientiam approbare debeat Rector Vniverſitatis, ſi à Domino domus requiſitus fuerit, qui quidèm Dominus Rector debeat judicare ſufficientiam, quo viſo, ſecundùm quòd judicaverit unuſquiſque eorum teneatur obedire, & quicumque Domini domus, conducenteſque ipſam non eſſent ſoluti ſecundùm quòd ipſi convenerunt, & obligati ſunt, Scholaris, vel Scholares habitantes talem domum, auditâ, & intellectâ veritate teneatur, & debeat prædictus Dominus Rector conſtringere dictum, vèl dictos habitatores domus de quacumque quantitate pecuniæ eſſent obligati, aùt ſolvere tenerentur, & liquidato credito, faciat ſolvere ipſum creditorem, à Scholari, vèl Scholaribus, qui domum ſuam habitaverint, ſecundùm quòd ipſi in concordiam devenerunt: Adhùc ſtatuerunt, quòd fœneratores, qui prò aliquo tempore aliquam pecuniæ quantitatem præſtaverint Scholaribus, & Vniverſitati ſuppoſitis, quòd ipſi teneantur, & debeant, habito ſufficienti pignore, dictis Scholaribus, & aliis Vniverſitatis sic petentibus pecuniam, quam petierint mutuari, ſed prò tertiâ parte minùs quàm aliis non exiſtentibus Scholaribus conſueti ſunt mutuari, & facere ſecundùm ordinationes illis permiſſas, & conceſſas ſecundùm Civitatis Ferrariæ conſuetudinem: Et ità teneantur ejuſdem Civitatis fœneratores facere, & obſervare, ſub pœnâ librarum decem prò quacumque vice contrafecerint, quam pœnam exigere poſſit facere Dominus Rector, ac etiàm ipſe de ſufficientiâ pignoris judicare, quandò prædictum tale pignus prò pecuniâ petitâ, vel petendâ ab aliquo Scholari renuerent fœneratores, vèl ab aliquo Vniverſitati ſuppoſito, & pœnâ exacta ſit Vniverſitati concedenda, & quòd quilibet Rector, & Offitialis * eorumque famulis Illuſtriſſimi Ducis noſtri prò tali pœnâ exigendam * quacumque aliâ, ad petitionem, & mandatum prædicti Rectoris teneantur in omnibus, & omni tempore ſibi obedire.

De electione Conſiliariorum. Statutum XVI.

Quoniàm decens, & conveniens eſt, Rectorem Vniverſitatis prædictæ decenti, ac provido aſſociari Conſilio, ut cùm Prudentum conſilio quotiès opus fuerit poſſit, & valeat peragenda perficere, Statuerunt, quòd à die acceptationis Caputii uſquè ad octo dies antequàm ad aliquos actus extraneos procedatur in ipsâ Vniverſitate, juxtà formam ſervandam in Vniverſitate in electione Rectoris, eligantur novem Conſiliarii per Nationes, ut infrà ſubijcietur, quòd quilibet debeat audiſſe ſcientiam Medicinæ decem & octo menſibus, & ad minùs uno anno, etiàm ſi dicto tempore, vèl aliquo intermedio aliqua privatio ſtudii generalis, ſeù proptèr aliquod interdictum aliqua ſuſpenſio interveniſſet: Eligantur autèm de Natione Lombardorum tres, de Natione Romanorum duo, de Natione Thuſcorum duo, de Natione Vltramontanorum duo: Antequàm autèm ad electionem procedatur, teneatur quilibet, qui in electione dare voluerit, vèl debuerit vocem, corporale ſacramentum sùb hac formâ præſtare Domino Rectori: Quòd ſuo arbitrio Conſiliarios eliget idoneos de Natione, de quâ eligi debuerint: Qui autèm in Conſiliarium electus fuerit, ſe excuſare non valeat, nec poſſit, nisì juſtà ſubeſſet cauſa, per majorem partem Nationis, de quâ fuerit approbata, quo caſu ad alterius electionem procedatur ſecundùm formam Statuti, pœnâ etiàm cuilibet excuſanti quadraginta ſolidorum Ferrariæ, ſi non juſtam, & rationabilem cauſam propoſuerit; quâ electione factâ, fiat publicatio, ſecundùm quòd conſuetum eſt fieri aliarum electionum, quorum Conſiliariorum Offitium duret, & durare debeat ſex menſibus, & circà finem dictorum ſex menſium aliorum Conſiliariorum fiat electio in Vniverſitate congregatâ, quam congregare facere teneatur Rector, qui prò tempore fuerit, ſub pœnâ viginti librarum Ferrariæ, et fieri debeat, ut de electione Rectoris eſt proviſum. Providentes quòd infrà annum aliquis non poſſit eſſe, vel in Conſiliarium eligi nisì ſemèl, ſi ſint alii ſufficientes, qui eligi poſſint in Natione ejuſdem. Et ſi contigerit, quòd in Provinciâ, de quâ eligi debent Conſiliarii non ſint alii eligendi, tùnc poſſint illi, qui ſunt ſemèl electi iterùm eligi. Et ſi quam diſcordiam oriri contigerit circà electio-

tionem Conſiliariorum, vèl alterius eorum, aùt eis electis, liceat ipſi Rectori ex ſuo offitio de Natione, in quâ, ſeù de quâ eſſet is, de quo, ſeù prò quo diſcordia oriretur, ſeù orta eſſet eligere Conſiliarium, vel Conſiliarios, quos utiliores fore putaverit prò commodo, & utilitate Univerſitatis prædictæ. Itèm ſtatuerunt, quòd omnes electi prò Conſiliariis jurare teneantur Domino Rectori prædicto ſervare, & ſervari facere, juxtà poſſe, omnia, & ſingula Statuta, & ordinamenta tàm facta, quàm fienda dictæ Univerſitatis, ac facere, & procurare omnia, & ſingula, quæ putaverit neceſſaria, ſeù utilia prò conſervatione, & augumentatione Univerſitatis prædictæ, ac Studii ſcientiæ Medicinæ, & Artium Civitatis Ferrariæ, & Scholarium ipſius: Teneatur etiàm quilibet Conſiliarius dare pignora idonea valoris triginta ſolidorum Ferrariæ infrà octo dies pòſt incohationem ſui offitii, & antequàm ad ipſum Conſiliariæ offitium ipſe electus Conſiliarius admittatur, aliàs prò Conſiliario non habeatur. Et quòd Rector teneatur privare D. Conſiliarium ex Vniverſitate nolentem pignus dare, ſub pœnâ ſolidorum quadraginta Ferrariæ, à quâ privatione non poſſit reſtitui, niſì ſolverit quadraginta ſolidos Ferrariæ, & loco talis non dantis pignus de Natione, de quâ ipſe eſſet, ſuccedat, & Conſiliarius ſit, & eſſe intelligatur alius, qui talem non dantem pignus ſequtus fuerit in vocibus: Qui ſuccedens jurare, & pignus dare teneatur, ut ſuprà. Itèm quòd Notarius Vniverſitatis prædictæ teneatur infrà tertiam diem poſt electionem quorumcumque Conſiliariorum, in ſcriptis, ponere ad ſtationem, & in ſtatione, ubi ponuntur Rotuli dictæ Vniverſitatis omnia, & ſingula, nomina omnium, & ſingulorum Conſiliariorum, vel electorum in Conſiliarios, & ad offitium, & prò offitio Conſiliariæ, ne etiàm de eis ignorantia poſſit prætendi: Et quotieſcumquè fieri debuerit electio Conſiliariorum, in Vniverſitate legi debeant nomina omnium, & ſingulorum Conſiliariorum electorum, qui ab anno citrà fuiſſent Conſiliarii, per Bidellum Vniverſitatis, nè proptèr ignorantiam, aliquis eligi prohibitus in Conſiliarium eligeretur, pœnâ Rectori, qui in prædictis negligens fuerit quinque librarum Ferrariæ prò qualibet vice, & ſi aliquis contrà formam prædictam electus reperiretur, electio non valebit, nèc valeat ipſo jùre, & nihilominùs talis electus ſi renuntiaret, in pœnam incidat quadraginta ſolidorum Ferrariæ, & quilibet sùb virtute præſtiti Sacramenti, & sùb pœnâ viginti ſolidorum Ferrariæ denunciare, & no-

tificare teneatur Domino Rectori, aùt Vniverſitatis prædictæ Sapienti; Natio autèm de quâ fuerit, quàm citiùs fieri poterit commodè, teneatur, & debeat eligere alium loco ſui infrà tres dies, poſtquàm prædicta claruerint ipſi Domino Rectori; Et ſi dicta Natio ad dictum terminum voluerit eligere, tùnc Rector, qui prò tempore fuerit, unà cùm Conſiliariis debeat eligere infrà duos dies alium de illâ Natione, ſub pœnâ cuilibet Rectori viginti ſolidorum Ferrariæ, & Conſiliario cuilibet decem, qui Dominus Rector primâ die ſequenti, quâ legeretur, faciat proclamari per Scholas nomina eorum omnium, & ſingulorum Conſiliariorum sic electorum, vel faciat in ſcriptis poni ad locum, ubi ponuntur Rotuli: Et quòd ſi quis eſt, qui velit aliquid dicere, vel oponere, infrà tertium diem compareat coràm eo, & quià decens eſt, & quodammodò neceſſarium, maximè attentis quibuſdam in Statutis contentis, ut dicti Conſiliarii unum Caput habeant, qui in caſu neceſſariò, ſeù commiſſo per dicta Statuta poſſit eos facere congregari, & intèr eos proponere, & partitum facere, & alia expedire, quæ eorum injungentur offitio, Statuerunt, quòd eà die, quâ novorum primorum Conſiliariorum fiet electio, eligatur ex Natione Lombardorum per totam Vniverſitatem unus, qui Sapiens vocetur, & duret ejus offitium prò toto tempore, prò quo ipſius Rectoris durabit offitium: Offitium autèm Conſiliariorum, & eorum Sapientis, ipſorumque juriſdictio, & poteſtas ſit, & eſſe intelligatur quatenùs, & proùt ipſius Vniverſitatis Statuta reperiantur conceſſa, quæ omnia, & ſingula ſibi impoſita, & imponenda per dicta Statuta, ipſe Sapiens ad Sancta Dei Evangelia ipſi Rectori, eâ die, quâ Conſiliariorum electio facta fuerit, ut ſuprà, ſi præſens fuerit tempore electionis, aliàs infrà octo dies proximè ſequturos jurare teneatur ſervare, & adimplere purâ, & rectâ fide: Verùm quià Repetitores tàm Grammaticæ, quàm Logicæ ſunt multùm variis, & diverſis negotiis impediti, maximè proptèr curam, quam habent, ac neceſſe eſt, eos habere ergà ſuos Scholares, & sìc aliis extraneis artibus commodè vacare nequeunt, & ſi eligerentur in Rectorem, aùt Conſiliarios, vèl Syndicos, poſſent ex hoc magnum pati incommodum, prohibuerunt aliquem Repetitorem Grammaticæ, vel Logicæ, vèl aliquem Scholarem in Cirugiâ, vèl in eadem practicantem, in Rectorem, nèc Vicerectorem, vèl in Conſiliarium, vel prò Conſiliario, in Sindicum, vèl prò Sindico eligi, vèl aſſumi; intelligendo ipſum Repetitorem,

rem, ut ſuprà, qui tempore electionis fiendæ, aùt antè per ſex menſes continuè fuerit Repetitor publicè: Statuentes inſupèr, quòd Conſiliarii ſupradicti, & ipſorum Sapiens teneantur ad omnem requiſitionem fiendam de eis de mandato Domini Rectoris, ſe congregare ad locum Rotulorum, & in quolibet alio loco, in quo ſe congregari poſſint, vèl debeant ſecundùm formam Statutorum, & indè non decedere, donèc expleta fuerint ea, prò quibus fuerint convocati, & congregati, sùb pœnâ decem ſolidorum Ferrariæ, prò qualibet vice, & prò quolibet, niſì juſtam, & rationabilem cauſam habuerit. Itèm quòd nullus poſſit Vniverſitatem facere, ſeù congregare ſinè licentià Rectoris, ſub pœnâ perpetuæ privationis, & quinquaginta librarum Ferrariæ, & vigintiquinque cuilibet, qui ſe congregaverit, ſalvo quòd Sapiens, & Conſiliarii poſſint facere congregari, ſecundùm quòd reperiretur eis conceſſum per aliqua Statuta, & alitèr non, ſub pœnâ * contrâ prædicta * eo facto intelligatur privatus, & condemnatus.

De arbitrio Conſiliariis, & Sapienti conceſſo, ubì contingeret Rectorem malignari. Statutum XVII.

Itèm ſtatuerunt, quòd ſi contingeret, quòd Deus advertat, dici Rectorem præſentem, vel alium qui prò tempore fuerit, malignari, aùt ſe dolosè, aùt fraudolentèr in factis, negotiis, vel rebus Vniverſitatis, aùt circà facta, negotia, vel res, ſeù jura dictæ Vniverſitatis * & hoc propoſitum, ſeù expoſitum fuerit, Sapiens Conſiliariorum per aliquem de Vniverſitate, vel Vniverſitati ſuppoſitum, aùt Offitialem, ſeù obedientem teneatur Sapiens congregari facere, & congregare Conſiliarios Vniverſitatis, ad locum, ut ſuprà, prò condecenti horâ, & eis congregatis, intèr eos proponere ſupradicta, & ſecundùm quòd duabus partibus dictorum Conſiliariorum, & Sapienti viſum fuerit Rectorem malignari, aùt ſe fraudolentèr, malitiosè, vel dolosè gerere in factis, negotiis, vel rebus, aut circà facta, negotia, res, ſeù jura Vniverſitatis, teneatur Sapiens infrà octo dies, quàm citiùs fieri poterit congregari facere Vniverſitatem in loco conſueto per Bidellum, qui in prædictis, & aliis offitio Sapientis impoſitis obedire eidem, ſub pœnâ centum ſolidorum, & privationis omninò teneatur, & ad ejus requiſitionem omnes, & ſinguli de Vniverſitate ſe congregare teneantur, ſub pœna decem

ſolidorum prò quolibet, nisì juſtam, & rationabilem cauſam, ſivè defenſionem haberet, in quâ Univerſitate sìc congregatâ idem Sapiens prædicta proponere póſſit, & teneatur, abſente tamèn ſempèr Rectore, Congregationi, & Congregatis prædictis, & ſupèr eis partitum facere, & ſecundùm quòd per majorem partem Univerſitatis ordinatum, firmatum, proviſum, ſeù diſpoſitum fuerit, excepto de privatione procedatur, & fiat, pœnâ Sapienti Conſiliariorum, qui in prædictis negligens fuerit, aùt prædicta juxtà poſſe non obſervaverit, decem librarum Ferrariæ, prò qualibet vice, & nihilominùs eo caſu prædicta Offitio, & ad Offitium Sapientis incumbant. Statuerunt inſupèr, quòd Dominus Rector præſens, & quilibet, qui prò tempore fuerit, teneatur, & debeat recipere patienter, & benevolè omnes, & ſingulas petitiones coràm eo porrigendas, quæ tamèn * contrà formam aliquorum Statutorum Univerſitatis, pœnâ ipſi Rectori s. centum ſolidorum Ferrariæ, Univerſitati applicandâ, & eo caſu talis petitio porrigi poſſit, & recipi debeat coràm Sapiente Conſiliariorum, & per ipſum, & in eâ, & ſupèr eâ procedatur ſecundùm formam Statutorum dictæ Univerſitatis: Statuerunt inſupèr, quòd in omni actu facto intèr Rectorem, Sapientem, & Conſiliarios, & intèr eos abſquè Rectore, ubì voces eſſent pares, poſſit Sapiens reiterato partito dare duas voces.

De convocatione Conſiliariorum fiendâ, quandò quis dixerit ſe injuſtè privatum. Statutum XVIII.

Itèm cùm plerumquè contingat, Rectores procedere ad privationem Scholarium, ſeù aliquorum aliorum indebitè, ex abrupto, aùt Statutorum ordine non ſervato, proptèr quòd ſcandala eveniunt, & plerumquè poſſit * perturbari, ordinaverunt, quòd ſi per Rectorem, qui prò tempore fuerit, privari, ſeù pronunciari privatum *, & talis privatus, ſeù denunciatus privatus aſſerat ſe gravatum, ſeù ſe injuſtè privatum indebitè, & hoc denuntiet per publicum Inſtrumentum Sapienti tertiâ die poſtquàm privatus fuerit, ſeù denunciatus privatus, teneatur dictus Sapiens eâ die, vèl ſequenti poſt dictam denunciationem convocari facere ad ſtationem Rotulorum omnes Conſiliarios, & etiàm intimare Rectori, & ei, qui sìc ſe injuſtè privatum aſſerit, quòd eâ horâ, quâ Sapiens putaverit convenire, debeant intereſſe; quibus congregatis, vel ſaltèm majori parte Conſilia-

rio-

riorum, cùm ipſo Sapiente . . . . Rector cauſam privationis exponat ipſo privato præſente, cujus defenſio, & allegatio per ipſum Sapientem, & Conſiliarios audiatur: de quâ privatione, & cauſis allegatis ipſe Sapiens, & Conſiliarii poſſint, & debeant cognoſcere, habito tamèn conſilio, ſi opus fuerit, & ſi ipſi Sapienti, & duabus partibus Conſiliariorum videbitur privationem, ſeù denunciationem privationis injuſtam, ſeù contrà formam Statutorum proceſſiſſe, poſſint, & teneantur talem privatum, ſivè privatum denunciatum reſtitui facere; ſi verò juſtè privatus, & forma Statutorum ſervata videbitur prædictis, declarent ipſum juſtè, & rationabilitèr privatum fuiſſe, & eſſe, ipſumque reſtituendum non eſſe, & nihilominùs pœnam centum ſolidorum Ferrariæ, Univerſitati applicandam incurrat, proptèr ſuam improbitatem, & malitiam, à quâ privatione reſtitui non poſſit, niſì dictâ pœnâ centum ſolidorum Ferrariæ ſolutâ; Interìm tamèn durante cognitione prædictâ prò non privato habeatur, & tractetur. Quæ omnia expediri, & examinari debeant per Sapientem, & Conſiliarios infrà quindecim dies poſtquàm dicta denuntiatio facta fuerit dicto Sapienti, pœnâ Sapienti, & Conſiliariis, qui in prædictis fuerint negligentes, ſeù qui prædicta non obſervaverint decem librarum Ferrariæ, Univerſitati applicandâ.

De electione Syndicorum, & eorum Offitio. Statutum XIX.

Quoniàm decet quemlibet Offitialem, tempore debito, & maximè ipſius finito offitio ſui offitii reddere rationem, Statuerunt, quòd quilibet Rector, tàm præſens, quàm qui de cætero fuerit, finito ſuo offitio teneatur per ſe, vèl per ſubſtitutum idoneum, cùm idoneâ ſatisdatione admittendum ſtare in Civitate Ferrariæ quindecim diebus proxime s. in fine ſui offitii ſubſequentibus ad ſui ſyndicatum; Et quòd ſempèr factâ novi Rectoris, & Conſiliariorum electione, in ipsâ Univerſitate eligantur quatuor Scholares, quorum quilibet audiverit Ferrariæ Medicinam duobus annis ſi reperiri poſſint, aliàs uno anno ſufficiat eam audiviſſe, ſempèr ſervato, quòd non ſit prohibitus per Statuta s. unus de qualibet Natione, ſi dicto tempore, vèl aliquo . . . . . aliqua Studii fuiſſet privatio * interdictum, in quorum electione ſervetur ſuprà traditus modus in electione Conſiliariorum, & ſi aliàs, vèl alitèr fuerit electio, non valeat ipſo jure; qui electi, ut ſuprà, nominentur Syndici ad ſyndicandum Rectorem, &

ſint,

ſint, & quorum quilibet teneatur novo Rectori corporale Sacramentum præſtare, quòd Syndicatus offitium benè, & legalitèr purâ fide explicabit, & faciet, nec non omnia, & ſingula, quæ circâ Syndicatum ſunt facienda: Rectoris autèm finito offitio, qui .s. ſyndicari debuerit, ſtatìm dicti Syndici, unà cùm Rectore novo antiquum Rectorem infrà quindecim dies ſyndicari teneantur, & ſyndicatum ejus, & ipſum Rectorem expedire, abſolvendo, vel condemnando in virtute præſtiti Sacramenti de omnibus, & ſingulis factis, ſeù ommiſſis, & maximè de pœnis non exactis, & aliis quibuſcumque, quæ ad ipſius offitium quólibet modo pertinebant: De quibus etiàm Sapiens, & Notarius Univerſitatis prædictæ teneantur inquirere, & inveſtigare, & ipſis Syndicis denuntiare, ad quorum omnium, & cujuslibet eorum denuntiationem prædicti Syndici teneantur procedere, condemnare, & punire ſub pœnâ quadragintà ſolidorum Ferrariæ prò quolibet dictorum Syndicorum, & quolibet prædictorum ommiſſo, & vice qualibet. Teneantur inſupèr inquirere contrà dictum Rectorem de eo, quòd non obſervaverit, & obſervare fecerit omnia, & ſingula Statuta, reformationes, proviſiones ipſius Univerſitatis prædictæ: Teneantur etiàm omnium, & ſingulorum petitiones, & querimonias contrà ipſum Rectorem porrigendas audire, & recipere, & in eis, & ſupèr eis procedere ſummariè, & de plano, ſinè ſtrepitu, & figurâ juditii, ac probationem recipere, ſententiare, & terminare, & effectualitèr executioni * contradici facere infrà tempus prædictum, et non obſtante in prædictis, vèl aliquibus ſupradictis, quòd petitiones, et querimoniæ, inquiſitiones, ſeù proceſſus minùs legitimè viderentur ordinatæ, attentis ſolùm probationibus, et ipsâ rei veritate, et valeat quidquid per eos, vel majorem partem eorum factum, et ſemèl ſententiatum fuerit unà cùm Sapiente ſupradicto; Et intelligantur in dictis petitione, et querimoniis, inquiſitione, proceſſibus, et ſententiis in omnibus, et ſingulis, quæ fient per dictos Syndicos in prædictis eſſe appoſitæ, et obſervatæ .s. omnes ſolemnitates, et ſingulæ, quæ requiruntur ex formâ juris; ſeù Statutorum aliquorum ipſius Vniverſitatis, ità quòd à ſententiâ, ſeù ſententiis, ferendâ, ſeù ferendis per eos, aùt majorem partem eorum, ut ſuprà, nullo modo poſſit, nèc valeat appellari, de nullitate dici, vel opponi, aùt reſtitutio aliqua poſtulari, acta verò agenda in prædictis, et ſupèr prædictis ſcribi debeant per Notarium Univerſitatis; Et ſi Rector qui condemnatus fuerit

rit ſe appellaverit, illo facto, die ſequenti publicetur periurus, & privatus ab omni commodo, & honore Univerſitatis prædictæ, & ab omnibus privilegiis, ſibi conceſſit per offitium, à quâ privatione non poſſit reſtitui, niſi ſolverit vigintiquinque libras Ferrariæ. Itèm cùm ſæpè contingat, quòd dentur libelli, & petitiones, ſeù denuntiationes contrà Rectorem calumnioſæ, & injuſtæ, & jura proclament calumniantem debitâ pœnâ puniri, ſtatuerunt, quòd quilibet Scholaris, vèl quiſvis alius, qui deincèps porrigere voluerit denuntiationem, vèl libellum, ſeù petitionem quocumque modo vocatur, teneatur, & debeat primò antequàm libellum afferat, ſeù petitionem, vèl denunciationem, Domino Rectori deponere in loco Rotulorum unum idoneum pignus de dimidiâ tantæ quantitatis, quanta eſt quantitas, quà petitur Rectorem condemnari debere, alitèr libellus, petitio, vel denuntiatio non recipiatur per Rectorem, Syndicos, aùt Sapientem ſupradictos, & quicumque Scholaris, vèl quis alius libellum, vèl petitionem, accuſationem, ſeù denuntiationem contrà dictum quondâm Rectorem porrigens, ut ſuprà, infrà dilationem ſibi ſtatutam non probaverit ea, quæ ſibi incumbunt, aùt ipſam petitionem, libellum, denunciationem, vèl querimoniam proſecutus non fuerit, ſeù deſtiterit, condemnetur Univerſitati per Rectorem, & Syndicos ſupradictos, in quartâ parte ejus, quâ fuiſſet condemnatus dictus quondàm Rector, aùt pœnæ, quam declaratum fuiſſet incidiſſe, ſi probatum fuiſſet legitimè quòd propoſitum fuerat contrà eum, & nihilominùs dicto convincto, omne damnum, & intereſſe eidem legitimè reſtitui facere teneantur, ſecundùm declarationem per eos, vel majorem partem eorum fiendam, quam facere teneantur, & attento pignore effectualitèr conſequi infrà quindecim dies, in virtute præſtiti juramenti, poſſit autèm, & debeat per Syndicos tempore ſyndicatus puniri, & condemnari ipſi Rectori parti læſæ, quatenùs in ſupradicto ultimo caſu * ſuam ipſe Rector reperiretur, de quibus cognitionem habeant, & deciſionem Syndici prædicti, & Sapiens Univerſitatis, & eodem modo intelligatur de Subſtituto, ſeù de Vicerectore.

De

De iis, quæ debent proponi Univerſitati. ***Statutum XX.***

Itèm ſtatuerunt, quòd quotieſcumquè aliquid debuerit proponi in Univerſitate, primò per duos dies antè debeat proponi per Dominum Rectorem intèr Conſiliarios ad hoc ſpecialitèr convocatos videlicèt ad ſtationem generalem, & per Bidellum generalem, & per ipſum Dominum Rectorem, Sapientem, Conſiliarios debeat tractari, videri, & examinari in præſentiâ Notarii Univerſitatis prædictæ, & ſi ipſo Domino Rectori, & majori parti Conſiliariorum videbitur utile id, quod proponi debuerit, & tùnc convocatâ publicè dictâ Univerſitate in Capitulo Fratrum Sancti Dominici, vel in Scholis dictorum Fratrum, ut moris, ibì proponatur per Rectorem, quod ordinatum fuerit, & tùnc liceat cuilibet de Univerſitate, & cuilibet alteri, quem prædicta tangerent conſulere, & arrengare ſupèr propoſitis tantùm, non divertendo ad aliam materiam, ſed ſolùm ad id, de quo agitur, loquendo generalitèr, & ſpecialitèr, pro ut creditur in ſuâ conſcientiá utilius fore, & tùnc ſecundùm conſulentium conſilium fiat partitum per ipſum Dominum Rectorem, & ſecundùm quòd placuerit majori parti Univerſitatis, procedatur in propoſitis, & quod firmatum fuerit in ſcriptis reducatur per dictum Notarium. Itèm ſtatuerunt, quòd aliquis Scholaris non audeat conſulere, vèl arrengare nisì ſemèl, nisì proponerentur diverſa diverſimodè, & tùnc poſſit ſupèr qualibet propoſitione ſemèl tamèn, & non plùs. Itèm quòd nullus poſſit, vel audeat in dictâ Univerſitate aliquid dicere, proponere, vel arrengare, nisì ſervatâ formâ prædictâ. Et quòd Rector, qui prò tempore fuerit, teneatur contrafacientes, & quemlibet eorum immediatè in ipsâ Univerſitate privare ab omni honore, & commodo Univerſitatis, & condemnet in decem libras Ferrariæ, à quâ quidèm privatione reſtitui nòn poſſit, nisì ſolverit dictas decem libras Univerſitati, & de voluntate duarum partium Univerſitatis de quâ appareat publicum Inſtrumentum, manu Notarii Univerſitatis, & nihilominùs quod ſupèr eo firmabitur non valeat ipſo jure; Rector autèm, qui prò tempore fuerit, ſi non obſervaverit, & obſervari fecerit prædicta omnia, & ſingula, incidat in pœnam vigintiquinque librarum Ferrariæ, exigendam in fine ſui Offitii. Itèm quòd ſi de partito fiendo oriretur queſtio intèr Scholares, quòd Rector teneatur convocare ad ſe Conſiliarios,

rios, & conferre cùm eis de partito ponendo, & proùt intèr eos deliberatum, & firmatum fuerit, ità fiat partitum, & alitèr non poſſit fieri. Itèm quotieſcumquè fit aliquod partitum in Univerſitate, non poſſit fieri, nisì ſint ibì duæ partes Univerſitatis ad minùs; & eodem modo ſi fieret in Natione aliquâ, vel intèr Conſiliarios; Et ſi per majorem partem illius, vèl aliorum qui adſunt obtinebitur, valeat quod per eos firmabitur, & alitèr, nonnisì quatenùs alitèr per Statutum aliquod diſpoſitum reperiretur. Itèm ſtatuerunt, Conſiliarios aliquos convocari non poſſe ad Rectoris domum prò aliquibus factis Univerſitatis tractandis, ſed ſolùm convocentur ad ſtationem s. Rotulorum, & per Bidellum generalem. Itèm quòd sì ſit dies legibilis, aùt in quâ intretur ad aliquem actum faciendum; quòd numquàm convocentur nisì per Scholas publicè, ut publicè ſciri poſſit, quòd convocantur, ſub pœnâ Rectori decem librarum Ferrariæ in quolibet caſuum. Itèm ſtatuerunt, quòd poſtquàm Univerſitas convocata, & congregata, & Rector propoſuerit, nullus Scholaris audeat, vel præſumat exire de Univerſitate, nisì factis, & completis iis, quæ propoſita fuerint, ſinè voluntate, & licentiâ Domini Rectoris petitâ, & obtentâ, pœnâ cuilibet contrafacienti, prò qualibèt vice quinque ſolidorum Ferrariæ, omni defenſione rejectâ; Et quòd dictum eſt de Scholaribus convocatis in Univerſitate eadem intelligantur in congregatione Scholarium cuilibet Conſiliario impoſitâ, ſi de dictâ congregatione exire voluerit ſinè licentiâ dicti Domini Rectoris petitâ, & obtentâ. Itèm ſtatuerunt, quòd congregatio tàm Conſiliariorum, vèl Additorum, vèl Scholarium fieri debeat horis determinatis, & debitis, quibus Scholares commodiùs venire poſſint; Et ſaltèm per unam diem integram antè convocent Univerſitatem, & congregent, adeò quòd Scholares publicè ſcire poſſint. Itèm quòd Rector non poſſit ire coràm Domino, aùt Poteſtate Communis Ferrariæ prò aliquibus factis Univerſitatis, aut quæ tangant Univerſitatem etiàm ſine voluntate, & conſenſu Conſiliariorum, aùt majoris partis per hoc habito colloquio, & tractatu; quòd sì ſecùs fieret, incidat in pœnam quadraginta ſolidorum Ferrariæ prò qualibet vice, hoc addito, quòd nihìl poſſit proponi, vel firmari, aùt in Univerſitate dici, aut aliqua petitio porrigi de aliquo, vel prò aliquo, quod ſit contrà formam Statutorum Univerſitatis, pœnâ cuilibet dicenti, proponenti, arrenganti, conſulenti, aùt

peti-

petitionem porrigenti decem librarum Ferrariæ; cuilibet Rectori non obſervanti, nèc obſervare facienti prædicta, & quòd fieret, ipſo jure non valeat, nec teneat, & prò non facto habeatur. Itèm ſi fiat aliquod partitum, numquàm fiat deſcendendo ad levandum; ſed quandò fit partitum, ſempèr fiat cùm fabis albis, & nigris; & alitèr, ut videbitur Rectori; & * ſolà affirmanda, vel neganda, & ſic de ſingulis rebus fiendis; & ſi aliquid contrà fieret, ipſo jure nihil valeat.

De iis, qui non poſſunt dare vocem in Univerſitate.
Statutum XXI.

Cùm ſit, quòd in Statutis noſtris ſuperioribus, & inferioribus volumus, & omninò determinamus ipſum Rectorem ab omnibus Doctoribus, & Scholaribus, & cæteris Univerſitati ſuppoſitis obedire, ſtatuimus, & ordinamus, quòd qui non obediant ipſo Rectori, vèl ejus mandatis, ſeù voce, ſeù in ſcripto, per ipſum, vel ejus Nuncium, vèl Notarium Univerſitatis factis, tùnc incurrant pœnam librarum decem Ferrariæ, recipiantque magìs, & minùs proùt dicto Rectori videbitur, ſecundùm opportunitatem rei, & habeantur, & intelligantur prò privatis omni honore, immunitate, gratiâ, & commodo ipſius Univerſitatis, & talis non poſſit dare vocem, nèc ſtare in Univerſitate congregatâ, nisì ſolverit dictam pœnam, & deliberatus fuerit penitùs ab ipſo Rectore. Itèm quià boni à malis debent diferre, ſi fuerit aliquis, qui ipſi Rectori ſit notum, vèl aliquibus probationibus ſit ei probatum eſſe infamem, vèl perjurum, talis non poſſit ullo modo dare vocem in Univerſitate volumus. Itèm qui nolunt matriculari, & non ſunt matriculati nullo modo poſſint dare vocem, nequè aliquo alio Univerſitatis privilegio gaudere, pœnâ cuilibet Rectori contrafacienti viginti librarum Ferrariæ, ex ſuis bonis auferendâ in ſuo Syndicatu, & ipſi Univerſitati effectualitèr applicandâ. Nolumus etiàm quòd aliquis examinatus vèl in Phyſicâ, vèl in Medicinâ, vèl Scholaris Ferrarienſis poſſit ſtare in Univerſitate, nequè in eâ dare vocem.

De

De pœnâ ejus, qui conveniret malitioſè aliquem de Univerſitate, vel Univerſitati ſuppoſitum, & qualitèr, & coràm quo debent Univerſitati ſuppoſiti conveniri

Statutum XXII.

Cùm deceat remediis opportunis calumniantem prò poſſe repellere, & calumniis, & malitiis obviare, Statuerunt, quòd ſi aliquis calumniaverit, vèl malitioſam accuſationem fecerit, ſeù inſtituerit contrà Scholarem aliquem de Univerſitate prædictâ, aùt ipſi Univerſitati ſuppoſitum, aùt offitialem, & trinâ monitione à Rectore, vèl de ejus mandato ammonitus non deſiſtat, & ipſe, & filii uſquè in gradum tertium per Rectorem priventur, & privati per Scholas publicè nuntientur per Bidellum generalem infrà tres dies à die ultimi termini tertiæ ammonitionis, à quâ privatione reſtitui non poſſit, nisì de voluntate ejus, prò cujus facto privatus fuerit, & ſolverit Univerſitati prædictæ decem libras Ferrariæ; Addentes, quòd nullus Scholaris, vèl quiſvis alius audeat, vèl præſumat aliquem Scholarem, vèl ſuppoſitum Vniverſitati, vel Officialem accuſare, denuntiare, citare, notificare, vel convocare, aùt citari, accuſari, denuntiari, aùt notificari facere, vèl per ſe, vel prò alio, nisì coràm Rectore, ſinè ipſius Rectoris licentiâ; & ſi quis contrarium fecerit, nisì ammonitione factâ per Bidellum ex parte Rectoris deſtiterit, & expenſas factas per partem adverſam, sì quas fecerit, & per Dominum Rectorem taxatas infrà tertiam diem reſtituerit, per Rectorem condemnari debeat, omni exceptione remotâ; & privari ex Scholis, & per Bidellum generalem publicè nuntiari, à quâ condemnatione in proximo caſu abſolvi non poſſit, nisì nomine pœnæ ſolverit Vniverſitati centum ſolidos Ferrariæ: Declarantes, & generalitèr addentes, quòd nullus Scholaris, nec Doctor, nèc Scriptor, ſivè ſit Forenſis, ſivè Civis, nèc etiàm aliquis alius Vniverſitati ſuppoſitus poſſit conveniri prò aliquâ re Mundi coràm aliquo Judice, vèl aliâ perſonâ, nisì coràm Vniverſitatis Rectore, ſine ejus licentiâ, & nihilominùs in quolibet caſuum prædictorum contrafaciens cadat ab omni, & quocumque jure ſuo. Et ſi contigerit aliquem Scholarem Vniverſitatis, vel Vniverſitati ſuppoſitum, aùt dictæ Vniverſitatis Notarium, aùt Bidellum dictæ Vniverſitatis, Sapientem, ſeù aliquem eorum citari,

tari, trahi, vel conveniri in alio quocumque foro quàm Rectoris malitioſè, civilitèr, vèl criminalitèr, quòd Dominus Rector unà cùm Conſiliariis teneatur talem conventum, citatum, aùt tractum defendere toto poſſe, & ſi opus fuerit convocare Doctores, Scholares, Nationes, & quemlibet prout ſibi videbitur expedire: Et eodem modo, quæ dicta ſunt in defendendo, intelligantur dicta eſſe in agendo: Addentes etiam, quòd ſi aliquis conventus coràm dicto Domino Rectore per aliquem de Vniverſitate, aùt Vniverſitati ſuppoſitum neglexerit comparere, & parere mandatis Domini Rectoris, aùt competentem ejus declinaverit juriſdictionem, privetur ipſe, à quâ privatione reſtitui non poſſit, niſi ſatisfecerit ei, qui ipſum conveniſſet, & ſolverit nomine pœnæ Vniverſitati ſolidos centum Ferrariæ.

De modo eligendi Univerſitatis Notarium, & Salario Offitii, Sacramentoque. Statutum XXIII.

Cùm oporteat in Vniverſitate habere aliquem ſufficientem Notarium, qui . . . . . & ad petitionem, mandatumque Rectoris omnes partitas, ſcripturas, determinationeſque fiendas ſcribere poſſit, fidemque facere, ſtatuerunt electionem ipſius sìc fieri oportere, ut Dominus Rector duos dè Civitate Notarios, & quilibet Conſiliariorum unum nominare poſſit, qui quidèm Notarij sìc nominati, in Vniverſitate, ſufficientèr in numero congregatâ, & die, per Dominum Rectorem ſtatuto ad partitum ponantur, & qui illorum in ſui favorem plures fabas habuerit, ille ſit Notarius Vniverſitatis approbatus, & omnes partitus dictæ Vniverſitatis Vniverſales, particulareſque habeat facere, ut ſibi à Domino Rectore imponetur, vèl ab alio dictæ Vniverſitatis Scholare, cùm prædicti Domini Rectoris licentiâ, quam ſibi poſſit voce, aut ſcripturâ propriâ manu largiri; qui quidèm Notarius ſit immunis, & exemptus, ſicùt ſunt Scholares de Vniverſitate, & quolibet anno ſit * prò quolibet Scholari, qui ad Matriculam venerit unius ſoldi * ut in Matriculâ capitulo Scholarium continetur, & prò quibuſcumque aliis mandatis, ac cedulis, ſcripturiſque cujuſcumque, per ipſum fiendis ſolvatur, & ſolvi debeat ſecundùm Civitatis conſuetudinem, ut elapſis temporibus conſuetum eſt, & quæcumque alia alitèr geſta fuerint, nullius ſint valoris, & unuſquiſque Scholaris, qui ſupradictis contrafecerit,

cerit, Notariuſque prædictus in pœnam decem libr. Ferrariæ incurrat, prædictæ Univerſitati ſolvendam prò qualibet vice, cui quidèm Notario electo quamprimùm offitium acceptaverit detur ſacramentum, ut obſervare debeat quæcumque in ſupraſcripto Capitulo ſcripta ſunt, neqùe alia facere, ordinare, vèl ſcribere contra Univerſitatem; ejuſque Rectorem, atqùe Scholares, & ſubditos, niſì ſibì ex præcepto noſtri Illuſtriſſimi Ducis mandatum fuerit, ſub pœnâ ſuperiùs contentâ.

De modo, & formâ electionis Bidelli, & ſalario, & offitio.
Statutum XXIV.

Itèm cùm hoc ſit, quòd Bidellus Univerſitatis prædictæ, & Scholarium ejuſdem ſit ſufficiens, & idoneus ad ſerviendum Univerſitati prædictæ, & Scholaribus ipſius, & ipſum offitium in quantùm velit exercere, & explicare, ſtatuerunt, & ordinaverunt, quòd Bidellus prædictus ſit, & eſſe intelligatur in futurum Bidellus Univerſitatis; Nè autèm ex prædictis aliquam ſibi aſſumat arogantiam, & Scholares ſpernat, & deſpiciat quoquò modo, & ut materiam habeat Scholares honorandi, & eis ſerviendi, ſtatuerunt, quòd elapſo anno, inchoando à Kalend. menſis Octobris ſubſequentis, factâ electione Conſiliariorum in S. Dominico, vel alibì in loco conſueto, & eis publicatis, immediatè Rector, quì prò tempore fuerit, teneatur ad ſe convocare dictos Conſiliarios, & eis convocatis, ſacramento eis delato, ac per eos præſtito, quòd ſanum dabunt conſilium prò Univerſitate, & Scholaribus, remoto odio, & timore, & amore, prece, pretio, ac etiàm Sapientem Univerſitatis, & Notarium ipſius Univerſitatis, ponat ad partitum de ipſo, & tùnc ſi fuerit obtentum per duas partes dictorum Conſiliariorum, & Rectorem, quòd dictus Bidellus debeat ſcrutinari, licitum ſit eidem D. Rectori eadem die, vel ſequenti ad ejus beneplacitum convocare Univerſitatem, & ibì proponere, & ſcrutinari facere, utrùm ipſe, de quo obtentum fuerit, quòd ſcrutinari debeat * de eo ſcrutinando partitum per ſe dare * & apertè debeat eſſe, & remanere Bidellus, & in capite aliorum trium annorum Rector, qui prò tempore fuerit ſimile facere teneatur; ſi verò obtentum fuerit per duas partes præſentium in Univerſitate prædictâ, quòd ipſe removeatur à dicto offitio, tùnc immediatè removeri debeat, antequàm ad alia procedatur in eadem Univerſitate, niſì deliberaretur, quòd prò meliori differretur, quo caſu in pri-

primâ Congregatione Vniverſitatis ejuſdem debeat loco talis, qui facto partito, ut ſuprà, amiſiſſet, vel remotus fuiſſet, alius idoneus per ipſam Vniverſitatem, facto partito, ſubrogari, & poni, & sic ſubrogatus, & poſitus Bidellus ſit, & eſſe intelligatur; & eodem modo procedatur quantùm ad perſonas ſubrogatas, ut ſuprà eſt deſcriptum, & proviſum: Si autèm intèr Conſiliarios obtinebitur, quòd ſcrutinari non debeat, eo anno ſcrutinari non poſſit: ſi autèm per duas partes obtineretur, quòd caſſari debeat, ſit caſſus, & ad electionem alterius procedatur, ut ſuprà: Et sic ſucceſſivè fiat de anno in annum, donèc durabunt præſentia Statuta. Teneatur autèm prædictus Bidellus ſtare continuè horis congruis ad ſtationem Rotulorum, & ſolicitè ſuum offitium operari, ac etiàm citationes, commiſſiones, & requiſitiones, præcepta, & mandata, & commiſſa per Rectorem, Conſiliarios, aùt eorum Sapientem, in caſu ipſi Sapienti, & Conſiliariis permiſſo, vèl alium, qui præſentium Statutorum vigore committere poſſit, ſolicitè, & diligentèr, ac bonâ fide facere, & explicare, & legere per omnes Scholas, quæ legi debuerint, abſquè alio ſalario, ſeù mercede; Nèc non omnibus, & ſingulis præceptis, ſeù mandatis dicti D. Rectoris, tamèn licitis, & honeſtis parere, & obedire, Doctoribus, & Scholaribus quibuſcumque debitam reverentiam portare, gratioſè eos recipere, & videre, ac eiſdem placabilitèr, & cùm modeſtiâ reſpondere, credentias, & . . . . . . tenere, & generalitèr omnia, & ſingula facere, & exercere, quæ quomodolibèt ex formâ aliquorum Statutorum injungerentur eidem, & ab illicitis, & prohibitis, ſe abſtinere, ſub pœnâ ſibi, et prò qualibet vice, quâ contrà prædicta fecerit, ſeù venerit decem ſolidorum Ferrariæ, quam ipſo facto incurrat, ſeù incurriſſe debeat, et quilibet in virtute præſtiti juramenti teneatur eum contrafacientem, aùt prædicta non ſervantem denunciare palàm, vèl ſecretè D. Rectori, aùt dictæ Vniverſitatis Sapienti, et habeat tertiam partem pœnæ: Qui Rector, et Sapiens, cùm prædicta fuerint denuntiata, ſub pœnis in Statutis contentis teneantur effectualitèr contrafacientem urgere, et compellere, ſeù compelli facere, ad ſolvendum prædictam pœnam: Quæ omnia, et ſingula facere, et obſervare juxtà poſſe jurare corporalitèr ad Sancta Dei Evangelia teneatur dictus Bidellus tempore introitus cujuſcumque Rectoris, infrà dies octo dicti introitus, ſub pœnâ quadraginta ſolidorum Ferrariæ; Si autèm contingerit, ipſum Bidellum prædictum ex juſtâ causâ impediri, poſſe ſibi commiſſa, ut ſuprà explicare, liceat eidem per idoneum ſubſtitutum

præ-

prædicta facere, aliàs non; Si verò contigerit eum decedere, tùnc ad alterius electionem procedatur in Univerſitate prædictâ, juxtà formam ſuperiùs traditam. Et quià quilibet mercenarius dignus eſt mercede ſuâ, & honor eſt Univerſitati, & Scholaribus ejuſdem dictum Bidellum de ſuo labore præmium habere, & ſe decentèr regere, & gubernare poſſe, ſtatuerunt, quòd ipſe Bidellus poſſit, & ei liceat tèr in anno, tempore, & modis infraſcriptis per Scholas, & intèr Scholares collectam facere, & prò ſingulâ collectâ habere debeat à quolibet Scholari, prò primâ collectâ ſolidos quinque, & à quolibet Doctore legente Medicinam Ordinariam, ſeù Practicam, ſivè Rhetoricam ſolidos quadraginta Ferrariæ, à quolibet verò legente Medicinam Extraordinariam, ſivè Practicam, ſivè Theoricam ſolidos viginti Ferrariæ, & tantumdèm ſolvant legentes Phyſicam ſivè Ordinariam, ſivè Extraordinariam, à quolibet verò legente Logicam ſolidos viginti habere debeat; quarum collectarum primam faciat in principio Novembris, & hoc poſtquàm ſufficientèr per Scholas paleas poſuerit: Secundam verò faciat antè Feſtum Nativitatis D. Noſtri Jeſu Chriſti, habeat verò prò ſecundâ, & tertiâ ſicùt prò primâ habuit, quas quantitates ad minùs ſupradicto Bidello ſolvere teneatur à die notificationis factæ per Bidellum uſquè ad octo dies, ſub virtute ſacramenti, & pœnâ dupli quantitatis prædictæ ſolvendæ cuilibet Doctori, & cuilibet Scholari applicandæ dicto Bidello. Itèm, debeat, & poſſit habere prò quolibet examine tàm Medicinæ, quàm Artium viginti ſolidos Ferrariæ; prò ſignis autèm .s. libri traditione, annuli exarratione, & bireti impoſitione publicè dandis, ſeù fiendis nihil petere poſſit, vèl habere, ſeù audeat quoquomodo ab aliquo Scholari noſtræ Univerſitatis, & ſimilitèr ſolvant etiàm examinandi in Artibus Univerſitati prò examine ſolidos triginta, vèl circà tàm in Artibus, quàm in Medicinâ. Itèm ſtatuerunt, quòd à quolibet Doctore publicè diſputante poſſit, & habere debeat ſolidos quatuor prò qualibet vice, & à quolibet Scholari reſpondente ſolidos duos: Teneatur autèm Bidellus idonee ornare, & ſufficientèr cathedras, & banchas principales cùm ratiis, & banchalibus. Itèm ad omnes exequias Defunctorum cùm D. Rectore habeat ſolidos quadraginta Ferrariæ. Itèm ſociando aliquem conventuandum ad domum honorificè cùm D. Rectore habeat libras tres Ferrariæ.

De ſacramento Bidellorum Univerſitatis. Statutum XXV.

Statuerunt, et ordinaverunt, quòd Bidellus Vniverſitatis prædictæ, in initio introitus cujuſcumque Rectoris, infrà octo dies teneatur ipſi Rectori corporale ſacramentum præſtare, ultrà alia merito offitii jurata, quòd ſolicitè, diligentèr, et attentè credentias Vniverſitatis, et alias quaſcumque ſibi impoſitas, vèl imponendas tenebit, nemini revelando, vèl propalando, dicto, vel facto, et omnia, et ſingula Statuta Vniverſitatis, tàm facta, quam fienda purè, et ſinè fraude ſervabit, Vniverſitatem, et Scholares ejuſdem, prò poſſe defendet, et ad exequias Defunctorum ibit, ac cætera alia faciet, et explicabit, quæ ei commiſſa fuerint, vel committentur in futurum per aliqua Statuta Vniverſitatis prædictæ, et ſi prædicta jurare non vellet, ipſo offitio ſit privatus, et in ejus loco alter ſubrogetur.

Quòd Bidellus teneatur præſentare privatos Notario Univerſitatis. Statutum XXVI.

Itèm ſtatuerunt, et ordinaverunt, quòd Bidellus teneatur, et debeat omnes, et ſingulas privationes, et præcepta privationum, et quæcumque alia eis, ſeù alteri eorum impoſita legere, publicare, et facere ſecundùm mandatum Domini Rectoris, et sìc publicatis, et factis, eâ die, vel ſequenti debeat referre, præſentare, et deſignare Notario Vniverſitatis, ad hoc ut de ipſis ſempèr copia habeatur, pœnâ ei prò qualibet vice quadraginta ſolidorum Ferrariæ, et pœnâ Notario ſi non poſuerit omnia præcepta, privationes, et citationes in libris, ad hoc deputatis duorum ſolidorum Ferrariæ, prò qualibet vice exigendâ per Rectorem infrà octo dies ſub eadem pœnâ; et quòd omnes privati, & res privatæ ſcribantur in quaddam tabulâ, quæ publicè ſtet in ſtatione Rotulorum, ut omnibus pateat evidentèr per Bidellum Vniverſitatis, sùb pœnâ viginti ſolidorum ipsi prò qualibet vice, quâ prædicta, vèl prædictorum aliquid omiſerit ſcribere.

De formâ citandi aliquem coràm Domino Rectore.
Statutum XXVII.

Itèm ſtatuerunt, & firmaverunt, quòd quotieſcumquè aliquis citari, vèl requiri debuerit coràm D. Rectore, ſufficiat ipſum citari ſemèl juventum, vel bìs non juventum ad domum habitationis, ſeù hoſpitium, etiàm ſi prò eadem horâ citetur, ſeù requiratur, diverſis tamèn diebus, ſeù horis per Bidellum Univerſitatis prædictæ; & ſi receſſiſſe diceretur, vèl ſe abſentaſſe à Civitate Ferrariæ, aùt ejus habitatio non reperiretur, ſufficiat eum citari, ut ſuprà, altâ tamèn voce ad domum, ſeù in quâ ultimò morari conſueverat. Et ſi citatus, ut ſuprà, non comparuerit, contumax intelligatur, & ſit. Statuerunt etiàm, quòd ſi aliquis citari debuerit, ad aliquam ſententiam audiendam, ſufficiat eùm ſemèl citaſſe perſonalitèr inventum, vel bìs, non inventum, etiàm ſi per eumdem Bidellum dummodò non ſimùl, & ſemèl, etiàm ſi prò eadem horâ citatus fuerit, de quibus omnibus, & ſingulis ſtetur, & credatur relationi Bidelli, qui ſe citaſſe, ut ſuprà diceret, & referret. Citari autèm faciens ſempèr in termino citationis debeat intereſſe, & citati contumaciam accuſare, aliàs citatus prò non contumace habeatur.

De ſcripturis privatis recognoſcendis. Statutum XXVIII.

Itèm ſtatuerunt, quòd quicumque ſcripſerit aliquam ſcripturam privatam, compellì poſſit, & valeat quibuſcumque remediis opportunis per Rectorem, ad petitionem ejus, cujus intereſſe videretur, dictam ſcripturam coràm dicto Rectore recognoſcere, & fateri, utrùm ipſam ſcripſerit, vèl non, & ſi quidem diffiteatur ipſam ſcripſiſſe, poſſit, & valeat remediis opportunis cogi ad ſcribendum, & factâ comparatione de ſcripturâ, quam fecerit, vèl de aliâ, cui fides adhiberi debeat, ſi reperietur, & declarabitur ſcripſiſſe, condemnetur in duplum ejus, quod ſcriptura, quæ recognoſci petebatur continebat, & ſivè fuerit confeſſa, ſivè non, dummodò per comparationem appareat ejus manus, poſſit, & valeat ex eâ agi, & probari, ſi obligatoria eſſet, etiàm ſi locus, cauſa, tempus, vel teſtes in eâ non contineantur, & dicta pœna applicetur tota Univerſitati.

De modo, & formâ procedendi per Rectorem in cauſis Civilibus cujuſcumque. Statutum XXIX.

Itèm ſtatuerunt, quòd Dominus Rector præſens, & qui prò tempore fuerit, poſſit, & teneatur cognoſcere de quibuſcumque cauſis, ſeù quæſtionibus civilibus cujuſcumque quantitatis contrà Scholares, & Univerſitati ſuppoſitos, ſeù rei, vel facti ejus eſtimatio eſſet, ſeù eſſe videretur, quantitatis cujuſcumque vertentibus, ſeù quæ verti contigerit coràm eo intèr aliquos de Univerſitate prædictâ, ſeù dictæ Univerſitati ſuppoſitos, aùt aliquos quoſcumque, qui coràm Domino Rectore convenire poſſent, ſeù reſpondere tenentur vigore aliquorum Statutorum dictæ Univerſitatis, aùt aliquo jure, vel conſuetudine, & ipſas cauſas, & quæſtiones decidere poſſit, & teneatur, & executioni mandare, & omnia, & ſingula in eis, & circà ea facere, quæ quilibet Judex habens ordinariam juriſdictionem facere poſſet, in quibus, & ſupèr quibus poſſit, & teneatur procedere, ac ea terminare, & exequi ſummariè, & de plano, ſinè ſtrepitu, & figurâ juditii, rejectis etiàm quibuſcumque exceptionibus patriæ poteſtatis, minoris ætatis, doli, non numeratæ pecuniæ, & aliis quibuſcumque, quæ ipſi Rectori, boni viri arbitrio frivolæ, malitioſæ, protractoriæ, ſeù cavilloſæ viderentur, prò quorum expeditione teneatur qualibet hebdomadâ per ſe, vèl ſubſtitutum * habere poſſet .s. die Jovis non feſtivâ, aliàs primo die ſequenti non feſtivo in tertiis ad ſtationem, ut ſuprà, venire, & ſtare uſquè ad horam debitam, & ſi dictâ impediatur venire, aùt commodè venire non poſſit, ſequenti die non feſtivo ſolemni, eadem horâ venire, & ſtare teneatur, ut ſuprà, donèc aliquis velit dicere aliquid, petere, vel proponere coràm eo; poſſit etiàm aliis diebus venire, & ſtare ad ſtationem prædictam, ac jus reddere. Procedatur autèm in dictis cauſis, ſeù quæſtionibus, ut infrà ſubijcietur; videlicèt, quòd oblato libello, & petitione aliquali coràm ipſo Domino Rectore, etiàm ubicumquè, aùt facti narratione, ex quo, ſeù quâ aliquid concludatur, in actis per Notarium Univerſitatis redactâ, & ſcriptâ, citetur, & requiratur is qui convenire videtur, ſecundùm formam ſuprà traditam in Statuto: De modo, & formâ citationum fiendarum, prò eâ die Rector * venire, & ſtare

re ad ſtationem prò jure reddendo teneatur, quòd compareat ad reſpondendum de jure citari facienti, & ſi quidèm in termino citatus comparuerit per ſe, Procuratorem, aùt alius legitimè venerit prò eo, Rector pronunciat perſonas legitimas, & incontinenti reſpondeat, & reſpondere teneatur talis citatus dictæ petitioni, ſimplicitèr, ſinè aliquo temporis intervallo, aùt narrationi, affirmando, vèl negando contenta in dictâ petitione, ſeù libello, aùt narratione, aliàs habeatur prò confeſſo, & ſi confeſſus fuiſſet ſpontè in juditio ad petitionem partis, poſſit, & teneatur Dominus Rector præcipere * & ad petitionem partis poſſit, & teneatur Dominus Rectòr præcipere * ut ad terminum viginti dierum debeat dare, facere, vel ſolvere verè contenta in dictâ petitione, ſeù libello, aùt facti narratione; Si autèm talis citatus, & conventus perſonalitèr reſponderit, ſeù affirmaverit, reſpondendo, contenta in dicto libello, ſeù petitione, aùt narratione ea quæ petuntur vera eſſe, tùnc dictus Dominus Rector præcipiat, & præcipere teneatur, ſi præſens fuerit, quòd debeat ſolvere quantitatem pecuniæ, aùt reſtituere, aùt alia facere, ut in petitione, ſeù libello continebitur ad terminum viginti dierum, aùt plùs, ſi partes fuerint in concordiâ, & de voluntate proceſſerit dicti Actoris; Si autèm abſens fuerit, teneatur dictus Rector præcipi facere per Bidellum, quòd ad terminum viginti dierum det, ſolvat, reſtituat, vel tradat id, quod in libello, petitione, ſeù facti narratione continetur, quo termino, in quolibet caſuum prædictorum elapſo, ſi non ſolverit, vèl ſatisfecerit, poſſit, & debeat privari, & eo privato aggravari, & aliis quibuſcumque remediis procedi, ità quòd omninò ſatisfaciat: Si verò negaverit contenta in petitione, libello, ſeù facti narratione vera eſſe, ordinetur dilatio Actori, ſeù parti ejus ſex dierum continuorum ad probandum de jure ſuo, & partis ſuæ, infrà quam, parte tamèn citatâ, & ubicumqùe poſſint juramenta teſtium recipi; Et ſi quam petitionem exhibuerit Actor, quam exhibere poſſit etiàm ubicumqùe, datâ copiâ parti, ſi voluerit, & interrogatoriis, ſi facta fuerint, infrà dilationem competentem, ipſiſque examinatis per Rectorem, niſi ſit alicui partium ſuſpectus, quòd ſi ſit, tùnc Rector unà cùm Sapiente Univerſitatis debeant teſtes cùm Notario etiàm recipere, & examinare, diligentèr tamèn, & idem fiat, & obſervetur è converſo, ſi pars

conventa aliquas probationes in dictâ dilatione, vel aliâ, eidem aſſignandâ * voluerit, hoc addito, & expreſsè ſtatuto, quòd utraque pars teneatur intrà primos tres dies dictæ primæ dilationis datæ ad probandum pignora idonea deponere penès Maſſarium, ſeù Depoſitarium Univerſitatis prædictæ, ſi ipſius copia haberi poterit, aliàs penès Bidellum generalem Univerſitatis, qui Bidellus eâ die, vel ſequenti deſignare, & tradere eidem Maſſario, ſeù Depoſitario teneatur omninò. Recipiens autèm teneatur dicere, & ſcribere ſupèr libro, aùt pignore ſic depoſito pignus cujus eſt, & prò quâ quæſtione, & prò quantitate, * ſibi datum prò pignore, ſub pœnâ ipſi Bidello, cui deſignatum fuerit pignus prædicta non facienti, ſeù fieri facienti, prò qualibet vice, quadraginta ſolidorum Ferrariæ, ipſo facto eidem, & incontinenti auferendâ per Dominum Rectorem, pœnâ ſibi Rectori, ſi negligens fuerit, quinque librarum Ferrariæ, prò quolibet, & qualibet vice: Dentur autèm, & tradantur pignora, ut ſuprà, infraſcripto modo, videlicèt, Reus conventus de tantâ quantitate, quanta eſt quantitas petita, ſeù eſſet, ſeù eſſe videretur, ſeù pateretur exiſtimatio rei petitæ, aùt facti in judicium deducti, & ultrà, ſi quæſtio fuerit à tribus libris, & abindè ſuprà uſquè ad viginti, det, & dare debeat pignus octo librarum Ferrariæ, & abindè verò ſuprà quantecumque ſit quantitatis, decem libras Ferrariæ, ultrà quantitatem petitam, ſeù eſtimationem rei petitæ, aùt facti in judicium deducti: Agens verò, de dimidia .s. quantitate, de quâ fuerit quæſtio, ſeù eſtimatio rei, vel facti, in judicium deducti dare, & deſignare pignora teneatur, ut ſuprà: Et ſi quidem dicta pignora depoſita non fuerint, ut ſuprà, ſi fuerit Actor, qui non depoſuerit, cadat ab omni jure ſuo, & Reus conventus abſolvi poſſit, ac debeat à petitione dicti Actoris, & à contentis in eâ; Reus autèm, pignus non deponens, ut ſuprà, prò confeſſo habeatur, & contrà eum fieri poſſit ſententia condemnatoria, ac ſi legitimè probatum foret quòd in libello, petitione, aut facti narratione deductum eſſet. Dictâ autem dilatione ſtatuta Actori ad probandum elapsâ, ordinetur dilatio Reo, & parti ejus qui petierit ſimilis ſex dierum, ad probandum, infrà quam Actori liceat probare, intrà, ſeù infrà quas dilationes ordinatas quælibet ipſarum partium ſuas probationes, tàm per Teſtes, quàm per Inſtrumenta, & jura face-

facere teneatur. Verùm quià contingere poſſit, aliquo caſuum Teſtium abſentiam allegare, hoc malitioſè fieri ſolet ut plurimùm, ſtatuerunt, quòd ſi . . . . . . Teſtium allegaret, quos aſſereret, ſe producere velle, antè omnia jurare teneatur, ad Sancta Dei Evangelia, tactis ſcripturis, prædicta vera eſſe, & animo calumniæ non hoc dicere; quo caſu poſſit dictus Dominus Rector dilationem probatoriam tali alleganti arbitrio ſuo, & boni viri ordinare, dummodò tamèn occaſionibus antedictis non poſſit ordinare majorem dilationem, quàm juris ſit; Et ſi quo tempore apparuerit de calumniâ petentis dilationem prædictam, & cùm hoc dictus allegatus abſentiam non probaverit per Teſtes prædictos quod intendit, quantùm tamèn in eo fuerit, pœnam decem librarum Ferrariæ, applicandam Univerſitati ipſo facto incurrat, quàm ſi non ſolverit admonitus, privetur, à quâ privatione reſtitui non poſſit, niſi dictâ pœnâ ſolutâ: Tempus autèm dictæ dilationis in termino temporis Statuti ad cauſam terminandam minimè computetur. Elapſis verò dilationibus probatoriis publicetur proceſſus, & atteſtationes Teſtium, & omnia, & ſingula in cauſâ, & ſupèr cauſâ actitata, & facta; Et teneatur Dominus Rector, vel Vicerector conſulere jurium Peritum idoneum ſupèr dictâ cauſâ, habitâ autèm aſſumptione ipſius conſilii, nèc non depoſito ſalario Rectoris, vel Vicerectoris, & Notarii, Rector ſtatuat terminum dictis partibus ad accipiendam copiam proceſſus, & ad opponendum, & probandum, & habere probatum omnes ſuas oppoſitiones, & exceptiones, ſi quas proponere, & allegare voluerit, ſex dierum, infrà quem terminum, ſeù dilationem quilibet poſſit opponere, quod ſibi videbitur, & probare coràm Notario Univerſitatis, etiàm abſente Rectore, dummodò tamèn Reus præſens ſit, quandò ſacramentum datur Teſtibus, vel legitimè citetur .s. reus ipſe. Prædicta autèm dictus Dominus Rector teneatur terminare, abſolvendo, vel condemnando intrà duorum menſium ſpatium à die, quâ conventus comparuerit, & reſponderit, ſub pœnâ ipſi Domino Rectori tantæ quantitatis, quanta fuit quantitas petita, ſeù eſtimatio rei, vel facti petiti, prò dimidiâ Univerſitati, & prò aliâ dimidiâ agenti applicandâ, & ſub aliis pœnis, in Statuto contentis. Sententiâ verò latâ, poſſit ipſe Rector, antequàm diſcedat à bancho, pòſt ſententiam latam expenſas taxare, & declarare ſecundùm

quod

quòd per Rectorem, & Notarium Univerſitatis, vel Subſtitutum ejus taxatum fuerit, ſeù declaratum, quòd etiàm locum habeat in quibuſcumque expenſis reficiendis, ſivè vigore præſentis Statuti, ſivè præcedentis, ac cujuſvis Statuti Univerſitatis prædictæ, quam ſententiam & in ſorte, & in expenſis elapſis demùm viginti diebus ſi condemnatus non ſolverit, vel fecerit infrà dictos viginti dies id, quòd in ſententiâ continebitur, poſſit, & teneatur idem Rector exequi, & executioni mandare quibuſcumque remediis, etiàm faciendo pignus depoſitum, ut ſuprà obtinenti tradi prò ipsâ quantitate, prò quâ fuerit condemnatus in ſummâ prædictâ, & prò expenſis, per ipſum Dominum Rectorem taxatis, in quibus, & prò quibus Depoſitarius teneatur parere ipſi Domino Rectori, & ſi ejus Rectoris mandato pignus dederit, aùt reſtituerit, liberatus ſit, & eſſe intelligatur; victor autèm, cùm vicerit, ſuum pignus habere poſſit, & debeat. Et quià plerumqùe, prò impediendâ executione malitiosè opponitur exceptio ſolutionis, ſatisfactionis, pacti, vèl tranſactionis, & contrà veritatem, ſtatuerunt, quòd de ſolutione alicujus quantitatis, vel rei debitæ vigore alicujus ſententiæ latæ ſecundùm formam præſentis, vèl proximè præcedentis Statuti, probari non poſſit, nisì per publicum Inſtrumentum, vel Scripturam, cui fides adhiberi debeat; Et ſi in aliquo caſu recipere debens excuſaret, alterum prædictorum facere poſſit is qui teneretur * id quod ſolvere, ſeù dare deberet, deponere penès Notarium Univerſitatis, aùt Bidellum generalem Univerſitatis, quò depoſito facto, incontinenti liberatus ſit, & eſſe intelligatur; Et ſi privatus foret, reſtitui debeat, ſolutâ tamèn privationis pœnâ primò; ſi verò citatus, & requiſitus, ut ſuprà, per ſe, vèl per alium non comparuerit, præſtito juramento calumniè per Actorem pronunciet Rector interloquendo citatum ipſum contumacem, & tenutam ex primo decreto de bonis ejus dandam eſſe prò menſurâ quantitatis petitæ, ſeù eſtimationis rei, vel facti petiti, ad petitionem dicti Actoris, etiàm abſente dicto tali citato; Et iterùm citetur ipſe conventus ſemèl, etiàm ſi inventus non fuerit, quòd veniat, ad defendendum ſententiam, & ſi infrà terminum ipſe, nèc aliquis prò eo * mandet Rector tenutam dari de bonis ejus, ſalvo jure omni, de quibus bonis per Bidellum tenuta dari poſſit, ſi reperiantur de quantitate petitâ, & expenſis legitimè factis, & fiendis in dictâ causâ, & ejus oc-

ca-

caſione; ſi autèm retulerit Bidellus, ſe bona non reperire, Rector expenſas factas teneatur taxare, & tùnc privetur talis conventus, & per Scholas publicè privatus denuncietur, à quâ privatione reſtitui non poſſit, nisì comparuerit, & expenſas parti adverſæ refecerit, per Rectorem taxatas, quas deponere teneatur penès Notarium Univerſitatis, & pignus dederit, ut ſuprà, penès Depoſitarium Univerſitatis prædictæ, aut Bidello generali, de parendo mandato Domini Rectoris, & ſolvendo omnem condemnationem, de eo fiendam, & Univerſitati ſolvere decem libras Ferrariæ, quo facto, reſtitutus ſit, & eſſe intelligatur ipſo facto; Et in primâ die, quâ Rector ſederit ad Banchum prò jure reddendo, comparere teneatur coràm eo, & reſpondere dictæ petitioni ſimplicitèr, affirmando, vel negando contenta in petitione, abſqùe aliquâ dilatione, vèl termino, & ad alia procedatur, ut ſuprà, ac ſi ab initio comparuiſſet, ſalvo, quòd aliàs pignus dare non teneatur: Pars verò Actoris infrà terminum, ut ſuprà, pignus, ſeù pignora prò ſuâ parte deponere teneatur, ad pœnam ſupradictam: Si verò Bidellus de bonis talis conventi reperiſſe retulerit, & tenutam ex primo decreto dediſſe, tùnc cridari debeat publicè per ipſum Bidellum per Scholas, per quas ſolitus eſt Bidellus prædictus cedulas legendas legere Scholaribus, in Scholis exiſtentibus, & etiàm antè domum habitationis dicti conventi, ſi habitare reperiretur in Civitate Ferrariæ; Quòd ſi eſt aliquis, qui vellet defendere dicta bona, aut dictum conventum, ſeù dicere velit jus aliquod habere in dictis bonis, coràm ipſo Domino Rectore infrà tertiam diem debeat comparere; & ſi aliquis infrà dictum terminum comparuerit, qui dicta bona velit defendere, vel dicat, ſe jus in dictis bonis habere, de quibus data eſſet tenuta prædicta audiatur, & jura utriuſque partis, tàm Actoris, quam Comparentis examinentur, & ſecundùm quod juris fuerit terminetur: Si autèm aliquis non comparuerit, elapſo termino ſtatuatur prædicto Actori dilatio, etiàm abſente, & non citato prædicto contumace, ad probandum de jure ſuo, & probationes recipiantur, & adiudicatio in ſolutum fieri poſſit Actori, de conſilio tamèn dicti Sapientis: Statuerunt etiàm, quòd fienda per eum in prædictis, circà prædicta, & quodlibet prædictorum valeant, teneant, & habeant plenum robur, & quòd in prædictis, & quolibet prædictorum intelligantur fore ſervata omnia, & ſingula juris ſolemnia, ſeù

alia

alia, quæ de jure requiruntur, dummodò prædicta fuerint ſervata, & à ſententiis, pronunciationibus ipſius Domini Rectoris factis, ut ſuprà, nullo modo poſſit appellari, de nullitate dici, vel opponi, aùt in integrum reſtitui poſtulari, aùt peti, vel aliquid dici, vel fieri, per quòd impediatur, vel impediri poſſit, quò minùs dicta ſententia lata per dictum Dominum Rectorem effectualitèr mandetur executioni. Itèm ſtatuerunt, quòd prò qualibet librâ monetæ Dominus Rector poſſit, & debeat habere, & percipere prò ſuo labore, ſeù ſportulis ſolidos duos monetæ * ferendi ſententiam prò quantitate minore trium librarum * quàm majori. Itèm ſtatuerunt, cùm non deceat Scholares in litigiis permanere, ſed ſtudio vacare continuò, & intendere, quòd ab aliquâ ſententiâ, per Dominum Rectorem ferendâ, & per Conſiliarios, & Sapientem in caſibus ſibi permiſſis appellari non poſſit, nèc in integrum reſtitutio poſtulari, aùt aliquis alius actus fieri, per quem prædicta, vel aliquod prædictorum faciens videatur velle de iniquitate, ſeù nullitate ſententiæ conqueri, pœnâ cuilibet contrafacienti, & prò vice qualibet viginti librarum Ferrariæ; Et nihilominùs quòd contrà fieret, non valeat, & ſententiata exequi poſſint, & executioni mandari quibuſcumque remediis opportunis, prædictis, aùt prædictorum aliquo non obſtante, prò quorum executione poſſit recurri ad Dominum Vicarium Domini Poteſtatis, & ejus auxilium etiàm implorari, juxtà formam in privilegiis Scholarium attributam. Itèm ſi contingat, aliquem Scholarem in jure Canonico, vel Civili litigare coràm Rectore, Sapiente, Conſiliariis Univerſitatis antedictæ, ſtatuerunt, quòd non audiatur, aliàs niſi fecerit licentiam dari, & præcipi alteri, & per Rectorem ſuum Sapienti Univerſitatis prædictæ, vèl ei, quem repræſentaret, & ejus ſubſtitutus eſſet, quæ in causâ, & quæſtione decidendâ faciendâ occurrerint, pœnâ ipſi Rectori eum alitèr audienti decem librarum Ferrariæ. Itèm quòd nullus debeat, vel audeat ducere aliquem Advocatum, vèl Procuratorem, vèl aliam perſonam procurantem prò eò, nisì ſit perſona prædictæ Univerſitati ſuppoſita.

De

De modo ſervando in quæſtionibus intèr Scholares.
Statutum XXX.

Quìa Societas jus obtinet Fraternitatis, & plerumquè intèr Socios diverſæ oriantur quæſtiones, quapropter oportet eos à ſocietate recedere, ſtatuerunt, quòd ſi contingerit aliquem Sociorum ſocietati contractæ renuntiare, & de domo, ſeù hoſpitio communi, in quo cùm Sociis habitabat velle recedere, allegando cauſam legitimam contrà Socios, vèl aliquem eorum, quæ bono viro attentâ probationis difficultate probaretur, vèl de eâ fides fieret, hoc idem liceat, & eo caſu penſiones hoſpitii prò ratâ tantùm ſolvere teneatur ejus temporis, quo inhabitaſſet, & ejus Socii, qui cauſam præſtitiſſent, prò toto reſſiduo ſolvere teneantur, bona autèm communia, ſi quæ eſſent dividantur, & dividi habeant boni viri arbitrio, sìc quòd quilibet partem habeat, ſeù æſtimationem condecentem. Si autèm aliquis Sociorum ſpontè absquè causâ legitimâ, ut ſuprà, ſocietati renunciare, & de domo, ſeù hoſpitio recedere vellet, integram prò ſuâ parte teneatur ſolvere penſionem, & nihilominùs cùm Socio, ſeù cùm Sociis ad omne ipſorum intereſſe teneatur, quod intereſſe declaratur habitâ de eo fide, bona autèm communia dividantur, ut ſupra; in neutro autèm caſuum prædictorum liceat * recedenti de domo, ſeù hoſpitio, aùt camerâ prædictis abſquè voluntate reliquorum Sociorum remanentium, aùt majoris partis eorum, pœnâ autèm ipſi moranti ad inhabitandum proptèr voluntatem aliorum, ut ſuprà, trium librarum Ferrariæ, Univerſitati applicandâ: Statuentes inſupèr, quòd ſi aliquis Sociorum inſimùl in eadem domo, hoſpitio, ſeù camerâ habitantium malè cùm aliis ſe gereret, vèl alios calumniaret, vèl moleſtaret indebitè, quòd factâ fide Dom. Rectori, ipſe Rector teneatur opportunis remediis talem malè ſe gerentem, vèl calumniantem, vèl alios inquietantem, ut ſuprà, de domo expellere; quò caſu expulſus totius temporis penſionem ſolvat, & bona communia dividantur bonâ fide, ità quòd quilibet habeat ſuam partem, vel æſtimationem, ut ſuprà, cujus alternatìm electio ſit remanentis, aùt remanentium in domo, camerâ, ſeù hoſpitio.

De

De modo procedendi in quæſtionibus Criminalibus cujuſcumque generis per Rectorem contrà Scholares, & Univerſitati ſuppoſitos. Statutum XXXI.

Præterea ſtatuerunt, & ordinaverunt; quòd ſi contingerit, quòd Deus avvertat, aliquas lites, diſcordias, ſeù quæſtiones criminales, ſeù criminum, ſeù delictorum occaſione oriri proptèr Scholares aliquos Univerſitatis, aùt Univerſitati ſuppoſitos, teneatur D. Rector, & Conſiliarii prò poſſe lites prædictas ſedare, & pacificare, quibus tales Scholares parere, & obedire teneantur in prædictis, & ſi ſedari, & tolli non poſſent, & ſi lites, quæſtiones, & diſcordiæ eſſent leves, videlicèt verborum injurioſorum, vel ſimplicitèr inſultus ſinè armis, prætèr quàm ad domum, ſivè diffamationis, vel alterius injuriæ, vel offenſæ realis, vel perſonalis, & civilitèr per alterum prædictorum agi contingeret, poſſit, & teneatur D. Rector præſens, & quilibet, qui prò tempore fuerit de prædictis, & ſupèr prædictis cognoſcere, ad petitionem ejus, qui ſe offenſum, vel injuriatum aſſereret procedere, & terminare, ac executioni mandare, in quibus, & ſupèr quibus ſervare teneatur formam Statuti ſuprà poſiti; De quæſtionibus civilibus quantitatis cujuſcumque, & valeant fienda per eum; Nèc non omnia, & ſingula in dicto Statuto diſpoſita, in præſenti repetita eſſe intelligantur, quatenùs tamèn adaptari poſſint; Poſſit inſupèr, & eidem Rectori liceat abſolutè inquirere de prædictis; & ex probationibus factis tàm ſupèr petitione, quàm repertis per inquiſitionem procedere, & terminare, ac condemnare, ſeù abſolvere poſſit ſecundùm formam Statutorum Ferrariæ, & dictam condemnationem Univerſitati applicare: Si verò lites, quæſtiones, vèl controverſiæ prædictorum, alterius delicti, ſeù maleficii fuiſſe dicerentur, teneatur ipſe D. Rector delinquentem privare, & pecunialitèr condemnare ſuo arbitrio, attentâ facti qualitate, & perſonarum conditione, & ab utraque parte, ſi expediret, plenariè fide habitâ de delicto per teſtes, à parte .s. offitii producendos, aùt per ipſum Rectorem ex offitio per inquiſitionem receptos, quam eidem facere liceat, vèl per utroſque, à quâ privatione non poſſit reſtitui perpetuò, niſì voluntate, & conſenſu offenſi, vel ejus hæredum, de quibus appareat publicum Inſtrumentum ſcriptum manu Notarii Univerſitatis, aùt alterius Notarii, ſi fiat extrà Civitatem, vel Diſtrictum Ferrariæ, & Univerſitati, & ejus Depoſitario vice, & no-

& nomine dictæ Univerſitatis recipienti ſolverit pœnam, & condemnationem prædictam; Ubi autèm aliquis alius de Univerſitate, aùt Univerſitati obbediens, ſeù ſuppoſitus offenderit, ſeù offendiſſe diceretur in perſonâ, vel bonis aliquem de dictâ Univerſitate, aut aliam perſonam, teneatur D. Rector, & Conſiliarii, ac ipſa Univerſitas, ad offenſi, ſeù qui offenſus diceretur requiſitionem eidem præbere auxilium, conſilium, & favorem coràm Illmo D. Duce noſtro Civitatis Ferrariæ, factum exponendo, rogando, & poſtulando, quòd ad inſtantiam, & executionem juſtitiæ procedatur, & quòd nèc Poteſtas, aùt ſui Judices, ſivè quicumque alius offitialis poſſit ſe impedire, aùt intromittere in aliquo in caſibus prædictis, niſì ſolus Excellentiſſimus Dominus noſter Dux Ferrariæ; Et teneatur D. Rector, ſi eidem, & Conſiliariis, aùt majori parti eorum viſum fuerit expedire, offenſum aſſociare, vel aſſociari facere tàm per Civitatem Ferrariæ, quàm in palatiis ejuſdem cùm aliquibus Scholaribus honeſtis, quos voluerit, qui teneantur parere Rectori, et Conſiliariis in prædictis, ſub pœnâ per eos imponendâ, qui Scholares cùm ipſo, vèl ejus parte poſſint, et teneantur in Palatio, et alibì ipſius negotia ſolicitè procurare, et nihilominùs poſſit ipſe Rector ex ſuo offitio contrà offendentem procedere, et ad perpetuam privationem ipſius, et bonorum ejus, et ab omni honore, et commodo Univerſitatis, à quâ perpetuò reſtitui non poſſit; ſinè conſenſu, et voluntate ipſius offenſi, vèl ejus hæredum, de quâ conſtet per Inſtrumentum, ut ſuprâ, et ſolverit Univerſitatis Depoſitario pœnam, in privatione contentam; poſſit etiàm quilibet privatus, ut ſuprà, reſtitui, pœnâ, vel condemnatione ſolutâ, ut ſuprà, etiàm ſinè offenſi conſenſu, vèl injuriati poſt lapſum quinquennii, ſi offenſus aùt ejus hæres nón eſſet in Civitate, nèc Comitatu, vel Diſtrictu Ferrarienſi, et ipſi D. Rectori, et Conſiliariis, aùt duabus partibus ipſorum videretur, aliàs non; Et ſi etiàm offenſio fuerit tanta, quòd Deus avvertat, ut reus veniret puniendus in aliquo membro, vèl perſonâ, tùnc in tali caſu prædictus reus non poſſit torqueri, nèc in perſonâ puniri, ſivè contrà ipſum procedi, niſì ſempèr præſente, et conſentiente D. Rectore; ubi autèm offenſio non eſſet tanta, quòd offendens deberet puniri pœnâ perſonali, vel alicujus membri, debeat contrà ipſum offendentem procedere ſecundùm formam præſentis Statuti.

De

De pœnâ producentium falſos Teſtes. Statutum XXXII.

Itèm ſtatuerunt, quòd ſi aliquis litigantium coràm Domino Rectore in aliquâ causâ, ſcientèr produxerit aliquem teſtem falſum, aut ejus dicto falſo ſcientèr uteretur, & hoc confiteri D. Rectori, ſi quidèm Actor fuerit, cadat à jure ſuo; ſi autèm reus, prò confeſſo, & damnato habeatur de iis, quæ petebantur ab ipſo, & nihilominùs pœnam quilibet ipſorum incidat viginti libr. Ferrariæ, quas pœnas ſi quis prædictorum ſolvere neglexerit privetur, à quâ privatione reſtitui non poſſit, niſi dictâ pœnâ primò ſolutâ, & D. Rector contrà prædictosq; & quemlibet eorum teneatur procedere ſub pœnâ viginti librarum Ferrariæ; audiatur autèm quilibet accuſans, ſeù denuncians, etiàm ſi in ſecreto tenere voluerit aliquem prædictorum, & docens de crimine habeat tertiam partem condemnationis, reliquis duabus partibus intèr Rectorem, & Univerſitatem prædictam dividendis.

De ſequeſtrationibus fiendis de bonis Scholarium fugitivorum. Statutum XXXIII.

Quoniàm plerumquè contingit aliquos Scholares fugitivè velle recedere proptèr aliqua debita, quæ eos aliquandò contingerit habere pacto, ſtatuerunt, quòd ſi contingeret de cætero aliquem Scholarem dici fugitivè velle recedere, & allegetur, & dicatur coràm Domino Rectore per aliquem, qui ſe dicit creditorem ipſius, præſtito ſacramento priùs à ſic allegante, & dicente, quòd prædicta vera ſint, & quòd omninò calumnioſè non petit fieri ſequeſtrationem, quòd omnia bona prædicti Scholaris poſſint, & debeant ſequeſtrari per Bidellum generalem Univerſitatis ex parte Domini Rectoris ad petitionem talis aſſerentis ſe creditorem, & Domini Rectoris, penès aliquam idoneam perſonam, quæ dicta bona cuſtodire, & ſervare debeat, donèc ſequeſtratio revocetur, ſub pœnâ in præcepto Domini Rectoris contentâ, & credatur tali Bidello ſequeſtranti, ſi retulerit, ſe in ſequeſtrum tradidiſſe ſequeſtratario, aùt eam penès eum vidiſſe, ſeù dictum ſequeſtratarium confeſſum fuiſſe penès ſe habere rem prædictam: Et ſi Bidellus, cui facta fuerit commiſſio prædicta retulerit, ſe non repe-

rire

rire de bonis mobilibus, de quibus poſſit ſequeſtrare, tùnc Rector, qui prò tempore fuerit, factâ ſibi aliquali fide de fugâ, ſeù receſſu, quæ ſibi boni viri arbitrio ſufficere videatur, & præſtito ſacramento, ut ſuprà, licentia poſſit dari tali aſſerenti ſe creditorem, quòd poſſit facere talem fugientem detineri; Et ſi detentus fuerit, & ſatiſdederit de juditio ſiſti, & judicatum ſolvendo relaxetur, & alitèr non, cuilibet Rectori pœnâ, qui prædicta non obſervaverit, centum ſolidorum prò qualibet vice.

De Scriptoribus ſub Rectore conveniendis. Statutum XXXIV.

Itèm ſtatuerunt, quòd Scholares Vniverſitatis, ſi contrà Scriptores, vel Miniatores, aut Correctores agere voluerint, teneantur eos convocare coràm Domino Rectore, & quòd ipſi Scriptores, Correctores, & Miniatores teneantur, & debeant coràm eo reſpondere; Et ſi dicti Scriptores, Correctores, vèl Miniatores audientiam dicti Rectoris, aut ipſum recuſaverint, quòd ipſe Rector, qui prò tempore fuerit, teneatur talem Scriptorem, Correctorem, vel Miniatorem privare, vèl condemnare in tribus libris ad petitionem Scholaris, à quâ privatione reſtitui non poſſit, niſì ſolverit dictam pœnam, & conſenſum habuerit ab eo, qui eum privari feciſſet.

Quòd teneatur Rector facere quòd paritèr Doctores Artium non ſint in Collegio Doctorum Medicinæ. Statutum XXXV.

Cùm turpe, & non conſonum rationi ſit, quòd Doctores Artium ſint in Collegio Medicorum, ſi ſimplicitèr, & purè ſint Doctores Artium, & venerint ad examinandum promovendos in Medicinâ, ſtatuerunt, quòd Dominus Rector unà cùm Sapiente, & Conſiliariis, & Doctoribus Legentibus debeant ire ad Dominum Civitatis, vèl ad alium, ad quem ſpectat hoc offitium, & ſupplicare, quòd fiat ſpecialis proviſio, quòd nullus non doctoratus in Medicinâ poſſit intereſſe examini alicujus promovendi in Medicinâ, nèc dare voces alicui ſcrutinio alicujus promovendi in Medicinâ, & etiàm quòd nullus non conventuatus in Scientiâ, in quà aliquis vult promoveri poſſit eſſe de Collegio Doctorum examinantium in illâ Scientiâ, cùm nullus poſſit eſſe verus Judex eorum, quæ non novit, ſub pœnâ centum ſolidorum

Ferrariæ Domino Rectori, ſi non iverit infrà menſem poſt publicationem Statutorum, ad prædicta procurandum; quòd ſi secùs fieret, ex nùnc ſtatuerunt, quòd nullus Scholaris promovendus audeat ſolvere alicui aliquam quantitatem pecuniæ prò examine publico, vel privato, qui ſit de aliquo Collegio contrà formam prædictam, ſub dictâ pœnâ.

Quòd quilibet Doctor teneatur ſociare Scholarem, in ſuâ Privatâ. Statutum XXXVI.

Itèm ſtatuerunt prò honore Scholaris conventuandi, quòd quilibet Doctor Collegii in Medicinâ, vèl Artibus teneatur ſociare Scholarem conventuandum eundo, & redeundo ad Epiſcopatum ſub pœnâ quinque ſolidorum Ferrariæ prò quolibet, & prò qualibet vice, nisì juſta cauſa ſubeſſet, quæ Sacramento ſubeſſet, & quilibet poſſit accuſare, & denunciare, & in credentiâ teneatur, & idem intelligatur in quolibet Scholari ſtudente in Medicinâ, vel Artibus.

De incboatione Studij, & aliis Feſtivitatibus celebrandis. Statutum XXXVII.

Ad utilitatem Scholarium Ferrariæ ſtudere volentium ſtatuerunt, & ordinaverunt, quòd ſingulis annis Studium debeat inchoare immediatè poſt Feſtum S. Lucæ, adeò quòd ſupèr prolungatione principii Studii faciendâ Rector, & Conſiliarii nullatenùs habeant poteſtatem; nèc ſupèr hoc ad petitionem alicujus Doctoris, vèl alterius perſonæ poſſit modo aliquo diſpenſari etiàm per Univerſitatem; Adijcientes, quòd legentes tàm ordinariè, quàm extraordinariè unum Feſtum ſolum in Hebdomadâ faciant, nisì eſſet Feſtum ſolemne, vel alia Feſta ſolemnia fuerint, in die Jovis, nèc ad preces alicujus contrarium faciat, nisì juſta cauſa ſubeſſet, Statuerunt, quòd tempore Carnisprivii fiant vacationes, incipiendo à proximâ die Jovis antè Carniſprivium incluſivè uſquè per totam diem primam Quadrageſimæ. Itèm prò Feſtivitate Reſſurectionis feſtari incipiat die Dominico Olivarum, & poſteà incipiat die Lunæ legi poſt Octavam diem Dominicam Paſchæ Reſſurectionis. Itèm quòd unuſquiſque Doctor incipiens feſtare prò Feſtivitatibus Nativitatis teneatur uſquè ad vigiliam Sancti Thomæ, ſub pœnâ cuilibet contrafacienti, ſi fue-

fuerit Scholaris viginti ſolidorum Ferrariæ, & ſi fuerit Doctor, vèl Rector quinque librarum Ferrariæ; & hoc proijciendo paleas, vel faciendo aliquem actum, per quem impediatur Doctorem legere ordinariè, ſub dictâ pœnâ, & quòd Studium debeant compleviſſe in fine menſis Auguſti cujuslibet anni, hoc addito, quòd in Kalendis menſis Maii cujuslibet anni feſtentur ſex dies, prò potionibus ſumendis more ſolito.

Quòd quolibet anno fiat ſolùm unus ſermo in principio Studii. Statutum XXXVIII.

Itèm ſtatuerunt prò honore Univerſitatis, & conſuetudine ſervandâ, quòd quolibet anno in principio Studii in ſcientiâ Medicinæ, & Artium, fiat unus ſermo in Eccleſiâ S. Georgii .s. in Epiſcopatu circà Feſtum S. Lucæ, cui ſermoni quilibet Doctor actu legens, ſeù eo anno legere intendens intereſſe debeat, ſub pœnâ viginti ſolidorum Ferrariæ prò quolibet, & qualibet vice, niſì juſtâ cauſâ, & rationabili eſſet excuſatus; & quòd ſermo fieri debeat per Doctorem, aut Scholarem idoneum facultatis Medicinæ, ad hoc electum per Rectorem, Sapientem, & Conſiliarios, pœnâ cuilibet recuſanti ammiſſionis Lecturæ, niſì juſta, & legitima cauſa ſubeſſet, quæ per majorem partem Conſiliariorum, Rectoris, & Sapientis approbetur.

De Matriculâ Scholarium Medicinæ, & Artium, ac Philoſophiæ quolibet anno faciendâ. Statutum XXXIX.

Itèm cùm hoc ſit, quòd multi Scholares ſint commorantes Ferrariæ, qui tamquàm Forenſes ad Forum Sæculare trahuntur, & plerumquè carcerantur, nec benefitio Scholarium gaudere poſſint, quià nomina eorum non ſunt conſcripta in Matriculâ Scholarium, & hoc contingit plerumquè magìs ignorantiâ, quàm fraude, idcircò nè prædicta contingant volentes obviare prò poſſe, Statuerunt, quòd Dominus Rector, & Conſiliarii cùm Sapiente teneantur, & debeant de menſe Novembris quolibet anno facere præcipi per Scholas, & nuntiare, quòd omnes, qui intendunt eſſe in Ferrarienſi Studio prò toto anno, vèl prò parte anni, & in ſcientiâ Artium, & Medicinæ ſtudere, tàm Cives, quàm Forenſes teneantur dare in ſcriptis Notario Univerſitatis, vèl Bidello ejuſdem eorum Nomina, & Cognomina, qui Notarius, vel

Bidellus teneatur dicta Nomina in ſcriptis redigere, diſtinctè ponendo per ſe diviſam quamlibet Nationem, teneatur etiàm ipſe Notarius Matriculam quamlibet intitulare infraſcripto modo: *In Chriſti Nomine Amen*: *Anno Domini*, ponendo milleſimum, & Indictionem, quæ erunt prò eo anno quo fieri, & ſcribi Matriculam contigerit; & poſteà ſcribat, & dicat: *Hæc eſt Matricula generalis Studii Medicorum, & Artiſtarum Civitatis Ferrariæ juratorum ſervare Statuta facta, & fienda dictæ Univerſitatis, & obedire Domino Rectori ipſius in licitis, et boneſtis, per me .f. Notarium ſupraſcriptum, ac ipſius Univerſitatis Notarium, tempore Rectoris talis*, ponendo etiàm nomen Rectoris, qui tùnc temporis eſſet: Quo libro facto teneatur etiàm Dominus Rector facere, & dici, & mandare per Scholas, quòd omnes, & ſinguli Novitii, & omnes alii, qui non intraverunt Univerſitatem, nec jurarunt obedire Rectori præſenti, & qui prò tempore fuerit, & ſervare Statuta Univerſitatis facta, & fienda, & alia faciendum, quæ tenentur ex formâ Statutorum Univerſitatis; Et quòd alii Novitii, qui poſt dictam denuntiationem, ſeù proclamationem venerint ad Civitatem Ferrariæ, prò ſtudendo in dictâ Civitate in Scientiâ Medicâ, & Artium teneantur infrà octo dies venire etiàm, & jurare, & ea facere, quæ continentur ſuprà in Statuto propoſito, ſub Rubricâ *De eo, qui venerit novitèr ad ſtudendum*: Teneatur autèm quilibet, qui matriculatus fuerit ſolvere ſolidos quinque Ferrariæ, quorum quatuor Univerſitati applicentur, alius verò Notario prò mercede ſuâ; Et ſi quis excuſaret ſe à ſolutione proptèr inopiam, & hoc juraverit, à dictâ ſolutione excuſetur, & in dictâ Matriculâ conſcribi debeat, & gaudeat benefitio Scholarium, ſicùt ſolventes. Voluerunt etiàm, quòd quicumque Scholaris dictæ Univerſitatis cognoverit aliquem Novitium, vel aliquem alium, qui non juraverit, ut dictum eſt, teneatur ſacramenti vinculo ipſum denunciare Rectori, aùt Notario, vel Bidello Univerſitatis, qui Rector teneatur ipſum compellere ad juramentum præſtandum, ut in Statutis pleniùs continetur: Et ſi quis jurare contempſerit, contrà ipſos ipſe Rector habeat plenum arbitrium, Statuto aliquo non obſtante .s. in pœnis exaſperandis, & non modificandis, & in eis imponendis, & exigendis: Statuerunt inſupèr, & firmaverunt, quòd nullus poſſit, & audeat ſe facere poni, vèl conſcribi in aliâ Natione quàm verè ſit, ità quòd ſi fecerit ſe poni in aliquâ Natione quàm ſit, cadat in pœnam trium librarum Ferrariæ, & quilibet

libet poſſit accuſare, & denuntiare, & habeat tertiam partem condemnationis: Et Rector teneatur contrà prædictos inquirere, & condemnandos condemnare ſub eadem pœnà ipſi Domino Rectori: Inſupèr ad probandum, quòd aliquis ſit Scholaris, & de Univerſitate prædictâ, ac ipſum juratum ſecundùm quòd tenetur ex formà Statutorum dictæ Univerſitatis, ſufficiat probari per Matriculam prædictam, in quâ deſcriptum reperiatur Nomen, & Cognomen ejus, vèl per ſcripturam ſumendam ex dictâ Matriculâ de ipſius Nomine, & Cognomine per Notarium Univerſitatis prædictæ.

De loco, ubi debent eſſe Scholæ, & de Scholaribus recuperandis. Statutum XXXX.

Statuerunt, quòd aliquis Doctor legens in Medicinâ non poſſit habere, ſeù reſtituere Scholas ſuas alibì, quàm in loco, & contractâ hactenùs conſuetis, loca autèm, & contractas declaraverunt fore in S. Dominico Communis Ferrariæ, nèc alibì poſſint eſſe Scholæ aliquæ in ſcientiâ ſupradictâ, Adijcientes quòd Domini Reformatores, de pecuniâ, quam Doctoribus retinent, antè inchoationem Studii ſingulis annis faciant Scholas reparari, & feneſtras Scholarum pannis lineis claudi, proùt viſum fuerit meliùs expedire: Itèm ſtatuerunt, quòd aliquis Scholaris, qui non audierit Ferrariæ, vel alibi duobus annis in Medicinâ, non audeat, vel præſumat ſedere in primis Banchis in aliquibus Scholis, pœnâ quinque librarum Ferrariæ, ſalvo quòd ſi eſſet præbendata perſona, vel licentiatus, quòd non teneatur; Et quilibet poſſit accuſare, & denuntiare, & habeat tertiam partem condemnationis, & in credentiâ teneatur, & iſtud Statutum legatur omni anno in principio Studii.

Quòd nullus poſſit legere nisì ſit Conventuatus. Statutum XXXXI.

Itèm prò honore Studii, & ſtudentium Civitatis Ferrariæ ſtatuerunt, quòd nullus poſſit legere in Civitate Ferrariæ, in aliquâ ſcientiâ, nèc ordinariè, nèc extraordinariè, nisì fuerit conventuatus, vèl ſubſtitutus ab aliquo Doctorum ex cauſâ legitimâ, ut ſuprà, ſub pœnâ decem libr. Ferrariæ, & eamdem pœnam patiatur quilibet Scholaris, qui sùb eo intraverit, ſalvo quòd legentes in Humanitate, vel Rhetoricâ non teneantur ad prædicta.

De pignoribus dandis per Doctores, in principio Studii. Statutum XXXXII.

Itèm ſtatuerunt, quòd quilibet Doctor legere volens, tàm in ſcientiâ Medicinæ, quàm Artium, in principio Studii, infrà octo dies quolibet anno dare, tradere, & deſignare debeat D. Rectori, qui pro tempore fuerit, vel Bidello Univerſitatis pignora valoris, & extimationis decem librarum Ferrariæ ad minùs, de obediendo D. Rectori, & ipſi Univerſitati, & de ſervando Statuta .s. facta, & fienda, & de quæſtionibus diſputandis, & terminandis, & ad ſtationem ponendis, & aliis omnibus obſervandis, & adimplendis, quæ continentur in dictis Statutis factis, & fiendis: Rector, ſeù Bidellus, cui data, & deſignata fuere dicta pignora, infrà tertiam diem poſtquàm ipſa deſignata fuerunt, ipſa tradere, & deſignare teneatur Depoſitario Univerſitatis, qui Depoſitarius ea recipere teneatur vice, & nomine Univerſitatis, & ea cuſtodire, & ſalvare uſqùe ad finem Studii. Prædictus Rector, qui prò tempore fuerit, teneatur inquirere modis omnibus, quibus poterit, etiàm Statutorum ordine non attento contrà dictos Doctores, & etiàm quemlibet eorum, ſi in aliquo contrafeciſſent, ſeù aliquid omiſiſſent de iis, quæ eis incumbebant; Et ſi quem invenerit contrafeciſſe, aùt prædicta non ſervaſſe, punire, & condemnare ipſum poſſit, & debeat ſecundùm formam Statutorum Univerſitatis prædictæ, & pœnas, quas incurriſſet exigere; & non poſſint, nèc valeant dicta pignora ad voluntatem ipſorum reſtituere: Et ſi aliquis Doctorum pignora antedìcta dare neglexerit, & deſignare, privetur omni honore, & commodo Univerſitatis, & pœnam ipſo facto incidat decem librarum Ferrariæ, à quâ privatione reſtitui non poſſit, nisì dictâ pœnâ ſolutâ, nèc eâ ſolutâ, nisì de voluntate Rectoris, & majoris partis Vniverſitatis, nèc poſſit, qui sic ſe privari permiſerit, eligi, vel per Reformatores conduci ad aliquod ſalarium; Et ſi electus fuerit, ex nùnc talem electionem fore nullam declaraverunt, & electio ex eo nullum jus acquirat, quæ quidèm omnia, & ſingula teneatur Rector præſens, & qui prò tempore fuerit obſervare, & obſervari facere, ſub pœnâ decem librarum Ferrariæ, eidem per Syndicos in fine ſui offitii auferendâ, ſalvo ſempèr Statuto, quod loquitur de pignoribus dandis per Doctores, qui ad ſalarium eliguntur.

De

De juramento examinandorum, tàm in Medicinâ, quàm in Artibus. Statutum XXXXIII.

Itèm ſi aliquis Scholaris voluerit promoveri in Medicinâ, ſivè aliquâ Artium, primò Rectori per Doctorem, sùb quo promoveri debuerit ſe faciat præſentari, qui præſentandus dicto Rectori præſentetur per dictum Doctorem * quòd ipſe legitimo tempore audivit, ſtuduit, & publicè reſpondit; Tempus autèm legitimum eſt, quòd ſtuduerit quatuor annis hìc, vel alibì, ubì fuerit Studium generale, ſalvo quòd ſi voluerit promoveri in Medicinâ, ſi fuerit inſtructus in primitiis, quòd ſufficiat eum audiviſſe tribus annis ad minùs: Et prædicto præſtito juramento faciat ſe per Doctorem ſuum Vicario præſentari; & ſi quis dicto Vicario fecerit præſentari; vèl ſe præſentaverit non præſtito juramento, prædicta ejus examinatio per quatuor menſes differatur sùb eo Doctore, qui eum præſentaverit: Et sùb eo Doctore nullus eo anno examinare, vèl examinari poſſit: Inſupèr juret ipſi D. Rectori, ſubſtitutis, & ſubſtituendis, quòd Doctori, vel Scholari, vèl alicui alteri nihìl dedit, vel promiſit, dabit, vel promittet intuitu, ratione, aùt prætextu, ſeù promotionis labore, exceptis perſonis illis, quibus Statuta dari permittunt, & jubent, ita tamèn quòd formam Statutorum noſtrorum etiàm in iis perſonis non excedat; Et ſi aliquis hoc Sacramentum præſtare noluerit, nullus ejus promotioni interſit, sùb pœnâ librarum quinque prò quolibet, applicandâ Vniverſitati.

De Sacramento publicandorum, tàm in Medicinâ, quàm in Artibus. Statutum XXXXIV.

Itèm ſtatuerunt, quòd quilibet promovendus, tàm in Medicinâ, quàm in aliquâ liberalium Artium juret D. Rectori, numquàm contrà Vniverſitatem prædictam verbo, vel facto patrocinium, auxilium, vel conſilium præſtaturum, & ſi contigerit eum remanere Ferrariæ, quòd obediet D. Rectori prædicto, & qui prò tempore fuerit, in licitis, & honeſtis, & ſervabit Statuta Vniverſitatis antedictæ facta, & fienda, & per ipſam Vniverſitatem facta, & probata. Itèm ad majorem certitudinem providerunt, quòd Notarius Vniverſitatis, vel ejus ſubſtitutus teneatur, & debeat intereſſe cuicumque * publicæ, & ubicumquè facta fuerit

Ferrariæ, & ſcribere juramentum, quod fiat per promovendum, ſeù publicandum, & de dicto juramento facere publicum Inſtrumentum, & ipſum regiſtrare in libro actorum ipſius Notarii.

De modo, & formâ juramenti, quod Scholaribus, & aliis præſtari debet. Statutum XXXXV.

Itèm Statuerunt, quòd Scholaris quilibet, & quicumque alius Univerſitati prædictæ ſubjectus teneatur jurare obedire Rectori, qui prò tempore fuerit in licitis, & honeſtis, & quòd adversùs præſentia Statuta, aùt aliqua in eis contenta non faciet, ſeù veniet quoquomodo; Et ſi ipſum eligi contigerit ad aliquod offitium dictæ Univerſitatis, ipſum nullatenùs recuſabit, & quòd ſe nullatenùs abſentabit, nè eligatur, & non procurabit per ſe, vel per alium ut eligatur, vèl non eligatur ad aliquod, nèc preces porriget prò ſe, vèl alio, aùt ſupplicabit per ſe, vèl per alium, ut prædicta, vel aliqua prædictorum fiant, vel non fiant, vèl quòd impediatur, vèl differatur aliqua pœnæ exactio, quæ ſecundùm Statutorum formam fieri poſſet, vèl deberet; Et quòd veniet ad omnes, & ſingulas convocationes fiendas per Rectorem, ſeù de ejus mandato juxtà ſuam poſſibilitatem, & ſtabit ibidèm, donèc Rector, & alii erunt de propoſito expediti, & ſi in dubium in aliquo caſuum revocaretur, utrùm licitum, vèl honeſtum eſſet quod præciperetur per Dominum Rectorem, debeat videri, cognoſci, & declarari per Conſiliarios, quorum declarationi ſtetur, etiàm facto partito intèr eos cùm fabis albis, ſeù nigris per ipſorum Sapientem ſi opus fuerit, prò quibus ipſe Sapiens dictos Conſiliarios facere congregari teneatur, ad requiſitionem tàm Rectoris, quàm qui * obedire recuſaret: Et licèt præſentia Statuta fuerint multotiès lecta, & publicata * Et ſi ignorantia, ſeù oblivio per alterum eorum allegaretur, quòd ejus, juramento ſe valeat excuſare, in hoc tamèn omnis ceſſet obiectio; Et quòd Dominus Rector alicui non poſſit remittere, ſeù differre ſacramentum prædictum ultrà quindecim dies à die peremptoriæ citationis, ſeù proclamationis fiendæ per Scholas Nationis, de quâ Scholaris fuerit, quam fieri facere teneatur quilibet Rector more ſolito in principio Studii in virtute præſtiti juramenti, & pœnâ centum ſolidorum Ferrariæ cuilibet non juranti, ut ſuprà * viginti ſolidorum Ferrariæ prò qualibet vice, quam ſi non ſolverit infrà octo dies elapſo tempore ſacramenti

præ-

præſtandi, per Scholas publicè privatus Univerſitatis commodo nuntietur, à quâ privatione reſtitui non poſſit, niſì dictâ pœnâ ſolutâ, & præſtito juramento, ut ſuprà.

Quâ horâ debeant legere Doctores. Statutum XXXXVI.

Statuerunt inſupèr, quòd Doctores de manè legentes tàm in ſcientiâ Medicinæ ordinariæ, quàm aliâ liberalium Artium incipiant legere de mane ſtatìm poſt pulſationem Miſſæ S. Georgii Epiſcopatus, & teneantur legere per duas horas, vel per horam cùm dimidiâ ad minùs ſub pœnâ quadraginta ſolidorum Ferrariæ, cuilibet Doctori contrafacienti, & tantumdèm D. Rectori non exigenti prædicta, ſi prædicta ad ejus notitiam pervenerint, & non exegerit: Legentes verò practicam Medicinæ extraordinariam legere debeant per duas horas poſt pulſationem Campanæ Epiſcopatus Ferrariæ: Legentes verò in nonis incipiant ſimilitèr immediatè pulſato ad Nonam S. Georgii, ſeù horâ vigeſimâ: Legentes autèm Cirugiam legere debeant horâ decimanonâ: Legentes autèm Phyſicam extraordinariam, & practicam Medicinæ ordinariam legere debeant horâ vigeſimaprimâ: Legentes autèm Phyſicam ordinariam, horâ vigeſimaſecundâ; Et quòd legentes Phyſicam moralem legere debeant horâ vigeſimaſecundâ, & hoc omni die Feſtivo, & omni die, quo ordinariè non intretur; Et quòd legens Aſtronomiam legat omni die Feſtivo, & omni die, quò ordinariè non intratur, ſeù Vacationum horâ vigeſimaprimâ, & hoc intelligatur uſquè ad Paſcha; à Feſto autèm Paſchæ uſquè ad Vacationes anticipetur per horam antè. Itèm ſtatuerunt, quòd nullus poſſit concurrere cùm Doctore legente Aſtrologìam, nèc in legendo, nèc in diſputando, niſì legeret in eadem ſcientiâ eaſdem lectiones, aùt aliis, sùb pœnâ quadraginta ſolidorum Ferrariæ cuilibet contrafacienti, prò qualibet vice; Statuentes inſupèr, quòd cùm aliis Doctoribus ſalariatis, & legentibus quilibet, qui ſecundùm formam Statutorum legere poſſit, concurrere eadem horâ in eadem ſcientiâ * legendo eaſdem lectiones. Itèm ſtatuerunt, quòd nullus Doctor cujuſcùmque facultatis exiſtat, loco ſui, poſſit alium facere legere, niſì contingat, eum exire de Civitate Ferrariæ, prò curâ alicujus infirmi, ad quam eſſet vocatus, vèl ratione ſuæ infirmitatis, vèl magnâ causâ exiſtente, ut puta in Sponſalitiis Parentum, aùt in morte ipſorum, tùnc, & in eo casù primò notificet Rectori, qui prò tempore fuerit, & illo

illo caſù poſſit admitti, & alitèr non, pœnâ eidem qualibet lectione omiſsâ, ſeù per ſe ipſum non lectâ decem ſolidorum Ferrariæ, & eamdem pœnam patiatur qui prò eo legeret: Et ſi aliquis Doctorum legentium non compleverit uſquè ad Feſtum S. Mariæ in Auguſto lecturam ſuam, pœnam incidat ſextæ partis Salarii ſui, ſibi retinendi à Dominis Reformatoribus, nisì juſta causa ſubeſſet.

De modo legendi in Cirugiâ. Statutum XXXXVII.

Itèm ſtatuerunt, quòd Doctores legentes in Cirugiâ debeant legere ſecundùm ſubſcriptum modum, videlicèt; Quòd omni anno à principio Studii incipiant legere prò primâ lectione Cirugiam Dini, quâ lectâ legatur Cirugìa Galieni; prò ſecundâ lectione primò legatur Cirugìa Avvicennæ, quâ lectâ legatur Septimus Almanſoris; Debeat autèm quilibet Doctor ordinariè legens Cirugìam diſputare duas quæſtiones in Cirugìâ, & etiàm de quolibet, ſecundùm quòd Doctores legentes in Phyſicâ tenentur facere, & etiàm teneantur eas terminatas dare ad ſtationem Rotulorum, de bonâ litterâ, & in bonis cartis, quæ perpetuò ad ſtationem, & in ſtatione prædictâ debeant permanere, ac per Armarium cuſtodiri, & ſalvari, quas diſputationes facere teneantur in Nonis, nisì in hebdomadâ eſſet Feſtum, quod feſtaretur, quâ die diſputare poſſit de mane, ſi alius Phyſicæ Doctor non diſputaret; diſputare autèm teneatur ſolùm in Cirugìâ, & in terminis Cirugìæ, ſub pœnâ in Statutis contentâ. Itèm quòd nullus audeat concurrere in faciendo aliquem actum, quandò Doctores in Cirugìâ diſputabunt, & quòd Rector, & Doctores Medicinæ legentes teneantur ire ad eorum diſputationes, ſicùt ad alias, & ibi ſtare à principio uſqùe ad finem, & arguere, ſicùt arguunt ad alias, ſub pœnâ viginti ſolidorum Ferrariæ prò quolibet. Itèm quòd teneatur quilibet Doctor in Cirugìâ legens omnia facere, quæ tenentur alii Doctores in aliis ſcientiis, pœnâ cuilibet dictorum Doctorum contrafacienti in prædictis, vèl aliquo prædictorum quinque librarum Ferrariæ in quolibet dictorum caſuum, & prò qualibet vice.

De

De quæſtionibus diſputandis generalitèr per Doctores. Statutum XXXXVIII.

Itèm prò utilitate, & exercitatione Scholarium, & ſtudentium ſtatuerunt, quòd diſputari debeat, & diſputationes fieri debeant per Doctores legentes ſivè ordinariè, ſivè extraordinariè, ſivè diebus Feſtis, ſivè aliis, modo, & formâ, & ordine infraſcripto, videlicèt: Quòd juniores Doctores actu legentes primò debeant per ordinem diſputare publicè ſemèl in anno, in die feſtivo, ſi fuerit, vèl die Jovis ſi feſtum non fuerit, & sìc procedere quilibet Doctor diſputando ſemèl in anno publicè, in facultate, in quâ legerit, pœnà cuilibet Doctori contrafacienti trium libr. Ferrariæ, ab eo auferendâ per Rectorem infrà tertiam diem; quam ſi non abſtulerit dictus Rector, tùnc ipſe eamdem pœnam incurrat, ſibi auferendam in ſyndicatu ſuo per Syndicos; Statuentes inſupèr, quòd quilibet Doctor diſputare debeat antè finem menſis Junii, sùb pœnâ prædictâ: Itèm quòd Bidellus debeat prædictis diſputationibus intereſſe, à principio ad finem.

De modo arguendi ad quamlibet quæſtionem. Statutum XXXXIX.

Itèm ſtatuerunt, quòd in ſingulis diſputationibus primò arguant quatuor Scholares Forenſes, & etiàm Rector, ſi voluerit, ità quòd de qualibet Natione arguat unus Scholaris, hoc ordine ſervato, quòd primus arguens ſit de Natione Rectoris, qui prò tempore fuerit, deindè Lombardorum Natio, poſtquè Natio Romanorum, & ſic deinceps per ordinem, in caſu, in quo fuerint de qualibet Natione volentes arguere, aliàs Natio, quæ eſt in defectu ſuppleat aliam, arbitrio Rectoris, qui fuerit prò tempore, & quòd Scholaris ad unam quæſtionem in primâ ſequenti quæſtione arguere non poſſit, ſi fuerint alii quatuor volentes arguere, ſalvo quòd nullus Scholaris poſſit arguere, nisì ille qui arguit audiverit uno anno hìc, vel alibì, ad minùs in illâ ſcientiâ, in quâ arguerit: Et quòd nullus Scholaris poſſit reſpondere ad aliquam quæſtionem generalem, nec ad aliquid quodlibet sùb aliquo Doctore legente, nisì reſpondens audierit in dictâ ſcientiâ, in quâ reſpondet, hìc vèl alibì, ad minùs duobus annis; & ſalvo quòd in caſu, in quò non eſſet nisì unus Scholaris de Natione aliquâ, & ille velit, quòd tùnc poſſit arguere. Itèm qui præſens eſt ſempèr habeat cedulam, in quâ habeantur

tur qui aliàs arguerint; & clamet *Talis arguat de tali Natione*, *Talis non poſſit arguere*; Et poſtquàm arguerint prædicti quatuor, poſſit arguere unus alius Scholaris de Lombardia, etiàm ſi fuerit Civis: Statuentes inſupèr, quòd Rector non poſſit dare alicui locum arguendi, antequàm reſpondens reſpondiderit ad quæſita, ſub pœna ipſi Rectori viginti ſolidorum Ferrariæ prò quolibet, & qualibet vice: Itèm quòd nullus Scholaris poſſit reſpondere ultrà quàm ad duas, vèl tres quæſtiones generales, & unum quodlibet in uno anno, pœna cuilibet Doctori, qui dederit tali Scholari aliquam quæſtionem generalem viginti ſolidorum Ferrariæ prò qualibet vice, & cuilibet Scholari decem; Et quòd poſt Scholares arguentes arguant Doctores actu legentes, ſecundùm formam Statutorum, adeò quòd junior Doctor in Lecturâ primò arguat, & sìc ſucceſſivè procedatur, ſub pœna quadraginta ſolidorum prò qualibet vice: Itèm quòd ſingulis quæſtionibus quilibet opponens poſſit proponere duas rationes, vel tres, & eas duabus aliis confirmare, & non ultrà; Et quòd tempore diſputationum fiendarum Doctores, Scholares, eſſe, & ſtare debeant in Scholis pacificè, & quietè, & non allegare, vel opponere prò parte opponentis, vel reſpondentis, nèc etiàm contrà, pœna cuilibet contrafacienti quinque ſolidorum Ferrariæ, prò quolibet eorum, & qualibet vice; Salvo, quòd prædicta non intelligantur habere locum in Doctore diſputante. Itèm quòd relinquantur tres banchæ in quibuscumque Scholis, in quibus contigerit diſputari, prò Doctoribus, in quibus non audeant, nèc poſſint ſedere aliqui Scholares, nisì reſpondens, ſi voluerit, pœna cuilibet Scholari, qui ſe propoſuerit in dictis Banchis quinque ſolidorum Ferrariæ, nisì immediatè dictas banchas exierit, & pœna Bidello, quandò negligens fuerit in prædictis decem ſolidorum Ferrariæ: Et ad evidentiam prædictorum Notarius Univerſitatis; aùt alius loco ipſius præcisè teneatur hoc Statutum legere, & publicare ſemèl in Medicinâ .s. Phyſicâ, ſemèl in Philoſophiâ, & ſemèl in Logicâ, & ſemèl in Aſtrologiâ, in Scholis, in quibus Doctores, & Scholares ſimùl convenerint diſputationis causâ, pœnâ duorum ſolidorum Ferrariæ ipſi Notario, ad cujus Statuti obſervationem teneatur quilibet Rector, qui prò tempore fuerit, pœnâ cuilibet Rectori decem ſolidorum Ferrariæ prò qualibet vice, quâ negligens fuerit in prædictis obſervandis, & obſervari faciendis.

De

De electione eorum, qui debent denunciare Doctores.
Statutum L.

Itèm providerunt, quòd Rectores, in quolibet principio Studii teneantur, & debeant infrà quindecim dies, in virtute præſtiti juramenti, & ſub pœnâ centum ſolidorum Ferrariæ prò qualibet vice eligere de quibuslibet Scholis Medicinæ, & Artium quatuor Scholâres idoneos .s. de unaquaque Natione, qui eligendi, sùb pœnâ centum ſolidorum Ferrariæ prò quolibet, quam ipſo facto incurrant, teneantur jurare intrà tres dies poſt eorum electionem, & poſtquàm fuerint requiſiti, denunciare Rectori, ſeù Sapienti ſi contingat ſuum Doctorem aliquam pœnam incurrere .s. non intrare tempore debito, vel non diſputando, vèl quocumque alio modo, quam pœnam incurrat ex formâ aliquorum Statutorum Univerſitatis, & Dominus Rector teneatur procedere, ad denuntiationem prædictorum, & cujuslibet eorum, & in ſecreto tenendi, ſi teneri voluerint, & debitas pœnas exigere, ac procedere contrà ipſos Doctores, ſub pœnâ Rectori centum ſolidorum Ferrariæ in quolibet capitulo, & tantumdèm cuilibet dictorum, sìc electorum Scholarium non obſervantium prædicta: Teneantur autèm denuntiatores in credentiâ per Dominum Rèctorem, sùb pœnâ Rectori propalanti denuntiatores trium librarum Ferrariæ.

Quòd quilibet Doctor teneatur ſociare Scholarem conventuandum.
Statutum LI.

Itèm ſtatuerunt, prò honore Scholaris conventuandi, quòd quilibet Doctor Collegii teneatur ſociare Scholarem conventuandum, & redeundo, ad Sanctum Georgium, sùb pœnâ quinque ſolidorum Ferrariæ prò quolibet, & qualibet vice, nisì juſtâ causâ ſteriſſet, quæ ſacramento valletur; & quilibet poteſt accuſare, & denuntiare, & in credentiâ teneatur, & quòd dicitur de Doctoribus Collegii, idem intelligatur de quolibet alio Doctore legente in Medicinâ, vel Artibus, ac etiàm de quolibet Scholari ſtudente in Medicinâ, vel Artibus.

Quòd

Quòd nullus poſſit ire ad recipiendum Privatam niſì cùm decem Sociis. Statutum LII.

Itèm ſtatuerunt, quòd ſi aliquis Scholaris ire debuerit ad S. Georgium prò Privatâ recipiendâ non poſſit ire, niſì cùm Doctore ſuo, vèl Promotoribus ſuis, & decem Sociis, & cùm decem Sociis redire, quos decem Socios debeat dare in ſcriptis Domino Rectori antequàm vadat ad Sanctum Georgium, prò dictâ Privatâ recipiendâ, ſub pœnâ centum ſolidorum Ferrariæ cuilibet examinando, & cuilibet alteri Scholari ultrà illos decem, qui cùm dicto examinando irent, vel redirent, quinque ſolidorum Ferrariæ; Et quòd nullus Doctor examinans in Privatâ, vel publicâ audeat ſibi dividere pecuniam Doctorum non examinantium in Privatâ, vèl Publicâ, cauſâ legitimâ, ſed dicta pecunia Doctorum non examinantium in Privatâ, vel Publicâ ſinè licentiâ, cùm arbitrio Rectoris, & Sapientis, & Conſiliariorum computanda reſtituatur Scholari examinato, vèl publicato, ut moris eſt, ſub pœnâ decem ſolidorum Ferrariæ cuilibet Doctori contrafacienti; Adijcientes, quòd ſi prædictus Scholaris velit ad antedictam Privatam recipiendam ire ultrà dictum numerum, poſſit ire ſinè aliquá pœnâ.

De Sacramento Scholarium Ferrariæ legere volentium aliquos Libros extraordinarios. Statutum LIII.

Statuerunt etiàm, quòd quilibet Scholaris Civis Ferrariæ, qui de cætero velit aliquem Librum legere in Medicinâ, vel Artibus, debeat priùs Domino Rectori tale præſtare juramentum, Quòd ad omnes diſputationes veniet, ſicùt alii Doctores Forenſes, vèl ad Privatas admiſſi, & quòd non advocabunt, nèc patrocinium præſtabunt prò aliquo non Scholari contrà aliquem Scholarem, niſì ſuam, vel ſuorum injuriam proſequatur; & ſi dictum Sacramentum recuſaverit præſtare, nullus Scholaris debeat ipſum honorare, nèc etiàm Bidellus, vel audire ſuum principium, nèc etiàm ipſius lectiones debeant proclamari per cedulas, ſub pœnâ quadraginta ſolidorum Ferrariæ contrafacienti.

Quòd

Quòd novi Scholares ſe teneantur præſentare coràm Domino Rectore. Statutum LIV.

Statuerunt, quòd omnes, & ſinguli Scholares novi ſivè Cives, ſivè Forenſes, qui venient in Medicinâ, vel Artibus, Rhetoricâ, vel Humanitate ad Civitatem Ferrariæ teneantur ſub pœnâ privationis infrà octo dies poſtquàm incæperint Scholas intrare, præſentare ſe Domino Rectori, & jurare obedire eidem, & obſervare Statuta Univerſitatis facta, & fienda, & ſolvant immediatè Univerſitati prædictæ quinque ſolidos Ferrariæ, & alitèr non admittantur; Et quòd aliquis eum, vel eos non recipiat, ſeù retineat in Scholarem, vel Socium, ſub pœnâ privationis, quæ quantitas remitti non poſſit alicui aliquâ ratione: Spectet autèm dicta pecunia ad Univerſitatem ſinè aliquâ diminutione, prætèr quàm quòd Notarius ex eâ, prò matriculatione qualibet habeat ſolidum unum, à qua privatione reſtitui non poſſit, niſì ſolutis Univerſitati à quolibet privato quinque ſolidis Ferrarienſibus.

Quòd quilibet Scholaris faciat dici per Scholas quandò vult recedere. Statutum LV.

Statuimus, & ordinamus, quòd quilibet Scholaris, qui deincèps velit recedere, teneatur per tres dies antè receſſum ſuum facere Univerſitati dici, & proclamari per Scholas; Quòd notum ſit omnibus, quòd talis, de tali locò, nominando Nomen ejus qui vult recedere à Civitate Ferrariæ, undè ſi aliquis, vèl aliquid peteret ab eo, infrà tertiam diem debeat comparere coràm Domino Rectore, aliàs habebit licentiam recedendi, & ſi prædicta facere voluerit, debeat ſaltèm idoneum ſubſtitutum, & Procuratorem loco ſui relinquere, qui faciat prædicta per Scholas proclamari, & quòd reſpondeat cuilibet de jure, & ſatisfaciat prò eò, & ſi non comparuerit aliquis infrà dictum terminùm, tranſacto eo poſſit recedere quandocumquè voluerit, obtentâ licentiâ Domini Rectoris, & ſi aliquis Scholaris receſſerit, non ſervando prædicta, teneatur Rector, ad petitionem aſſerentis ſe creditorem, etiàm ſi ſummatìm eidem Domino Rectori conſtiterit eum creditorem eſſe, & dictum Scholarem privare debeat, à qua privatione reſtitui non poſſit, niſì fuerit in concordiâ

cùm

cùm dicto creditore, & ſolverit, nomine pœnæ Univerſitati centum ſolidos Ferrariæ. Itèm ad evitandum omnem calumniam, quæ in futurum committi poſſet, ſtatuerunt, quòd factis proclamatibus prædictis per Scholas per dictum Bidellum, eâ die, quo clamaverit dictus Bidellus, debeat nuntiare Notario Univerſitatis dictas proclamationes, nominando, & dicendo ſibi nomen dicti talis facientis proclamare per Scholas, aùt de quo factæ fuerint dictæ proclamationes, quòd faciens proclamare debeat eſſe unà cùm dicto Bidello; Qui Notarius prædicta ſcribere teneatur, ut retulit ſibi dictus Bidellus in quoddam quaterno, ad hoc deputato, & habeat, & habere debeat prò dictis proclamationibus ſolidum unum Ferrariæ, pœnâ Bidello, qui dictas proclamationes faceret per Scholas, ſi ipſas eidem Notario non retulerit, prò qualibet vice ſolidorum quinque Ferrariæ, & perindè eſſet, ac ſi non feciſſet proclamari per Scholas, cui Scripturæ plena fides adhibeatur: Cùm contingat Scholares volentes recedere velle bullettas Librorum, Statuerunt, quòd nullus Domicellus Rectoris, vèl alia perſona audeat, vèl præſumat aliquid recipere de aliquâ Bullettâ bullandâ, vel ſigillo Univerſitatis ponendo ſub aliquâ litterâ, pœnâ cuilibet, qui aliquid receperit, prò qualibet vice viginti ſolidorum Ferrariæ, & cuilibet Rectori, qui aliquid permiſerit recipiendum, quadraginta ſolidorum Ferrariæ: Itèm proptèr Cives, & alios, qui non ſunt Univerſitati ſuppoſiti, quibus interdùm contingit Scholares eſſe debitores, Statuerunt, quòd quicumque Scholaris, vèl Doctor, vèl quis de Univerſitate noſtrâ recedere voluerit cùm bonis ſuis, fieri faciat per tres dies antè proclamari per Trumbatorem Civitatis Ferrariæ, notificando ejus diſceſſum, & elapſo termino poſſit liberè recedere.

Quòd Scholares non jurati, aùt Doctores non juratorum non gaudeant beneſitiis Univerſitatis. Statutum LVI.

Itèm ſtatuerunt, quòd aliquis Scholaris cujuſcumque facultatis, aùt quis alius, ut Scholaris ſe gerens, non poſſit, nèc valeat gaudere benefitio aliquo, ſeù commodo Univerſitatis prædictæ, ſeù Statutis ipſius, aùt per Univerſitatem, Rectorem ipſius, aùt Statuta dictæ Univerſitatis, niſì ſit Scholaris juratus, qui juraverit ſervare Statuta Univerſitatis, & obedire Rectori in licitis, & honeſtis, ut ſuprà: Decernentes inſupèr, quòd aliquis Doc-

Doctor, ſeù profeſſor alicujus alterius Scientiæ, quàm Medicinæ, vèl Artium non poſſit prò aliquo, vèl contrà aliquem procurare, advocare, vèl ſolicitare palàm, vel ſecretè, niſi juratus fuerit ſervare Statuta, & obedire Rectori, ut ſuprà, ſalvo quòd in causâ, ſeù cauſis, litibus, ſeù quæſtionibus ſuis, vèl ſuorum licitè eſſe, advocare, vel procurare poſſit, pœnâ cuilibet advocanti, procuranti, ſolicitanti, & prò qualibet vice, ſolidorum quadraginta Ferrariæ, quam pœnam ſolvere teneatur quilibet contrafaciens infrà tertiam diem poſtquàm dictam pœnam incurrerit, ſub pœnâ privationis, à quâ privatione reſtitui non poſſit, niſi dictâ pœnâ ſolutâ: Et quilibet poſſit accuſare, & denuntiare, & habeat medietatem condemnationis, & Rector quilibet, qui prò tempore fuerit poſſit, & teneatur procedere, ad petitionem cujuſcumque, & delinquentem condemnare, ſub pœnâ centum ſolidorum Ferrariæ, per Syndicos eidem Rectori auferendâ in fine ſui Offitii.

De lecturâ, & ordine librorum legendorum. Statutum LVII.

Itèm ſtatuerunt, cùm utile, & neceſſarium ſit Scholaribus ſupèr lecturâ librorum ſalubritèr providere, ut de cætero in lecturâ, & ſupèr lecturâ librorum legendorum, de cætero tàm in Medicinâ, quàm in Phyſicâ, & Aſtrologiâ talis ordo ſervetur, quòd erit ſecundùm infraſcriptum modum hìnc ad vigintiquinque annos .s. proximè futuros inchoando, & infraſcripto ordine. Primò in Philoſophiâ legatur totus *Liber de Animâ*, exceptis erroribus primi libri, quò lecto legatur *Liber de generatione*, *& corruptione*; extraordinariè legatur *Liber Phyſicorum*. In ſecundo anno legatur ordinariè *Liber de Cœlo*, *& Mundo*, quo lecto legatur *Liber Metheororum*. Extraordinariè legatur *Liber de Anima*, quò lecto legatur *De Generatione*. In tertiò ſequenti anno, primo legatur ordinariè *Liber Phyſicorum*, extraordinariè legatur *Liber de Cœlo*, *& Mundo*, quo lecto legatur *Liber Metheororum*. In Medicinâ, in primo anno primò legatur *Liber Tegni*, prò ſecundâ lectione in mane primò legatur *Liber Pronoſticorum*; in Nonis primò legatur *Primus Avvicennæ* exceptâ *Anathomiâ*, & exceptis Capitulis *De naturis temporum ſecundæ Fen*, & exceptâ *Tertiâ Fen*, prætèr Capitulum *De Regimine ejus*, *quod comeditur*, *& bibitur*. In ſecundo verò ſequenti anno, prò primâ lectione de mane in Medicinâ primò legatur *Liber Aphoriſmorum*, exceptâ *Tertiâ par-*

ticulâ, prò ſecundâ lectione de mane primò legatur *Secundùs Canon Avvicennæ*, in Nonis legantur *Libri Tegni*. In tertio ſequenti anno, primò legatur prò primâ lectione de mane *Liber primus Avvicennæ*, exceptis *Anathomiâ*, *& cæteris*, *ut ſuprà*, prò ſecunda lectione legatur *Quarta Fen Primi Avvicennæ*. In Aſtrologiâ, primo anno legantur *Algoriſmi de Minutis*, *& Integris*, quibus lectis, legatur *Primus Geometriæ Euclidis*, *cùm commentario Campani*, quo lecto, legantur *Tabulæ Alphonſi*, *cum Canonibus*, quibus lectis, legatur *Theorica Planetarum*. In ſecundo anno, primò legatur *Tractatus de Spherâ*, quo lecto, legatur *Secundus Geometriæ Euclidis*, quo lecto, legantur *Canones ſupèr Tabulis delinoriis*, quibus lectis, legatur *Tractatus Aſtrolabii Meſegalæ*. In tertio anno, primò legatur *Albrabitius*, quo lecto, legatur *Centiloquium Ptolomæi*, *cùm Commento Hali*, quo lecto, legatur *Tertius Geometriæ*, quo lecto, legatur *Tractatus Quadrantis*. In quarto anno, primò legatur *Quadripartitus totus*, quo lecto, legatur *Dictio Tertia Almageſti*. Dictis annis completis, & completis dictis Libris in dicto termino, fiat circulus, & redeatur ad Lecturam primi anni, poſteà ad Lecturam ſecundi anni, & sìc per ordinem. Prò Lecturâ autèm Practicæ Medicinæ ordinariâ, infraſcripto modo procedatur, videlicèt; In primo anno legatur *Nonus Almanſoris*, *& Fen de Stomaco*, *Fen 2. de Matrice cototus* ..... *Avvicennæ* ſolùm illo anno legatur. Extraordinariè verò legatur *Prima Fen Quarti*, *& ſecunda*, *& Fen de Corde;* Extraordinariè verò legatur *Nonus Almanſoris*, quò lecto, legatur *Fen de Stomaco*, *& Fen ſecunda de Matrice*, *ſivè tràns Avvicennæ*. Reliqui verò *Fen* legantur prò ſecundâ Lectione, vel extraordinariè, proùt Rectori, & Conſiliariis viſum fuerit. Itèm ſtatuerunt, quòd Doctores deputati ad legendum Logicam, primò legere debeant ordinariè prò primâ lectione *Logicam Pauli*, quâ lectâ, legant *Conſequentias Strodi*, quibus lectis, legant *De Senſu compoſito*, *& diviſo* .... Prò ſecundâ lectione legant *Artem veterem totam*, prò tertiâ vero lectione legatur *Liber Poſteriorum*; Extraordinariè verò legentes, prò primâ lectione legere debeant *Obligationes Strodi*, quibus lectis, legant *Regulas Hentisberi*; prò ſecundâ lectione legant *Librum Topicorum Ariſtotelis*, *vèl Priorum*, *vèl Elenchorum*, ſecundùm quòd prò majori parte Scholarium, dictas lectiones audire volentium, viſum fuerit; Statuentes inſupèr, quòd Doctor, vèl Scholaris legens diebus Feſtis Logicam, legere debeat prò primâ lectione *Septem Sophiſmata Hentisberi*, prò ſecundâ lectione *Proportionales Alberti*

de

de Saxoniâ, quibus lectis, legatur *Tractatus de Inſtanti*, quò lecto, legatur *Tractatus de Latitudinibus*.

De modo juramenti Doctorum. Statutum LVIII.

Itèm ſtatuerunt, & firmaverunt, quòd omnes, & ſinguli Doctores Medicinæ, Philoſophiæ, & Logicæ, Rhetoricæ, ſeù aliarum Artium legentes, ſeù legere intendentes de manè, aùt in Nonis, vel aliâ quacumque horâ teneantur, & debeant jurare D. Rectori, qui prò tempore fuerit, ſervare omnia, & ſingula præſentia Statuta, & alia fienda per Univerſitatem, & obedire Rectori in licitis, & honeſtis, quod juramentum teneatur quilibet Rector procurare præſtari debere, & quòd effectualitèr præſtetur per dictos Doctores infrà quinque dies ab introitù ſui Offitii, vèl in principio Studii, sùb pœnâ decem libr. Ferrariæ ipſi D. Rectori, & tantumdèm Doctori non juranti, quàm pœnam ſolvere teneatur quilibet Doctor, ſi quis eam inciderit; Et ſi non ſolverit infrà dictum terminum privetur immediatè ipſo jure, & intelligatur privatus, à quâ privatione reſtitui non poſſit, niſì ſolverit dictam pœnam, nèc poſſit ad aliquod Salarium Communis Ferrariæ per ipſam Univerſitatem, & Scholares, ſivè per ipſos Reformatores, uſquè ad duos annos, tùnc proximè ſecuturos eligi, & ſi eligeretur, ipſo jure electio ſit nulla; & eodem modo intelligatur de quolibet Scholari.

De ſententiis executioni mandandis à ſuis Præceſſoribus latis. Statutum LIX.

Itèm ſtatuerunt, quòd quilibet Rector, qui prò tempore fuerit, poſſit, teneatur, & debeat infrà decem dies poſtquàm fuerit requiſitus, omnes, & ſingulas ſententias, à ſuo, ſeù ſuis præceſſoribus latas, quibuſcumque remediis exequi, & executioni mandare juxtà poſſe, & implorato Domini Poteſtatis, & ſuæ Curiæ, & cujuſcumque alterius Offitialis Communis Ferrariæ auxilio, ſub pœnâ centum librarum Ferrariæ, applicandâ prò dimidiâ parte cujus intereſſet, & prò dimidiâ Univerſitati, & nihilominùs teneatur ad intereſſe parti leſæ.


De Anathomiâ quolibet anno fiendâ. Statutum LX.

Quoniàm ad induſtriam, & utilitatem Scholarium ſpectat, & pertinet facere Anathomiam, ſtatuerunt, quòd Poteſtas Civitatis Ferrariæ teneatur ad requiſitionem D. Rectoris dare, & aſſignare Anathomiſtis ſingulo anno unum corpus hominis; Et quià plerumque conſueverunt rixæ, & rumores, in reperiendis, ſeù quærendis corporibus, ex quibus, ſeù de quibus Anathomìa fieri debeat, ſtatuerunt, & ordinaverunt, quòd aliquis Doctor, aùt Scholaris, aùt quivis alius non audeat, nèc præſumat, ſibi acquirere aliquod corpus mortuum prò dictâ Anathomìâ fiendâ, nisì primò licentiâ præhabitâ à D. Rectore, qui prò tempore fuerit, qui quidèm Rector teneatur, & debeat, in dando licentiam intèr Doctores, & Scholares qualitatem, & ordinem obſervare, cùm dicta licentia petita fuerit. Itèm quòd aliquis non poſſit intereſſe in aliquâ Anathomiâ ultrà numerum quinquaginta perſonarum; Et quòd aliquis non poſſit videre aliquam Anathomiam, nisì ſit Scholaris Phyſicæ, vel Medicinæ, & ſi prædicti Scholares Phyſicæ, vel Medicinæ ad prædictum numerum non aſcenderint, tùnc poſſint Scholares Logicæ intereſſe dictæ Anathomiæ, quouſquè ad prædictum numerum aſcendatur. Itèm ſtatuerunt, quòd fiant expenſæ, aùt quæ in prædictis occurrerint, ſivè prò prædictis fiendæ prò ratâ communitèr intèr Scholares Forenſes * videre debuerint: Quas expenſas duo Scholares Forenſes Medicinæ, vel Phyſicæ, per Rectorem, & Conſiliarios electi, qui Anathomiſtæ nominentur, facere teneantur, priùs tamèn accepto juramento, quòd expenſas neceſſarias facient bonâ fide, & ſinè fraude; prò dictis autèm expenſis faciendis, ſtatuerunt, quòd quilibet Scholaris volens prædictæ Anathomiæ intereſſe, debeat deponere pignus prò uno Ducato apùd Aromatarium, ſeù aliam perſonam idoneam, proùt Rectori viſum fuerit; qui Aromatarius teneatur juxtà Anothomiſtarum requiſitiones dare pecuniam, ceram, & alia neceſſaria, prò dictâ Anothomiâ fiendâ; ſtatuentes inſupèr, quòd dicti Anothomiſtæ ſtent ad Syndicatum de expenſis factis, quorum Syndicorum electio pertineat ad eos, qui prædictæ Anothomiæ interfuerint; intelligantur autèm eſſe tres Syndici; Doctores autèm legentes Medicinam venire poſſint, nihìl ſolvendo, & teneantur venire ad requiſitionem Rectoris, & ſimilitèr Rector intereſſe poſſit, cùm uno Socio, abſquè ullâ ſolutione. Itèm ſtatuerunt, quòd completâ Anothomiâ, quæcumque inſtru-

inſtrumenta pertinentia remanſerint ad Univerſitatem, deponantur apùd Aromatarium, de quibus Depoſitarius notam faciat in libro Univerſitatis. Itèm ſtatuerunt, quòd ex pecuniis prædictis emantur cerei duarum librarum, quorum unum habeat Dom. Rector, qui prò tempore fuerit, alium habeat Doctor legens, & declarans Anothomìam. Itèm ſtatuerunt, quòd completâ Anothomìâ, Doctores, & Scholares, qui interfuerint, teneantur aſſociare Corpus anothomizatum ad ſepulturam, unà cùm Rectore, expenſis eorum, qui Anothomiæ interfuerunt.

Quòd Doctor electus ad Salarium in Aſtrologìâ det Juditia gratìs Scholaribus, & aliis Univerſitati ſuppoſitis. Statutum LXI.

Itèm ſtatuerunt, ordinaverunt, & firmaverunt, quòd Doctor electus, vèl eligendus ad Salarium in Aſtrologiâ teneatur dare Juditia gratìs Scholaribus dictæ Univerſitatis infrà .s. unum menſem poſtquàm fuerit publicata, & etiàm ſingularitèr Juditium Anni in ſcriptis ponere ad ſtationem Rotulorum, pœna cuilibet, in quolibet prædictorum caſuum, viginti ſolidorum Ferrariæ.



S E R I E S
ESTENSIUM PRINCIPUM,
A C
SUMMORUM PONTIFICUM,

Qui ab Origine Almæ Ferrarienſis Univerſitatis, uſquè in hanc diem imperaverunt.

AZZO IX. Eſtenſis Marchio, Azzonis VII. filius, ab Honorio III. Anconæ Marchio, & à Gregorio IX. Ferrariæ primus Vicarius prò Sede Apoſtolicâ conſtitutus: Obiit anno 1264.

1264. Opizzo V. Azzonis, ex Rainaldo filio Nepos, Ferrariæ, ac Anconæ Marchio: Deceſſit anno 1293.

1293. Azzo X. Opizzonis filius: Obiit die ultimâ Januarii anni 1309.

1309. Friſcus Eſtenſis Marchio, Azzonis X. filius, quem Dinus Roſſi Ferrariæ Prætor, loco Fulci ejuſdem filii, ac Azzonis prædicti nepotis, adversùs Patrui tabulas, Urbis Principem inauguravit.

1317. Rainaldus Eſtenſis Marchio, Ferrariæ Dominus, Aldobrandini filius: Obiit die ultimâ anni 1335.

1336. Opizzo VI. Rainaldi frater, & Aldobrandini Marchionis Eſtenſis filius Ferrariæ Dominus: Obiit annò 1352.

1352. Aldobrandinus IV. Eſtenſis Marchio, Opizzonis VI. filius, Ferrariæ Dominus: Obiit anno 1361.

1361. Nicolaus III., cognomento Claudus, Aldobrandini IV. Marchionis Eſtenſis frater, Opizzonis VI. filius, Ferrariæ Dominus: Obiit anno 1388.

1388. Albertus V. Eſtenſis Marchio, Nicolai III. frater, Aldobrandini IV. filius, Ferrariæ Dominus. Hìc à Bonifacio IX. Pont. Maximo Diploma Erectionis Apoſtolicæ Almi Gymnaſii noſtri reportavìt: Obiit autèm anno 1393.

1393. Nicolaus IV. Marchio Eſtenſis, Alberti V. filius, Ferrariæ Dominus. Hoc imperante celeberrimum Oecumenicum Ferrariæ Concilium, intèr Latinam, Græcamque Eccleſiam celebratum eſt; Nicolaus Parmâ potitus eſt, quam dùm teneret, ipſo annuente, ſeù veriùs procurante, Scientiarum omnium Univerſitas in Urbe eadem, Auctoritate Apoſtolicâ erecta eſt. Obiit Nicolaus anno 1441.

1441. Leonellus Eſtenſis Marchio, Nicolai IV. filius, Ferrariæ Dominus: Obiit anno 1450.

1450. Borſius Eſtenſis Marchio, Leonelli frater, ac Nicolaì IV. filius, Ferrariæ Dux I., à Paulo II. Pont. Max. Romæ, in Baſilicâ Vaticanâ ſolemnitèr conſtitutus, anno 1471. Obiit Borſius anno 1471.
1471. Hercules I. Eſtenſis, Nicolai IV. filius, Ferrariæ, Mutinæ, ac Regii Dux II. Obiit anno 1505.
1505. Alphunſus I. Eſtenſis, Herculis I. filius, Ferrariæ, Mutinæ, ac Regii Dux III. Obiit die ultimâ Octobris 1534.
1534. Hercules II. Eſtenſis, Alphunſi I. filius, Ferrariæ, Mutinæ, & Regii Dux IV. Obiit anno 1558.
1558. Alphunſus II. Eſtenſis, Herculis II. filius, Ferrariæ, Mutinæ, & Regii Dux V., Ferrariæ autèm poſtremus. Obiit die 27. Octobris anni 1597.
1598. Clemens VIII. Pont. Maximus, 30. Januarii 1592. creatus: Hic Ferrariam ejuſque Ducatum Apoſtolicæ Sedi recuperavit anno 1598. Obiit 4. Maii 1605.
1605. Leo XI, vixit paucis diebus.
1605. Paulus V. electus 16. Maii: Obiit 28. Januarii 1621.
1621. Gregorius XV. creatus 9. Februarii: Deceſſit 8 Julii 1623.
1623. Urbanus VIII. creatus 6. Auguſti: Obiit 29. Julii 1644.
1644. Innocentius X. creatus 15. Sept Obiit 7. Januarii 1655.
1655 Alexander VII. creatus 7. Aprilis: Obiit 22. Maii 1667.
1667. Clemens IX. creatus 20. Junii: Mortuus eſt 9. Decembris 1669.
1670 Clemens X. creatus 29 Aprilis: Obiit 22 Julii 1676.
1676. Innocentius XI creatus 21. Septembris: Obiit 12. Auguſti 1689.
1689. Alexander VIII creatus 6. Octobris: Obiit 30 Januarii 1691.
1691 Innocentius XII. creatus 12 Julii: Obiit 27 Sept. 1700.
1700 Clemens XI creatus 23. Novembris: Obiit 19. Martii 1721.
1721. Innocentius XIII creatus 8. Maii: Obiit 7. Martii 1724.
1724. Benedictus XIII. creatus 29. Maii Obiit 21. Februarii 1730.
1730. CLEMENS XII. felicitèr regnans Pont. Opt. Max. creatus 12. Julii.

SERIES
IUDICUM SAPIENTUM FERRARIÆ,
Ab Origine Almi Ferrarienſis Lycei, uſquè ad annum 1473.

Horum autèm Dignitas aliquandò ad tempus, aliquandò vitalitia erat, proùt Principibus eligentibus expedire videbatur.

PEtrus Savelli, Romanus Judex XII. Sapientum Ferrariæ, ac Nobilium, Plebiſque Ferrarienſis Caput.
1270. Ferrantes, ſeù Jocolus Giocoli, Ferrarienſis.
1308. Brandeliſius Buonguadagno, Ferrarienſis.
1315. Gaſpar Ariacini, Ferrarienſis.
1317. Jacopinus Contrari, Ferrarienſis.
1321. Taſſinus Taſſini, Rhodigienſis.
1323. Gaſparinus Stanga, Cremonenſis.
1330. Taſſinus Taſſini, Jud. Sapientum ſecundò.
1341. Gaſparinus Stanga, Jud. Sapientum ſecundò.
1342. Lapus Megliorati, de Prato.
1351. Dynus Montecatino.
1353. Jacobus Salimbeni.
1354. Philippus de Marano.
1363. Joannes Toſcani, Papienſis.
1367. Jacobus Salimbeni, Jud. Sap. ſecundò.
1371. Gaſparinus Taccoli, Regienſis.
1379. Thomas de Terdonâ: Hic à Plebe tumultuante obtruncatus eſt; quapropter uſquè ad annum ab ejus nece octavum nullus repertus, qui defuncto, in dignitate ſuccederet.
1393. Gerardus dalla Fratta.
1397. Joannes Spadari Sapientum Judex. Tàm hic, quam ſequentes omnes Ferrarienſes ſunt.
1399. Jacobus Gualengo.
1399. Bertolinus Barbalunga.
1403. Nicolaus Perondoli.
1415. Antonius Banchi.
1429. Bertolinus Barbalunga, Jud. Sap. ſecundò.
1434. Aldobrandinus Guidoni.
1438. Joannes Gualengo.
1445. Auguſtinus Villa.

1453. Paulus Coſtabili.
1463. Antonius Sandeo.
1473. Jacobus Trotti, Judex Sapientum, & Almi Studii Ferrariæ Reformator; hujus enim sùb Regimine, hoc anno 1473. intèr Herculem I. Ferrariæ Ducem, ac Ferrarienſem Rempublicam, ſupèr rebus Studii Tranſactio, in primâ Hiſtoriæ parte ad verbum reddita, ſecuta eſt, quâ, intèr cætera, conventum, ut impoſterùm Judex Sapientum prò tempore Reformator eſſet, immò Reformatorum primus Ferrarienſis eſſet, quaproptèr omnes, qui ſequuntur Sapientum Judices, Reformatores quoquè ſubaudiendi.
1482. Bonifatius Bevilacqua, Sap. Jud., & Reform.
1486. Nicolaus Arioſto.
1489 Galeatius Trotti.
1491. Philippus Ceſtarelli.
1498. Titus Veſpaſianus Strozza.
1505. Hercules Strozza.
1506. Antonius Coſtabili.
1527. Sigiſmundus Salimbeni.
1528. Zilius Turco.
1532. Hector Sacrato.
1536. Aldobrandinus Sacrato.
1538 Alexander Faruffino.
1539. Camillus Eſtenſis Taſſoni, Comes.
1541. Galeatius Eſtenſis Taſſoni, Comes.
1543. Joannes Paulus Macchiavelli.
1545. Jacobus Trotti.
1550. Galeatius Eſtenſis Taſſoni, Comes; Sap. Judex, ſecundò.
1560. Joannes Antonius Rondinelli.
1571. Hippolytus Turco, Comes.
1572. Alphunſus Eſtenſis Taſſoni, Comes.
1594. Antonius Montecatini, cognomento Philoſophus, Sap. Judex, & Reformator, uſquè ad annum 1598., in quo, Ferrariâ ad Apoſtolicam Sedem devolutâ, ſpontè dignitate ſe expoliavit: Sequuntur igitùr Sapientum Judices à devolutionis prædictæ tempore uſquè in hodiernam diem. Novâ tamèn per Clementem VIII. inductâ Ferrarienſis Regiminis formâ ſancitum eſt, ut Sapientum Judicis Dignitas impoſterùm annualis eſſet, ità ut anno quolibet à Magno Civitatis Conſilio Judex eligi deberet.
1598. Scipio Comes Giglioli.
1599. Aloyſius Comes Montecucoli.
1600. Galeatius Co: Eſtenſis Taſſoni.
1601. Scipio Co: Giglioli, ſecundò.
1602. Alexander Eques Canani.
1603. Aloyſius Co: Montecucoli, ſecundò.
1604 Hannibal Marchio Turco.
1605. Ferrantes Trotti.
1606. Aloyſius Co: Montecucoli, tertiò.

1607.

1607. Baptiſta Muzzarelli.
1608 Hannibal Marchio Turco.
1609. Ferrantes Trotti, ſecundò.
1610 Ferrantes Trotti, tertiò
1611. Alphunſus Co: Strozza.
1612. Galeatius Marchio Gualengo.
1613. Baptiſta Muzzarelli, ſecundò.
1614. Alphunſus Strozza, ſecundò.
1615. Alexander Fiaſchi, Eques.
1616. Hippolytus Co: Giglioli.
1617. Cæſar Marchio Calcagnini.
1618. Cæſar de Eſte Moſti, Comes.
1619. Aloyſius Co: Montecucoli, quartò.
1620. Ferrantes Trotti, quartò.
1621. Albertus Bonacoſſa.
1622. Albertus Bonacoſſa, ſecundò.
1623. Cæſar de Eſte Moſti, Comes, ſecundò.
1624. Alexander Marchio Fiaſchi, ſecundò.
1625. Albertus Bonacoſſa, tertiò.
1626. Cæſar Marchio Calcagnini, ſecundò.
1627. Alexander Marchio Fiaſchi, tertiò.
1628 Alexander Canani, ſecundò.
1629. Nicolaus Eſtenſis Taſſoni, Marchio.
1630. Donus Aſcanius Pius de Sabaudiâ.
1631. Donus Aſcanius Pio, ſecundò.
1632. Joannes Marchio Rondinelli.
1633. Horatius Trotti.
1634 Horatius Trotti, ſecundò.
1635. Robertus Marchio Obizzi.
1636. Borſius Marchio Calcagnini.
1637. Borſius Marchio Calcagnini, ſecundò.
1638. Franciſcus Marchio Fiaſchi.
1639. Franciſcus Marchio Giglioli.
1640. Antonius Marchio Bevilacqua.
1641. Octavius de Eſte Moſti.
1642. Hieronymus Co: Roſſetti.
1643. Hieronymus Co: Roſſetti, ſecundò.
1644. Antonius Marchio Bevilacqua, ſecundò.
1645 Octavius de Eſte Moſti, Comes, ſecundò.
1646. Octavius de Eſte Moſti, tertiò.
1647. Hieronymus Co: Novara.
1648. Julius Cæſar Co: Nigrelli.
1649. Julius Cæſar Nigrelli, ſecundò.
1650 Hieronymus Co: Novara, ſecundò.
1651. Hippolytus Co: Strozza.
1652. Hippolytus Strozza, ſecundò.
1653. Hercules Marchio Trotti.

1654.

1654. Franciſcus Marchio Calcagnini.
1655. Franciſcus Calcagnini, ſecundò.
1656. Scipio Co: Bonacoſſa.
1657. Octavius de Eſte Moſti, Comes, quartò.
1658. Octavius de Eſte Moſti, quintò.
1659. Hieronymus Co: Novara, tertiò.
1660. Franciſcus Eſtenſis Marchio Taſſoni.
1661. Franciſcus Eſtenſis Taſſoni, ſecundò.
1662. Donus Carolus Varano de Camerino, & eo mortuo in dignitate.
Hercules Marchio Trotti, ſecundò.
1663. Hercules Marchio Trotti, tertiò.
1664. Hercules Trotti, quartò.
1665. Franciſcus Co: Criſpi.
1666. Robertus Co: Montecatini.
1667. Robertus Montecatini, ſecundò.
1668. Hippolytus Co: Strozza, tertiò.
1669. Hippolytus Marchio Bentivoglio.
1670. Hippolytus Bentivoglio. ſecundò.
1671. Hippolytus Co: Strozza, quartò.
1672. Joannes Marchio Villa.
1673. Joannes Villa, ſecundò.
1674. Hercules Marchio Trotti, quintò.
1675. Franciſcus Marchio Roſſetti.
1676. Franciſcus Roſſetti, ſecundò.
1677. Hippolytus Co: Strozza, quintò.
1678. Joſeph Maria Eſtenſis Taſſoni.
1679. Joſeph Maria Taſſoni, ſecundò.
1680. Octavius Marchio Macchiavelli.
1681. Franciſcus Marchio Roſſetti, tertiò.
1682. Franciſcus Roſſetti, quartò.
1683. Carolus Marchio de Monte.
1684. Octavius Marchio Macchiavelli, ſecundò.
1685. Octavius Macchiavelli, tertiò.
1686. Cajetanus Nicola Co: Manfredi, eique in dignitate defuncto ſubſti-
tutus
1686. Joannes Marchio Rondinelli.
1687. Joannes Rondinelli, ſecundò.
1688. Joannes Rondinelli, tertiò.
1689. Albertus Penna.
1690. Hercules Co: Lollio Brancaleoni.
1691. Hercules Lollio Brancaleoni, ſecundò.
1692. Joannes Marchio Rondinelli, quartò.
1693. Franciſcus Marchio Roſſetti, quintò.
1694. Franciſcus Roſſetti, ſextò.
1695. Hercules Co: Lollio Brancaleoni, tertiò.
1696. Antonius Fridericus Co: Novara.
1697. Antonius Fridericus Novara, ſecundò.

1698. Franciſcus Co: Muzzarelli.
1699. Guido Marchio Villa.
1700. Guido Villa, ſecundò.
1701. Antonius Fridericus Co: Novara, tertiò.
1702. Carolus Co: Fiaſchi.
1703. Carolus Fiaſchi, ſecundò.
1704. Franciſcus Maria Co: Riminaldo.
1705. Scipio Marchio Giraldi.
1706. Scipio Giraldi, ſecundò.
1707. Cajetanus Marchio Trotti.
1708. Joſeph Maria Eſtenſis Taſſoni, tertiò.
1709. Joſeph Maria Eſtenſis Taſſoni, quartò.
1710. Hercules Antonius Marchio Bevilacqua.
1711. Cajetanus Marchio Trotti, ſecundò.
1712. Cajetanus Trotti, tertiò.
1713. Franciſcus Marchio Sacrati.
1714. Scipio Marchio Giraldi, tertiò.
1715. Scipio Marchio Giraldi, quartò.
1716. Ludovicus Marchio Zavaglia.
1717. Nicolaus Pallas Co: Strozza. Obiit, dùm munere fungeretur, quapropter eidem, die 21. Maii 1718. ſubrogatus eſt.
Franciſcus Marchio Sacrati, ſecundò.
1718. Franciſcus Marchio Sacrati, tertiò.
1719. Scipio Marchio Giraldi, quintò.
1720. Sigiſmundus Antonius Marchio Gavaſſini.
1721. Sigiſmundus Antonius Gavaſſini, ſecundò.
1722. Franciſcus Lollio Brancaleoni.
1723. Bartholomeus Co: Muzzarelli Bruſantini.
1724. Bartholomeus Muzzarelli Bruſantini, ſecundò.
1725. Jacobus Co: Nigrelli.
1726. Donus Antonius Varano de Camerino.
1727. Donus Antonius Varano, ſecundò.
1728. Joannes Baptiſta Co: Boſelli.
1729. Jacobus Co: Nigrelli, ſecundò.
1730. Jacobus Nigrelli, tertiò.
1731. Andreas Perondoli.
1732. Alphunſus Co: Gregori.
1733. Alphunſus Gregori, ſecundò.
1734. Lancellottus Marchio Villa.
1735. Hercules Antonius Marchio Bevilacqua, ſecundò.

INDEX RERUM NOTABILIUM,

Quæ in hac Primâ Hiſtoriæ Parte continentur.

A

Academiæ litterariæ Ferrarienſes, ſcilicèt.
Afflatorum. 232
Arcadum Colonia. 233
Concordium. 232
Confuſorum. 233
Electorum. 233
Elevatorum. 232
Ferrarienſis. 232
Humoriſtarum. 233
Ingenioſorum. 233
Leonelli Marchionis Eſtenſis. 232
Mathematicarum Rerum. 233
Olimpicorum. 232
Parteniorum. 233
Particorum. 232
Philaretarum. 232
Philenorum. 233
Pia. 233
Serenorum. 232
Silva. 233
Tenebroſorum. 233
Tergeminorum. 233
Theologiæ Moralis. 233
Vinea. 233
Additionis Herculeæ Hiſtoria. 84
Adenulphus de Aquino cùm Catalauniis prò Rege Neapolis Ferrariam tenet. 14
Advocatorum Ferrariæ Collegium. 25
Albertus V. Eſtenſis Ferrariæ Princeps. 17. Romam petit. 17. à Bonifatio IX. regiæ tractatur. 18. à dicto Pontifice Studii Privilegium obtinet. 18. Privilegii ejuſdem tenor. 18. Alberti nummiſma. 21. Paradiſi Palatium ædificat. 26. moritur. 26. ejus epitaphium. 27
Albitius Bramaſecchi Collegii Campionis Paduæ inſtitutor. 273
Aldobrandinus IV. Eſtenſis Ferrariæ Princeps. 16. moritur. 16
Alexander Ceſtarelli Ludovici Arioſto amantiſſimus. 247
Alexander Galvani Studii Ferrariæ Lector. 217
Alexander Turamini Studii Ferrariæ Lector. 242
Aloyſius Eſtenſis Herculis II. Ducis filius infans Paulo III. claves Ferrariæ offert, quas reſtituit Pontifex. 196
Alphunſus I. Eſtenſis Ferrariæ Dux. 142. à Julio II. Anathemate percuſſus. 148. Bellum cùm Leone X. gerit. 148. Alphunſi Edictum prò Studii inſtauratione. 161. aliud prò inchoatione Studii Scholares revocans, qui Bononiam ob Caroli V. Imperatoris coronationem ſe contulerant. 163. ejus edictum in Scholares nequàm. 177. moritur. 179
Alphunſus II. Eſtenſis Ferrariæ Dux ultimus. 204. moritur. 228. ejus virtutes. 228. moritur ſinè filiis. 229. à nullo prò roſtris in morte laudatur. 229. abſquè pompâ ſepelitur. 229
Alphunſus Banchi Lector à Judeo proditoriè occiſus. 227. pœna de eo ſumpta. 228

Ana-

Anani Galli. 2
Ananinus Vicus, ſeù Vicus Egonum idem ac Vicohabentia. 2
Anatomiæ Lectura per turnum exercenda anno quolibet ab uno Lectorum Philoſophiæ, & Medicinæ, & Decretum ſuperindè. 362
Anatomicus Sector Lectoris titulo frui non debet. 265
Anatomicum Theatrum. Vide Theatrum Anatomicum.
Andreas Alciati Gymnaſii Ferrariæ Lector. 196
Andreas Facchinei Studii Ferrariæ Lector. 243
Angli Scholares in Scholâ Humanitatis ad Bancum Caligariorum habebant ſcamna diſtincta. 139
Antonius Bariſano de Chio Studii Ferrariæ Lector. 216
Antonio Muſæ Braſavola inſcriptio in Scholis Univerſitatis poſita. 338. Decreto Congregationis remota, & quarè. ibid. reſtituta. ibid. ejus tenor. 339
Antonius Regillo de Pordenone Pictor inſignis Ferrariæ mortuus, ac ſepultus. 191
Apotheca in Viâ Judecæ Studio à Joanne Baptiſtâ Bulgarelli in ſolutum tradita. 266. variis ſucceſſivè uſuata, nùnc verò Laurentio Berſanini. 267
Archivii Publici Scripturæ à furenti plebe combuſtæ. 17
Armani Nobili Lectoris in Ferrarienſi Gymnaſio favore Herculis I. Ducales Litteræ. 123
Arnaldus Pellagrù Bononiæ Legatus adversùs Friſcum Eſtenſibus aliis opitulatur. 14. Caſtrum Tedaldo Venetis eripit. 14. Ferrariam Eccleſiæ nomine moderatur. ibid. eam deindè Roberto Neapolis Regi tradit. ibid.
Donus Aſcanius Pio Reformator moritur, & à Collegiis ad tumulum comitatur. 292
Atheſis flumen. 1
Auctiones, vulgò Accreſcimenti. Vide Salaria.
Auguſtinus Fabri Mathematicæ Lector Cremonam accitus, & quare. 318. à Congregatione licentiam obtinet. ibid.
Auguſtinus Moſti monumentum primum Ludovico Arioſto ponit. 246
Aymo Cravetta Studii Ferrariæ Lector. 199
Azzo IX. Eſtenſis Anconæ Marchio Ferrariam accitus. 4. à Gregorio IX. Papâ Ferrariam in Vicariatum obtinet. 4. moritur. 11
Azzo X. Eſtenſis Ferrariæ Princeps. 12. moritur. 12
Azzo XI. Eſtenſis Ferrariæ Princeps. 15

B

Baptiſta Guarini Guarini Veronenſis patris Cathedram obtinet. 57. unà cùm fratribus petit Guarino patri monumentùm ære publico erigi. 57. Decretum ſuperindè editum. 58. Palatium ædificat in Viâ Angelorum, & carmina ſuperindè ad Danielem Fini data afferuntur. 132. 133. munera in eam cauſam à Communi Ferrariæ obtinet. 132
Bartholomeus de Feltriâ Franciſcanus. 98
Bartholomeus de Saliceto Studii Ferrariæ Lector. 22
Bartholomeus Vecchi Studii Ferrariæ Lector. 274
B. Beatricis Eſtenſis ad tumulum ſtrepitus exaudiuntur, & quid præſagiant. 228. auditi antè obitum Alphunſi II. ibid.
Bella Civilia Ferrarienſium, ac factiones. 4

Bel-

Belvedere Palatium pulcherrimum in Inſulâ Principis, ac in eo pernoctat Paulus III. Papa. 193. ſolo exequatur, Arcis Ferrariæ condendæ gratiâ. 195
S. Bernardinus de Senis Ferrariæ Epiſcopus electus humilitèr Dignitatem recuſat. 39
Bertoldus Eſtenſis Ferrariæ Princeps. 15
Beſarion Cardinalis Archiepiſcopus Nicenus. 39
Bidelli ad legendum in Almâ Univerſitate quemquam admittere prohibentur, nisì iiſdem licentia à Congregatione reportata exhibeatur. 345., & ſeq.
Bidelli præſentare debent in Secretariâ Magiſtratus notulas juratas circà Lectorum Studii frequentiam ad legendum, cùm punctaturis prò Tertiariâ qualibet, & decretum ſuperindè. 344. & ſeq.
Bidellis leges nonnullæ pœnales datæ, & quarè. 320
Boij Galli. 2
Bononienſes Ferrarienſibus infeſti. 3. tèr Studio Generali à Friderico II. Imperatore privantur. 9
Borſius Eſtenſis Ferrariæ Princeps. 55. Ferrariæ à Friderico III. Imperatore Mutinæ, ac Regii Lepidi Dux, Rhodigiique Comes creatur. 57. Romæ à Paulo II. Papâ aureâ Rosâ donatur, ac Ferrariæ Dux inauguratur. 77. 78. moritur, ac ſepelitur in Carthuſianorum Cœnobio. 78. Titi Veſpaſiani Strozza, ac aliorum carmina ad ejus ſepulchrum poſita. ibid. ejus laudes. 79. eidem viventi adhùc æneum ſimulachrum in Foro Urbis Ferrariæ erectum, additis Strozza prædicti carminibus. ibid. afferuntur etiàm quæddam Baptiſtæ Guarini Senioris carmina in tanti Principis laudem. ibid.

C

CÆſar Cremonini Studii Ferrariæ Lector. 217
Cæſar Eſtenſis Mutinæ Dux Ferrariam Eccleſiæ dimittit. 229
Cæſar Pariſi Favalli Studii noſtri Lector, cœtus Litterarii della Selva nuncupati inſtitutor moritur, ac ejus laudes. 360. & ſeq.
C. Perilius, celator. 5
C. Ruffus, muſicus. 15
Calvinus Hæreſiarca Ferrariæ, in Aulâ Renatæ Duciſſæ latuit. 201. fugit ab Herculis II. Ducis irâ. ibid.
Camillus Coccapani Studii Ferrariæ Lector. 217
Campionis Collegium Patavinum, in quo duo Ferrarienſes perpetuò ſtudendi gratiâ manuteneri debent, & alia circâ hoc. 273
Capſoldi detractio à Lectorum ſtipendiis olim uſitata, quamque in cauſam. 96
Caputium, quod dignitatis inſigne eſt, à Rectoribus Univerſitatum Scholarium aſſumebatur. 51
Carnis venalis Datium Studio quondàm applicatum. 53
Carolus Emanuel Sabaudiæ Dux cauſam Finium intèr ipſum, & Januenſem Rempublicam vertentem in Univerſitatem Studii Ferrariæ compromittit, ejuſque Litteræ. 302. Procuratores duos hac de causâ Ferrariam mittit. 303. Acta factâ in Univerſitate prædictâ coràm Reformatoribus, & Lectore Juris Primario. ibid.
Carolus V. Imperator Bononiæ à Pontifice coronatur. 164. Privilegia ampliſſima Doctoribus Collegiorum Bononiæ concedit. ibid.
Carolus Pio de Sabaudiâ Studii Reformator Cardinalis creatur. 294. Reformator etiàm obtentâ Pur-

pu-

purâ perſeverat. 294
Carolus Ruini Studii Ferrarienſis Lector veniam impetrat aliò ſe ad legendum conferendi, dummodò revertatur. 131. cùm legere ommiſiſſet ſtipendii ablatione mulctatus. 139. Primariam Juris Cathedram obtinet, cùm ſtipendio libr. 2000. 148
Catalaunii Ferrariæ obtruncati. 14
Catharina Aragonia Henrici VIII. Angliæ Regis Conjux injuſtè ab eò repudiata. 185
S. Catharina Vigri de Bononiâ dicta migrat ad Dominum. 60. nonnullâ de ejus origine. 61
S Catharina Virgo, & Martyr Collegii Juriſtarum Patrona. 70
Cathedralis Ferrariæ. Vide Eccleſia Cathedralis.
Cauſa intèr Patriarcam Aquilejæ vertens, & Tarviſinos, ac Gerardum de Camino à Papâ Ferrariæ Epiſcopo, ac nonnullis Ferrariæ Doctoribus comiſſa. 13. ejuſdem deciſio. ibid.
Celebritas Studii Ferrariæ adversùs Bononienſes vindicata. 324. & vide Studium Ferrariæ.
Cenſus per Studium emptus à Marchione Franciſco Gualenghi. 284. alia circà illum. 356. Bona evicta. 362
Centonum Collectionis proventus olìm Studio aſſignatus. 234
Cereus à Lectorum quolibet offerebatur anno quolibet D. Annæ, in ejus Feſto. 126. itèm in Vigiliâ S. Georgii Divo eidem, & oblationis hujuſmodi decretum. 126. 127 128. 129. ejuſdem oblationis loco nùnc Commune Ferrariæ quamdam ſummam reſpondet. 129.
Chriſtophorus Alberici de Papiâ Gymnaſii Ferrarienſis Lector. 134
Ciſalpina Gallia. 2
Claudius Acchillini Studii Ferrariæ Lector. 244
Clemens VIII. Ferrariam Eccleſiæ recuperat. 229. Ferrariam venit. ibid. Ferrariæ Conſtitutionem Centumviralem dat. ibid. Bulla ejuſdem confirmatoria Privilegiorum Studii Ferrariæ. 230
Clementinum Collegium, sùb Gubernio Clericorum Somaſchorum Ferrariæ erectum à Cardinali Sigiſmundo Chiſio, ac Datio Tranſitus Armentorum Paſtorum Forenſium dotatum. 304. Litteræ Clementis X. ſuperindè datæ. 305. & ſeqq 314.
Cœlius Calcagnini Gymnaſii Lector Hiſtoriarum Ferrarienſium Scriptor, & Eſtenſis Domus à Civitate conſtitutus, emanatumque ſupèr indè decretum. 149. ſcripſit in cauſâ Divortii Henrici VIII. Angliæ Regis. 183 moritur. 198. ejus Bibliothecam PP. Dominicanis teſtamento relinquit, & verba legati. ibid. in eâ ſepelitur, ac ejus epitaphium. 199
Collecta annua prò Studii manutentione olìm impoſita. 53
Collectæ antiquæ inexactæ Communi Ferrariæ debitæ Studio applicatæ. 51
Collegium Campionis. Vide Campionis Collegium.
Collegium Clementinum. Vide Clementinum Collegium.
Collegium Nobilium Adoleſcentum à Cardinale Serrâ Ferrariæ errectum, & Decretum dicti Cardinalis ſupèr hoc. 264. non durat. 265
Collegium Penna. Vide Albertus Penna.
Columbinus Colombi Ferrariæ à Friderico III. Imperatore Doctoralibus inſigniis decoratur. 77
Comites Palatini. Vide Doctores.
Commune Ferrariæ ex contractu onus Studii manutenendi in ſe ſuſcipit. 90

Con-

Concilium Oecumenicum Ferrariæ celebratum. 36. quâ cauſâ. ibid. Eugenii IV. Papæ, Joannis II. Paleologi Græcorum Imperatoris, aliorumque eidem intereſſentia. 36. 37. Seſſionibus decem & octo Ferrariæ habitis, peſtis cauſâ Florentiam translatum. 39
Conſtitutiones Studii Ferrariæ. 255. & ſeqq.
Conſulibus ad Victualia antiqua Magiſtratus Reſſidentia in Aulâ magnâ dimiſſa. 279
Corteſiorum Caſtrum. 81
Cubiculum adiacens Oratorio D. Lucæ in Paradiſi Palatio Collegio Medicorum conceſſum, prò ſacris ſupellectilibus ibidèm aſſervandis. 313
Curia Ferrarienſis ab Eminentiſſimo Fulvio Aſtalli Legato laudatur. 342.

D

DAmnorum datorum proventus olim Studio applicatus. 234
Daniel Fini Latinus Poeta inſignis, Almi Studii Cancellarius moritur. 186. munera quæ ſuſtinuit, aliaque ad ejus acta pertinentia nonnullis ex ejuſdem allatis carminibus recenſentur. 187. & ſeqq. nobiliores ævi ſui Poetas amicos habuit, qui multa ad eum ſcripſerunt. 189. ipſe carmina plura ſcripſit. ibid. laudatur à Tito Strozza. ibid. Epitaphium in ejus morte. 190
Doctores à Comitibus Palatinis creandi quæ requiſita habere debeant, juxtà Bullam Clementis XI., & Bullæ tenor. 340. & 341
Doctores exteri, & Scholares, Ditionis tamèn Pontificiæ ad Studium Ferrariæ invitantur, ac munerum Civitatis participes efficiuntur, & Bulla Clementis X. ſuperindè data. 299
Doctores Univerſitatis privatìm domi legere, tempore Lectionum publicarum edicto prohibentur. 314
Doctores ad legendum diſpenſati, cenſentur diſpenſationi renunciaſſe, ſi per annum abſquè legitimâ cauſâ non legerint. 320
Doctorum Theologorum Collegium. 24. ejuſdem Statuta. 62
Doctorum Legiſtarum Collegium. 24. ejuſdem Statuta. 70. Privilegium immunitatis à Gabellis eidem ab Hercule I conceſſum. 134
Doctorum Artiſtarum Collegium. 24. ejuſdem Statuta. 102
Doctorum legentium in Univerſitate Ferrariæ, ac eorum Collegiorum Privilegia, ac immunitates à Clemente VIII. conceſſa. 241
Doctorum licentiæ ad legendum anterioritas non ſuffragatur quò ad Cathedras obtinendas in præjudicium eorum, qui majus ſervitium habent. 301
D. Dominicus ob Catalaunios triumphatos Ferrariæ Protector electus. Ejus imaginibus Urbis portæ munitæ. Votum publicum, ac annua oblatio eidem facta, & ejuſdem oblationis Decretum. 15
Dominicus Bondè Ferrarienſis Lecturæ Sacræ Scripturæ in Eccleſiâ Cathedrali Inſtitutor. 207. ejus epitaphium. 208
Dominium ampliſſimum Eſtenſium ſub Hercule I. aliiſque Ferrariæ Ducibus. 101
Domus in Viâ S. Spiritus à Joanne Baptiſtâ Bulgarelli Studio in ſolutum tradita. 265. pluribus ſucceſſivè à Studio uſuata. 266. tandèm vendita Joſepho Mareſcotti. 267
Domus alterius in Viâ S. Spiritus pars Studio à Bulgarelli prædicto in ſo-

lutum tradita. 267. Uſuata Marco Antonio Bulgarelli. ibid.
Duellantibus Arena, ſeù Campo Franco Ferrariæ olìm exhibitùs, deindè ab Hercule II. Duce ſublatus. 160
Duellum acerbiſſimum Ferrariæ ſecutum. 154. Gabrielis Arioſto carmina illud deſcribentia. 154. & ſeqq.

E

Eccleſia Cathedralis Ferrariæ interiùs reformata. 356. ejus forma antiqua. ibid. In Archiepiſcopalem à Clemente XII. electa. 363.
Eccleſia Ferrarienſis à Concilio Romano, adversùs Archiepiſcopum Ravennæ, immediatè S. Romanæ Eccleſiæ ſubiecta declarata. 353. Sententia ſuperindè emanata. 53. & ſeqq.
Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Cathedra, & Controverſiarum, honorifica tamèn in Almò Studio inſtituta. 356.
Eccleſiaſtici Sæculares, ac Regulares, aliique Privilegiati ad Datium Salis Studii Dotale concurrunt, vigore Brevis Clementis VIII. 236
Edictum Herculis I. quòd ejuſdem Subditi in Univerſitate Ferrarienſi ſtudeant. 100. ejuſdem edictum prò bono Scholarium, ac Lectorum regimine. 125. aliud favore Scholarium exterorum ad Studium venientium. 140
Egones Galli. 2
Egonum Vicus, ſeù Vicus Ananinus idem ac Vicohabentia. 2
Emerentiæ. Vide Salaria.
Experimenta ab iis præſtanda, qui Cathedras extraordinarias conſequi volunt. 265. 287. 298. 341. experimenta alia ultimò præſcripta. 363

F

Felinus Sandeo Studii Ferrariæ Lector. 62
Ferrantes Borſetti Hiſtoriæ Auctor munus 50. 150. in aliquale ſubſidium editionis Operis prædicti obtinet à Studii Congregatione, & recenſentur qui Congregationi interfuere. 362
Ferraria, & ejus origo. 2. cìs Padum, ubì nùnc translata. 3. Græcis, Gallis, ac Germanis Imperatoribus parvit. 3. tamèn à Civium ſuorum dignioribus, ad Reipublicæ inſtar moderata. 3. ejus laudes. 6. 7. 8. Ferrariæ Veteris Poligraphya, & dimenſiones. 82 83.
Ferrarienſes antiqui Idolorum, Saturni præſertìm cultores. 2. Medicinæ Studiis addicti. 5
Ferrarienſes Juvenes ſtudii gratiâ ad alias Univerſitates migrare improbatur. 101
Ferrarienſis Studii celebritas adversùs Bononienſes vindicata. 324. & vide: Studium Ferrariæ.
Ferrarienſis Eccleſia. Vide: Eccleſia Ferrarienſis.
Ferrariola, ſeù Forum Alieni. 3
Ferrata, nùnc Fratta. 1
Fornacis Vitrorum Datium olìm Studio aſſignatum. 234
Forum Alieni Urbs. 2. dictum Ferrariola, quò Sedes Epiſcopalis ab Oldrado Papâ translata. 3
Franciſcus Calcetta Lector moritur. 287.
Franciſci Campanea Grammatici conductionis Decretum. 28
Franciſcus Maria Nigriſoli nummario munere donatus à Congregatione,

ob

ob ejus librum ſibi dicatum. 323. Studii benemeritus, ob celebritatem Studii ejuſdem vindicatam. 324.

Franciſcus Patrizi in Gymnaſio Ferrariæ legit Philoſophiam juxtà Platonis mentem. 216. pulcherrimum ejus teſtimonium de Ferrarienſium in Poeſi præſtantiâ. 233

Franciſcus Sacrato quondàm Amedei Marchio Legales Theſes ſuas dicat Clementi XI. Pont. Max., eaſque diſputat ſolemnitèr in Templo Theatinorum Ferrariæ. 351., & ſeq.

Fraſcheta Caupona, ac Domus. Vide Laurentius Campi.

Friſcus Eſtenſis Ferrariæ Princeps. 13. Caſtrum Tedaldo Venetis dono dat. 14

Fulchus Eſtenſis. 13

Fulvius Aſtalli Cardinalis Eminentiſſimus Ferrariæ Legatus, ab eâ receſſurus Curiam Ferrarienſem præmeditatâ Oratione in Publicâ Signaturâ laudat; 342. eidem priò Curiâ universâ grates rependit, Oratione typis impreſſâ Marcus Antonius Freguglia Advocatus Primarius. ibid.

G

GAlli Trojanis expulſis in Italiæ parte conſiſtunt, cui Ciſalpinæ Galliæ nomen, 2. Galli Senones, Egones, & Ananini Agrum Ferrarienſem incoluere. 2

S. Georgio Ferrariæ Patrono annuæ oblationis faciendæ antiquum Decretum. 15

Gerardus de Saraceno Lector moritur, & ab Alphunſo I. Duce ad tumulum comitatur. 149

Ghibellini Ferrariæ. 4

Giliolus Cavitelli Studii Ferrariæ Lector. 22

Gratiæ à Communi Ferrariæ Alphunſo I. Duci inaugurato petitæ, ejuſque reſcripta ſingulis. 142. & ſeqq.

Græcæ Linguæ Lectura, honorifica tamèn in Almo Studio reſtituta. 355.

Græci celebres Litterati Concilii Ferrarienſis causâ in Italiam veniunt, eorumque nomina recenſentur. 40

Grammaticos in imperitos decretum. 50. grammatici plures peritiſſimi conducti. 50

Guarini familiæ laus. 134

Guarini Veronenſis Oratoris reconductionis decretum. 31. elegia Veronæ nomine ad eum ſcripta. 32. elegia ejuſdem reſponſiva. 34. Concilii Ferrarienſis Interpres. 38. moritur. 57. monumentum eidem ære publico in D. Pauli Templo erectum. 59. carmina monumento inſculpta. 60

Guido Ubaldus Bonarelli habet Orationem in aperitione Academiæ Intrepidorum. 231

Gulielmus Adelardi Templum Cathedrale Ferrariæ ædificat. 4. in eadèm Cathedrali ſepultus. 358. ejuſdem Epitaphii carmina. ibid.

H

HÆneti Populi in Italiam adveniunt. 1

Hannibal Manfredi, Romæ Collegium prò adoleſcentibus Ferrarienſibus Legum ſtudio vacantibus, de bonis ſuis erigi teſtamento relinquit. 267. Teſtamenti verba. 268 & ſeqq. ejus hæreditatis Inventarium conficitur. 273.

Hebraicæ Linguæ Lectura honorifi-

ca, in Studio Ferrariæ inſtituta. 361.
Henrici VIII. Angliæ Regis Sciſma, ejuſque cauſæ. 180. & ſeqq.
Hercules I. Eſtenſis Dux Ferrariæ. 80. Ferrariam Terræ Novæ, ſivè Additionis Herculeæ, ab eo sic denominatæ acceſſione mirum in modum amplificat, & quomodò, ac quibus viribus. 84. ampliſſimum Herculis Dominium. 101. moritur. 142. ejus laudes. ibid.
Hercules II. Eſtenſis Dux Ferrariæ. 179. ejus reſcriptum prò immunitate Scholarium à Gabellis 179. 180. Calvinum perſequitur, qui clàm aufugit. 201. moritur. 204. ejus laudes. ibid. Litteratus fuit. ibid.
Hercules Leoni diſponit favore Ferrarienſis in Orphanorum Domo educati, & poſteà in Legibus, ſeù Philoſophiâ, & Medicinâ laureati. 286. Teſtamenti verba. ibid.
Hercules Piganti ſcuta quatuorcentum à Studii Congregatione obtinet, in Editione Commentar. ſuorum ad Statuta Ferrariæ eroganda. 293
Hieronymi Curioni favore ſtudioſorum Ferrarienſium juvenum teſtamentaria diſpoſitio. 243. & ſeq.
D. Hieronymus Collegii Theologorum Protector. 62
Hippolytus Franchi diſponit favore pauperioris Advocati, aùt Lectoris Ferrariæ, & Teſtamenti verba. 294.
Hippolytus junior Cardinalis Eſtenſis. 191. Litteratorum Mecœnas. ibid.

I

Jacobus Corradi Advocatus Ferrariæ ab Urbano VIII. Romam accitus S. Rotæ Auditor conſtituitur. 289. Cardinalis creatus. 294
Jacobus Mazzoni Academiæ Intrepidorum Princeps. 231
Inſubres Galli. 2
Inſula Principis pulcherrima. Vide Principis Inſula.
Intrepidorum Publica Ferrarienſis Academia celeberrima, ejuſquè initium. 231. ejus Theatrum. ibid. annuus redditus ſcutorum centum eidem aſſignatus. ibid. hujus Academiæ Inſigne pulcherrimum. 232
Joannes Baptiſta Bulgarelli ingentis ſummæ, prò Salis Datio à ſe conducto debitor Bona quædam Studio in ſolutum tradit, & quænàm, ac alia ad id pertinentia. 265. & ſeqq.
Joannes Baptiſta Laderchi de Imolâ Lector Studii Ferrariæ. 207
Joannes Baptiſta Nicoluzzi Pigna dictus Orationem habet in funere Equitis Baptiſtini Strozza. 200. Reformator. 204
Joannes Baptiſta Panetti, Carmelita. 69
Joannes Boſſio Lector Studii Ferrariæ electus. 280
Joannes Baptiſta Guarini Eques Lector Studii Ferrariæ. 216
Joannes Ceſali Lector Studii Ferrariæ. 204
Joannis Finotti Lectoris famoſi conductionis decretum. 29
Joannes de Ferrariâ, Ordinis Prædicatorum. 39
Joannes Franciſcus Terzani Cremona Lector Studii Ferrariæ. 205
Joannes Libioli Lector diè ſibi præ-

nun-

nunciato moritur. 287
Joannes Lucas de Pontremulo Lector ſtipendio auctus. 138. quamvìs non legiſſet ſtipendia obtinuit, quià abfuerat à Civitate Principis causâ. 141.
Joannes Pico Mirandulanus Ferrariæ cùm Thomâ Cajetano de Vio Ord. Prædicatorum diſputat. 130
Joannis Ronchegalli Teſtamentum favore unius Legum Profeſſoris. 214 nominantes ad ejus hæreditatem quinam ſint. 216
Joſeph Florentinus Vaccari Gioja à Congregatione obtinet, primam extraordinariam Cathedram in Rotulo Artiſtarum vacaturam, ſed moritur antequàm vacet. 346. & 347. ejus laudes. ibid. Latina Ecloga in ejus morte. 347. & ſeqq.
Judex Sapientum Reformator Studii ex contractu conſtitutus. 90
Judicum Ferrariæ Collegium. 25
Julianus Cæſarini Cardinalis. 39
Julius Recalchi Lector moritur. 289. ſolemnes eidem actæ exequiæ in Templo Societatis Jeſu. 289

L

LAbirius Feſtus puer. 5
Larvati Herculis I. Edicto ad Scholas Publicas accedere prohibentur. 99
Laurentius Campi, ob debitum in conductione Datii Salis contractum Studio in ſolutum tradit Domum cùm Apothecâ, nùnc vulgò dictâ la Fraſchetta, ſub Palatio Communis. 288. alia ad id pertinentia. 289. Alberto Albertini ad Cauponæ uſum locata. 296. Domus, & Cauponæ prædictæ per Studium à Menſâ Epiſcopali reportata inveſtitio. 315. ad uſum conceſſa Franciſco Lini. 361
Lector Logicæ domi docendæ electus. 280
Lectores celebres in Ferrarienſi Studio. 22. lectores quidam inſignes. 99. alii 200. alii 204. 205. 207. 216. 217.
Lectores Leggiſtæ. 23. Artiſtæ quas facultates doceant. 24. in ſtipendiorum unciâ anno quolibet gravati, prò Mœnium Civitatis ædificatione. 131. in quartâ ſtipendiorum parte mulctati, æris alieni diſſolvendi causâ. 138. Lectores ob peſtem ſilent. 142
Lectores, iis qui tales non ſunt, in Publico Gymnaſio locum cedere prohibentur, & leges ſuperindè. 320. & ſeqq., & Lectores iis qui non ſunt, ac Ordinarii Extraordinariis præferendi. 361
Lectores excluſi, & reſpectivè ſalario mulctati, deindè reſtituti. 314.
Lectorum Studii Ferrariæ favore PP. Societatis Jeſu pulcherrimum Collegiale Teſtimonium Doctoribus Sorbonæ factum. 202. 227
Lecturarum duarum eminentium annua ſtipendia in decem Locorum Montium Romæ erectorum aſſignata, prò Aggeribus Padi reparandis. 281. Chirographus Urbani VIII. ſuperindè. 281. & ſeq.
Lecturæ Juris, & Medicinæ domi exercendæ à Congregatione inſtitutæ. 298. quibus primùm collatæ. 298.
Lecturæ extraordinariæ, ſeù ordinariæ Rotuli Doctoribus conferri debent, qui magis quàm alii Studio ſervitium præſtiterunt, & decretum de hoc. 343. aliud quò ad frequentiam. 344
Leonardus Salviati Gymnaſii Ferrariæ Lector. 227

Leonellus Eſtenſis Ferrariæ Princeps. 47. ſub eo Studium reformatur. 47. reformationis decretum. ibid. moritur. 54. ejus laudes. ibid. doctiſſimos ævi ſui familiares, amicoſque habuit. ibid. erudititiſſimus fuit, præſertim in Poeſi Italicâ. ibid. duo ipſius Sonetti. ibid. Scholarium Univerſitatis humeris ad tumulum transfertur. 55. à Guarino Veronenſe prò roſtris laudatur. ibid.

Libræ Marcheſanæ valor incertus. 132.

Lis intèr Commune Ferrariæ, & Studium prò ingentibus prætenſis hìnc indè creditis, quæ recenſentur, tranſactione terminata. 283. nova intèr partes eaſdem Tranſactio, quâ intèr cætera, quotannis Studium Communi Ferrariæ ſolvere promittit Sc. 727:27:4. Romanæ monetæ. 290

D. Lucas Evangeliſta, Collegii Medicorum Patronus. 102

B. Lucia Narnienſis Dominicana Ferrariæ moritur. 196. Lectorum quorumdam Studii Ferrarienſis teſtimonia circa veritatem ejuſdem Sacrarum Stigmatum. 197

L. Sergius Menſor. 9

Lucas de Ripâ Grammaticus, ac Rhetor, Studii Ferrariæ Lector. 51.

Ludi Equeſtres nobiliſſimi, vulgò Tornei Ferrariæ exhibiti. Vide Torneamenta.

Ludovicus Arioſto, Ferrariæ Orationem habet adoleſcens in Studiorum Publicorum inchoatione. 131 prima ejus Cinerum translatio. 245. Epitaphium ab eo ſibi elaboratum. ibid. ſecunda ejus Cinerum translatio. 249 monumentum pulcherrimum eidem erectum, ejuſdemque Icon. 250. Epitaphia tàm ſolutâ Oratione, quàm verſu à clariſſimis viris eidem poſita, ac alia. 246., ac ſeqq. ejus Domus, ac inſcriptio. 249. Mauſoleum in eâ poſitum ab Inquilino dirutum. ibid.

Ludovicus Arioſto Mantuæ à Carolo V. coronatur. 177. moritur. ibid.

Ludovicus Arioſto junior magno Ludovico Arioſto nobiliſſimum monumentum erigit. 250

Ludovicus Carboni Studii Ferrariæ Lector. 57

Ludovicus Pacchiarini Archidiaconatus in Cathedrali inſtitutor. 117. & ſeq: varj ad dictam dignitatem nominati. 119. bona ſupèr quibus inſtituta. ibid.

Ludovicus Theſſira Luſitanus S. Jacobi de Spatâ Eques Studii Ferrariæ Lector. 139

Ludovicus Valenza Ferrarienſis Ordinis Prædicatorum, à Studio noſtro ad Patavinum migrat, primus omnium ibidèm Theologiam ad D. Thomæ mentem lecturus. 120. Ducis Venetiarum Litteræ ſupèr indè datæ. 120. diſputat cùm Joanne Pico Mirandulano. 121

M

Magiſtratus Reſidentiæ translationis Hiſtoriâ, & ubi antiquioribus temporibus reſederit. 274. & ſeqq. Cælii Calcagnini Carmina ſupèr Reſidentiâ in magnâ Principum Aulâ. 278. translata tandèm ad Palatium olìm à Duciſsâ Ferrariæ inhabitatum, à Sereniſſimo Mutinæ Duce in conductionem acceptum, ubi nùnc etiàm perſeverat. 279

Magiſtratus Sapientes Studii Lectores

res, durante dignitatis anno ſtipendii Lecturæ auctionem conſequi nequeunt. 255
Marchia Tarviſina. 1
Marcus Archiepiſcopus Epheſinus. 39
Materiæ in Studio legendæ præſcribuntur. 262. & ſeq.
Mathildes Comitiſſa Ferrariam expugnat. 3. eam moriens Eccleſiæ relinquit. 3
Marcus Antonius Freguglia, dùm ſenex, ob litem Rheni cùm Bononienſibus, prò Civitate Ferrariæ Faventiæ reſidet, moritur, ejuſque laudes. 155 & ſeq. Elogium eidem in Scholis Publicis poſitum. 356.
M. Claudius Marcellus Gallos devincit, ac Ciſalpinam Galliam Romanæ Reipublicæ ſubjicit. 2
Mariæ Virginis Deiparæ Conceptio Immaculata, Ferrariæ coram Hercule I. Duce intèr Dominicanos, ac Franciſcanos ſolemniter diſputata. 97
Martinus Savelli Romanus, primus Fori Alieni, ſeù Ferrariolæ Epiſcopus. 3
Mathematicæ Lectura privata, in Collegio PP. Societatis Jeſu exercenda, à Cardinali Sigiſmundo Chiſio erecta, cùm annuo ſtipendio ſcutorum centum, à licentiis Arma deferendi retrahendorum. 308. Breve Clementis X. ſuperindè datum. ibid. edictum dicti Cardinalis Chiſii. 310. edictum Magiſtratus circà materias in eâ legendas, & alia. 312
Mathematicæ Lectura Publica à Studii Congregatione inſtituta. 308
Mauritius Calani Lector à Studii Congregatione munus ſcutorum quadraginta obtinet, in libelli ſui editionis ſubſidium. 289
Mœnium Civitatis Ferrariæ Hiſtoria. 81. & ſeqq. onus eorumdem ædificandorum ab Hercule I. Communi Ferrariæ remiſſum. 89.
Monetæ Ferrariæ valor ad Papalem redactus. 256
Muſicæ peritiſſimi olìm Ferrarienſes. 207

N

Nationes Scholarium Univerſitates conſtituentes. 23
Nemus Peſtiferatorum à Civitate Petro Caſtagna ad tempus traditur. 211. ubi ſitum. 212. quare sic dictum. ibid. Peregrini Priſciani circà illud auctoritas. ibid. inſcriptio ibì olìm exiſtens. 213
Nicolaus II. Eſtenſis Ferrariæ Princeps. 15
Nicolaus III. Eſtenſis, cognomento Claudus Ferrariæ Princeps. 16.
Nicolaus IV. Eſtenſis Ferrariæ Princeps. 27. acta ejus bellica. ibid. eo Principe Parmæ Studium Generale inſtitutum. 28. moritur. 40. Statua Equeſtris eidem dicata. 40. Epitaphia varia in ejus morte. 41.
Nicolaus Eſtenſis Leonelli filius ab Hercule I. capite mulctatur, ejuſque cadaver Doctorum Juriſtarum, & Artiſtarum humeris ad ſepulturam defertur. 99
Nicolao Leoniceno Lectori verſio Græcorum Galeni Operum in latinum ab Antonio Coſtabili Sapientum Judice demandata. 152. Leonicenus moritur. 153. Leonis X. Papæ ad Leonicenum Epiſtola. 153
Nicolaus Pallas Strozza Comes, Sa-

pientum Judex moritur, ac regiis ferè exequiis tumulatur. 351. funebrem habet Orationem Joſeph Lanzoni, Studii Lector. ibid.
Nicolaus de Vico Aureolo, vulgò Figarolo Sculptor antiquus. 358
Nivento, ſeù Tridento Urbs. 2. ubi nunc Ferraria. 81. Joannis Pannonii Carmina. 81
Nola ære publicò, ad Communis, & Studii uſum comparanda. 242
Notariorum Ferrariæ Collegium, & ejus jura. 25. 26

O

Oldradus, primus Vicohabentiæ Epiſcopus. 3
Olei contro Peſte Secretum à Judice Sapientum, ac Sapientibus Magiſtratus poſſidetur. 213. ab illis communicatur ſtatuto Pharmacopolæ, exacto priùs ſacramento, de non revelando. 214. Libellus in quo illud conficiendi modus traditur, unà cùm Regimine, ac modo etiàm fabricandi pillulas quaſdam adversùs Peſtem ſervatur in Archivio Communitatis. 213
Opizzo V. Eſtenſis Ferrariæ Princeps. 11. ejus laudes, ac felicitas. 12. moritur. ibid.
Opizzo VII. Eſtenſis Ferrariæ Princeps. 15. moritur. 16
Oratorium D. Lucæ in Paradiſi Palatio. 299

P

Padus flumen. 2
Paradiſi Palatium nuncupatum ab Alberto V. Ferrariæ Principe ædificatur. 26. à Joanne II. Paleologo, Græcorum Imperatore, tempore Ferrarienſis Concilii inhabitatum. 37. conductum à Civitate, Scholæque omnes, antiquis relictis, ad eum translatæ. 209. emptum per Civitatem ab Aloyſio Eſtenſi Cardinale. 217. emptionis Inſtrumentum. 218. reparatum, ornatumque. 227
Paulus III. Pontifex Ferrariam venit. 193. excipitur in Palatio di Belvedere, in Inſulâ Principis dictâ, ejuſque pulchritudo. 194. Urbem ingreditur. 196. die D. Georgii, in Cathedrali Divinis intereſt, Ducem Roſâ aureâ donat, Populo benedicit, noctu verò in Caſtro unam ex Terentianis Comediis à Principibus Eſtenſibus pueris utriuſque ſexus repreſentatam audit. 196. nobiliſſimo munere Duciſſæ relicto Parmam contendit. ibid.
Penna Albertus ex bonis ſuis Collegium Nobilium Ferrariæ ſub gubernio PP. Societatis Jeſu erigi teſtamento jubet. 319. erigitur. ibid. floruit. 320. nùnc notabilitèr decrevit. ibid.
Peregrinus Priſciani Studii Lector, conſervator Jurium Eſtenſis Familiæ, & Urbis Ferrariæ ab Herculе I. Duce conſtitutus. 136. Commune Ferrariæ eum ſummâ quadam donat. 136. Volumina novem Eſtenſium, ac Ferrarienſium Rerum latiniſſimè ſcribit. 137. perierunt. ibid. Alphunſi I Ducis Diploma, quo eidem Con-

ſervatoris dignitatem confirmat. ibid.
Perinettus Parpaglia Pedemontanus, Studii Ferrariæ Lector. 204
Petrus II. Bojardo Ferrariæ Epiſcopus Epiſcopatum dimittit. 30
Petrus Bonus dell' Avvogaro Studii Ferrariæ Lector. 62
Petrus Caſtagna Hiſpanus Olei contro Peſte auctor. 210. peſtiferatos curare cùm Civitate concordat, illique ad annos viginti fruendus traditur Nemus dictum *delli Ammorbati*. 210. Scriptura ſupèr indè confecta. 211 Secretum Olei conficiendi Judici, ac Magiſtratui Sapientum revelat, aliaque. 213. & ſeq.
Petrus Pomponiazzo Studii Ferrariæ Lector. 148
Philoſophiæ Naturalis in ſero Cathedra non opinionis, ſed electionis eſt. 319
Poeſis Italicæ monumentum cæteris omnibus antiquius cernebatur in Muſivo Cathedralis Ferrariæ. 357. carmina in eo efformata, ac characterum forma ibid.
Porta Cathedralis Ferrariæ Menſium dicta, deſtruitur. 360. ejus deſcriptio ibid. carmina, & alia circa eam ſculpta ibid.
Principis Inſula in Pado, Terreſtri Paradiſo comparata deſcribitur. 194. ab Alphonſo I. ædificata. ibid. Cœlii Calcagnini, & Ludovici Arioſto carminibus laudatur. 194. 195. hæc cum ſuo Palatio di Belvedere, Arcis ædificandæ gratiâ periere. ibid.
Prior Collegii Juriſtarum vocem habet in præſentatione ad Archidiaconatum Cathedralis Ferrariæ. 119
Privatis duabus Lecturis Legum, & Medicinæ ex naturâ earumdem inſtitutionis ſtipendii auctio denegata. 315
Privilegium Caroli V. Imperatoris, Collegio, & Doctoribus Juriſtis Bononiæ conceſſum. 164. aliud ſimile Artiſtis datum. 171
Privilegia Studii Bononienſis Ferrarienſi à Pontificibus conceſſa. 164
Privilegium Studii Generalis à Papâ Bonifacio IX. Alberto Eſtenſi Ferrariæ Principi conceſſum. 18
Procuratorum Ferrariæ Collegium. 25
P. Pupius Medicus Sex vir. 4

Q

Q. Zoſimus, Grammaticus. 5

R

Rainaldus III. Eſtenſis Ferrariæ Princeps. 15. moritur. 16
Ravennatenſes Ferrarienſibus infeſti. 3
Rectores Juriſtarum, ac Artiſtarum intèr ſe, ac Scholares controverſiæ. 131. circà eorum præcedentiam. 145. Studium Bononiæ ſuperindè conſultum, Ducali litterâ mediante. 146. Reformatorum Bononiæ Litteræ favore Rectoris Juriſtarum referentes. 147. aliæ de præcedentia lites, & Decretum Herculis II. Ducis. 185
Reformatores Studii ſex, Leonelli Eſtenſis tempore electi. 49. Reformatores quatuor ex Lectorum corpore eligebantur, duo à Duce, ac duo à Civitate. 115. Decreta ſuperindè. 116. controverſia intèr Reformatores. 117. pre-

premium aliquod à Communi Ferrariæ, ſed fruſtrà petunt. 124. Reformatores quiddam recenſentur. 153 eorum auctoritas ex Brevi Clementis VIII 237 eorum decretum circà Lectorum frequentiam, ac alia. 287
Rhetoricæ Cathedra, ac ſtipendium bifariam diviſa, ac Lectura ejuſdem perpetua declarata. 361
Renata Ludovici XII. Galliarum Regis filia, Duciſſa Ferrariæ Calvino favet. 201. Jacobi Lebetii carmina de eo. ibid. ejus Aulâ Calvinianâ Hæreſi infecta. 201
Romanorum Sepulcra antiqua in Agro Ferrarien. reperta. 2
Rolandinæ Summæ Lectura in Collegio Notariorum inſtituta, ejuſque ſtipendium. 285. à Magno Conſilio approbata. 288. lector à Magiſtratu electus. ibid.
Rotulus antiquus informis Lectorum. 56. primus antiquus Rotulus completus. 93
Rubricæ duæ antiquiſſimi Statuti Ferrariæ Studii exiſtentiam in eâ comprobantes antè Bonifatii IX. Diploma. 11
Ruffo Thomas Cardinalis Eminentiſſimus, Ferrariæ Archiepiſcopus Palatium nobiliſſimum ſuæ Reſidentiæ ædificat. 4

S

SAcræ Scripturæ Lectura honorifica in Almo Gymnaſio renovata. 353
Sacræ Scripturæ Lectura in Eccleſiâ Cathedrali à Dominico Bondè inſtituta. 207
Salaria Cathedrarum unicuique, decreto conſtituta. 315. ac diſpoſitio circa auctiones, vulgò Accreſcimenti, Emerentias, ac alia. 314
Salis Datium, prò manutentione Studii à Civitate deſtinatum. 234. à Clemente VIII. dicto Studio donatum. 235. Breve ſuperindè. 236
Sandalus flumen. 4
Saturnus ab antiquis Ferrarienſibus colebatur. 2
Scamna Scholarum Publicarum à Scholaribus ob lætitiam nati Principis combuſta. 147
Schola, Scoletta vulgò dicta in Palatio Paradiſi à Congregatione Collegio Medicorum conceditur; illam convertendi gratiâ in Oratorium D. Lucæ dicatum. 199 ſcamnaque dictæ Scholæ Collegio prædicto donata. ibid.
Schola in Palatio Juris Communis ad Feneſtram Bannimentorum ubi Ars Notariæ publicè legebatur à Victore Paſetti. 147
Scholæ Publicæ antè Bonifatii IX. Diploma in Conventu S. Dominici exiſtentes. 13. & 186. Scholæ Legiſtarum antiquæ in Conventu Sancti Franciſci 22. Scholæ Artiſtarum in Conventu Sancti Dominici. 23. ad Bancum Caligariorum prò Humaniſtis adornatæ. 60. Schola una addita in Conventu Sancti Franciſci, duæ in Conventu Sancti Dominici. 120. itèm aliæ duæ prò Leggiſtis additæ. 138 Schola nova in Conventu S. Dominici. 196. Scholæ ad Bancum Caligariorum incendio conflagrant. 205. Scholæ omnes, antiquis relictis ad Palatium Paradiſi translatæ. 209. Ubi Scholæ Artiſtarum in Conventu S. Dominici fuerant, nùnc habitant Reverendiſſimi in Hæreticam pravi-

vitatem Inquiſitores. 209

Scholares ſexaginta Nobiles unà cùm Aloyſio infante Herculis II. Ducis filio Paulo III. obviàm procedunt. 195

Scholarium Artiſtarum Univerſitatis Statuta. 364.

Scholarium Legiſtarum, ac Artiſtarum Univerſitates. 24. eorum tripudia, ludi, ſympoſia, choreæ, &c. 52. Scholares inſignes ex Germaniâ. 57. Scholarium Artiſtarum Statuta antiqua à quo ſcripta. 114. Scholares Forenſes Herculis Edicto à Gabellis immunes declarantur. 121. Privilegia à Clemente VIII. Scholaribus Studii Ferrariæ conceſſa, & immunitates. 240. Edictum contra eorum libertatem deferendi arma revocatum. 179. quò ad bonum Scholarium regimen Decretum. 290. aliud 292., alia 293., & 296. modus circa electionem Theſaurariorum, & Conſiliariorum præſcriptus. 298. edictum, quò ad eorum Album, examen, & alia. 322. & ſeq.

Seminarium Clericorum ad Palatium qu. Villaforâ in Viâ Burgi Novi translatum, auctumque tàm Alumnis, quàm redditibus à magnificentiâ Eminentiſſimi Ruffo. 352. optima in eo erudiuntur ingenia. ibid. Scholis omnibus, ac Præceptoribus optimis proviſum. ibid. eorum quiddam recenſentur. 352

Senones Galli. 2

Series Chronologica Eſtenſium Principum Ferrariæ Dominorum. 438

Series Chronologica Summorum Pontificum Ferrariæ Dominorum. 439

Series Chronologica Judicum Sapientum Ferrariæ. 440. & ſeqq.

Sigillum antiquum Univerſitatis Scholarium Legiſtarum. 2

Silva, cœtus Litterarius ab Advocato Cæſare Pariſi, Favalli inſtitutus. 361. eo mortuo in Ædibus Bentivoglio, sùb Patrocinio Eminentiſſimi Cornelii Bentivoglio uſquè ad ejus mortem coacta eſt. ibid.

Silvano Tabula antiqua votiva. 4

S. Silveſter Papa, Vicohabentiæ Epiſcopum dat. 3

Silvius Antoniano Studii Ferrariæ Lector. 204

Societatis Jeſu Patres ab Hercule II. Duce Ferrariæ ſtabiliuntur. 200. multò priùs admiſſi. ibid. eorum laudes. ibid. Hæreticorum, ac vitiorum hoſtes. ibid. virtutum promotores. ibid. juventutem bonis litteris, ac moribus inſtituunt. 201. inſignes multi Ferrarienſes ex eadem Societate recenſentur. 202

Statuta Univerſitatis Scholarium Artiſtarum. Vide Scholarium Artiſtarum Univerſitatis Statuta.

Stemmata Lectorum ad Scholas Publicas ornandas poni à Congregatione ſtatuitur. 320

Studii Congregationis initium, & Magni Conſilii ſuperindè decretum. 235. quibus conſtet. ibid.

Studium Generale Bononiâ Ferrariam translatum à Friderico II. Imperatore. 9. examinatur quò tempore. 10. itèm fundatum Ferrariæ à Bonifacio Papâ IX. 18. quò tempore. 20. ſub Leonello Eſtenſe reformatur, ut ex decretò. 47. eidem Beneficia Eccleſiaſtica queddam applicare fruſtra tentatum. 51. Studium ſub Hercule I. ob bellum Venetorum, ac peſtem aliquandò ſilet. 99. iterùm ſilet. 148., & 152. Studii Con-

Conſtitutiones. 255., & ſeqq.
Studium generale Ferrariæ celebre, & famoſum adversùs Bononienſes, Romæ coràm Congregatione probatur. 324. quarè. ibidèm ſupèr hoc lis introducta. ibid. Ferrarienſium probationes. 325. & ſeqq. Dicta auctorum plurium, ac etiàm Summorum Pontificum, Studium Ferrariæ laudantium. 326, & ſeqq. auctores alii tantùm indicati. 333, & 334. teſtimonia aliarum Univerſitatum afferuntur. 334., & ſeqq. cauſa favore Studii Ferrariæ, Romæ deciſa, & decreti tenor. 336. Edictum Ferrariæ ſupèr indè editum. 337., & ſeq.
Studii reddituum annua portio, prò ſtipendio Lectoribus famoſis perſolvendo deſtinata, ac ab aſſe reliquo ſegregata. 255

T

Tealti, ſeù Tedaldo Caſtrum. 81.
Teſaurariorum, ſivè Rectorum Univerſitatis Scholarium, & Conſiliariorum circa electionem decretum. 290. aliud 292. aliud, & circa Scholarium ad Studium frequentiam. 293. aliud. 296. modus electionis prædictorum. 298., & 299
Theatra Ferrariæ nobiliſſima. 207
Theatrum Anathomicum elegans in Palatio Scholarum fabricatum. 361
Theodorus Gaza Theſſalonicenſis, Ferrariæ Græcarum Litterarum Lector publicus. 40
Theologi Ferrariæ ad ſcribendum requiſiti in cauſâ Divortii Henrici VIII. Regis Angliæ. 183
Theologiæ Dogmaticæ Cathedra abſque Salario inſtituta. 345
Theologiæ Moralis Cathedra honorifica in Studio erecta. 353
Thomas Bombagi Ferrarienſis ludicrorum certaminum, ac magnificorum ſpectaculorum Magiſter à Franciſco Petrarcâ Roſcio Amerino exequatus. 205
Thomas Cajetanus de Vio, Ordinis Prædicatorum, Conventus S. Mariæ Angelorum Ferrariæ filius, deindè Cardinalis, Ferrariæ cùm Jo. Pico Mirandulano diſputat. 130
Thomas Giannini Lector munus à Studii Congregatione obtinet ſcutorum ducentum, prò editione quorumdam ejus Operum. 264. moritur. 288
Thomas Groſſi Sipontinus Studii Ferrariæ Lector. 283
Thomas de Terdonâ Sapientum Judex à furenti plebe barbarè obtruncatur, ac cùm Archivio Publico ejus cadaver comburitur. 16
T. Truppicius. 6
Torneamenta plura magnificentiſſimè variis temporibus Ferrariæ acta. 205. & ſeq.
Torquatus Taſſo, publicus in Gymnaſio noſtro Lector. 216
Tranſactio intèr Herculem I. Ducem, & Commune Ferrariæ, ſupèr manutentione Studii, & remiſſione oneris pro ædificatione murorum novorum. 87. præcedens decretum Magiſtratus ſuperindè editum. 85
Tridento, ſeù Nivento Urbs 2. ubi nùnc Ferraria.
Trigabuli Galli. 2
Tripudium antè Carnis privium à Scholaribus fieri conſuetum fuit. 152
Trojani Italiam tenent. 2. à Gallis vincuntur. 2

Tu-

Tumulus B. Joannis de Tauxiniano Ferrariæ Epiſcopi, ac alia. 52. & ſeq.

V

Valchiuſuræ bona quædam à Joanne Baptiſtâ Bulgarelli Stadio in ſolutum tradita. 266. à Studio vendita Natali, ac fratribus de Gaſparinis. 266

Velphi Ferrariæ. 4

Veneti Caſtrum Tedaldo à Priſco Eſtenſe dono accipiunt, ac muniunt. 14. ab eo eiciuntur. 14

Venetiarum Patriarcha Patentes expedit prò admiſſione Alumnorum in Collegium Campionis.

Ugo Benzi Senenſis, in Gymnaſio Ferrarienſi Lector, Concilii occaſione Græcorum doctiſſimos, Ferrariæ confundit. 39

Vicohabentia Urbs, idem ac Egonum Vicus, ſeù Vicus Ananinus. 2. S. Silveſter Papa Epiſcopatum ibì conſtituit. 3

Vincentius Bandelli Ordinis Prædicatorum. 98

Vincentius Gonzaga Mantuæ Dux Intrepidorum Academiæ Princeps. 231

Vitalianus Papa Vicohabentiæ Sedem Epiſcopalem ad Forum alieni transfert. 3

Votum D. Dominico prò Catalauniis debellatis. 14

F I N I S.

Errata.		Corrige.
Pag. 2.	Idololorum	Idolorum
25.	exercitivam	exercitium
33.	videt	videat
47.) 50) 243.)	Adoleſcentium	Adoleſcentum
62.	Gaibonâ	Gaibanâ
62.	Carbani	Carboni
81.	accedebant. Civitas	accedebant, Civitas
85.	Juanuarii	Januarii
88.	in mediocri	non mediocri
88.	ſalutionis	ſolutionis
88.	fabrlcam	fabricam
90.	erſeverante	perſeverante
94.	raxan	raxun
165.	elargimar	elargimur
168.	ſtatnm	ſtatum
168.	condioionalitèr	conditionalitèr
194.	Hunc	Hoc
247.	Indigenis	Alienigenis
287.	vacaſſet	vacaſſent
291.	delle	dalle
314.	quadrantium	quadrantum
352:	quò uſquè	ubì uſquè
352.	Caſavieri	Caravieri
352.	Sturani	Sturari
398.	obedire	obediri
405.	iuventum	inventum
445.	Bramaſecchi	Brancaſecchi

Alia, & multa fortaſse etiàm, ſivè Typographi, ſivè Auctoris ipſius, vèl in Ortographiâ, vèl in verbis, aut alio quovis modo errata Lectoris humaniſſimi juditio emendanda ſubijciuntur.

MAG 2018552

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google